

NOVUS THESAURUS VETERUM INSCRIPTIONUM

TOMUS SECUNDUS.

NOVUS
THESAURUS
VETERUM
INSCRIPTIONUM
TOMUS SECUNDUS.


NOVUS
THESAURUS
VETERUM
INSCRIPTIONUM
IN PRAECIPUIS EARUMDEM COLLECTIONIBUS
HACTENUS PRAETERMISSARUM,

COLLECTORE

LUDOVICO ANTONIO MURATORIO

SERENISSIMI DUCIS MUTINAE BIBLIOTHECAE PRAEFECTO.

TOMUS SECUNDUS.



MEDIOLANI, MDCCXL.

EX ÆDIBUS PALATINIS.

SUPERIORUM FACULTATE.

CELSISSIMO PRINCIPI
JOSEPHO WINCISLAO
DE LICTEINSTEIN
SACRI ROMANI IMPERII PRINCIPI,
AUGUSTISSIMI CAESARIS APUD CHRISTIANISSIMUM REGEM
L E G A T O
&c. &c. &c.

ALterum hunc Tomum Thesauri mei tibi sisto, PRAESTANTISSIME PRINCEPS, & eâ quidem spe ductus, ipsum non minorem gratiam, quàm prior, apud Celsitudinem tuam initurum. Et quid aliud quaeso expectandum a Te fuerat, qui ad tot alias Animi ac Fortunae invidendas dotes Eruditionis quoque amorem, immo & culturam, ab ipsâ adolescentiâ adjunxisti? Haec laus uti rara in Principibus viris, ita splendidior. Quanta vero Eruditionis seges in Inscriptionibus veterum sita sit, nihil est quod ego commemorem, ac praesertim ad Te scribens, jam innutritum in ejusmodi Studiis, & quae in Literis laudanda sint atque eligenda, egregie sentientem. Sed utinam labor iste meus in Gallias delatus, aeque ac Tibi, reliquis etiam Literarum amatoribus se probet atque commendet. Equidem novi, quot felicia Ingenia, Eruditionis campos jugi labore excolentia, una Lutetia Parisiorum enutriat, & quot praecipue doctissimis viris abundet in hanc rem instituta ab immortalis nominis Rege celebris Academia. Sperandum sane est, ex iis, utpote non minus doctrinâ, quàm humanitate praestantibus, neminem futurum, qui beneficium hocce meum, qualecumque sit, certe in Eruditorum commodum atque utilitatem excogitatum, benevole non excipiat. Quod si aliquid in hoc Opere culpandum occurrat (neque enim immunitatem ab erroribus umquam mihi tribui) & quisquam illud emendandum sibi sumat (quod unicuique licet): mihi viventi non aliam censurae moderationem opto, quàm qua & ego erga viventes usus fuisse mihi videor.

Interea, eximie PRINCEPS, quam ab ipsis Gallis Literarum cultoribus humanitatis & indulgentiae mensuram spero, a Te potissimum expecto, quando Operi huic meo datum est, praeclarissimo Nomine tuo ornari, tuaeque Celsitudini dicatum prodire. Jam didicit Gallia, Te non solùm in pertractandis Politicis negotiis industriâ & sagacitate excellere, sed etiam inter Scientiarum & Artium meliorum sectatores posse cum laude versari. Tuum proinde patrocinium imploro, Tibique omnia e Caelo fausta precatus, singulari veneratione me ac omnia mea Tibi commendo.

CELSITUDINIS TUAE

Mutinae IV. Kal. Martias MDCCXL.

Humillimus, Obsequentissimus, ac perpetuus famulus
Ludovicus Antonius Muratorius.

ELENCHUS

TOMI SECUNDI.

EDITORIS MONITUM.

TAnta est, Amice Lector, Typographorum in imprimendis Operibus incuria, ut experientiâ doceamur, quamcumque adhibitam Correctorum diligentiam nunquam eo pertingere posse, ut unum ab omni prorsus errore videamus immune. Hoc mecum ipse cogitans, ut opportune Tibi hac in re providerem, satius fore existimaveram si celeberrimi Gruteriani Thesauri Hollandiæ typis commendati exemplum secutus, in tertio, postremo videlicet totius Operis Volumine quotquot irrepserint Sphalmata correcta darem. At cum Joseph Bimardus, nescio an philantiæ indulgens Vir alioquin genere, & eruditione Clarissimus, quandam Apologiam adversus præla suarum Dissertationum, quæ hujus Operis initio leguntur, quasi pœnitus deformatas dedissemus in Ephemeride tum Lutetiæ Parisiorum, tum Hollandiæ evulgarit, atque ad me ex post longam errorum, quos ibi invenisse dictitabat, seriem miserit; Muneris mei partes putavi haud ulterius corrigenda protrahere, ne legentium unusquisque de hujus Editionis fide plus æquo dubitet. Verùm ad rem antequam propius accedam, Te humanissime Lector, monitum volo ex iis non omnia, quæ laudatus Bimardus uti Sphalmata adnotavit revera Sphalmata censeri debere. Plura quippe melius consultus exarata non esse exoptaret. Non nullis verò, casu, vel elegantiâ Amanuensis in alia ejusdem ponderis Synonima conversis, utpote quæ delicatissimo ejus palatui minus sapiunt, Sphalmatum Censuram inurit. Pleraque demum, quæ non dicam ab ipso conficta, dedeceret mehercle tantum Virum dicendi libidine sic turpiter voluisse legentibus imponere, sed an vere existant, pœnes ipsum fides esto; in ceteris profecto ejusdem Torculatis impressionibus inveniri haud fas est. Difficile credendum! difficile sane. Attamen de re publici juris facta heic agitur, quam sicut nec legentium oculis subducere, sic nec eorum auribus verba dare queo. Legant, amabo, Col. 121. B. & C. Col. 122. D. & E. Col. 123. A. B. & C. Col. 125. D. Col. 126. B. & C. Col. 127. B., & sic alibi alia permulta, quæ, cùm longum nimis foret ire per singula, missa facio, & hæc cum emendandis a Bimardo transmissis conferant. Quædam utique adesse inficias non ivero; sed nequaquam ista pariter nobis omnia adscribenda, immo potius Amanuensi, quæ etsi muneris nostri fuit in cudendis corrigere, tamen quia non una in exemplaris margine emendatio fieri oportuit, Typographi fortassis pro majori claritate ad Originalia MSS. non semel recurrerunt; hæc si erroribus scatebant, & Editio iisdem scateat necesse est. Oh utinam & heic dum hoc Opus prælo dabatur Clarissimi Viri *Ludovicus Antonius Muratorius*, & *Joseph Bimardus* adfuissent, ut sub eorum oculis daretur; tum sane dumtaxat pauciora dubio procul Sphalmata irrepsissent, facillime enim mutanda mutare, addere addenda, & suorum Amanuensium menda in ipsis Originalibus MSS. corrigere potuissent, quæ nobis præstare non expediebat, ne eorum libitu corruptorum nomen mereremur; & hoc consilio salva pœnes me eadem MSS. retinui, omnibus ostendenda. At ne hoc dixerim putet aliquis, ut Amanuensi plus æquo detrahens Operis Correctorum fidem statuam, subnectam heic quæ emendari oportet, atque ut Lectorum quilibet dignoscere possit quæ revera vel oculos nostros effugerint, (etiam nos errori obnoxios non inficiamur) vel Typographorum incuriâ emerserint hæc in mendorum indice correcta dabo; Quæ vero ex Bimardi observationibus mutanda, addenda, vel corrigenda sunt duplici asterisco ** signabo; quæ ex mente Muratorii triplici ***; quæ tandem in Originalibus MSS. legebantur unico asterisco * notabo.

Cl. V. JOSEPHI BIMARD LA BASTIE MONTIS SELEUCI BARONIS

de addendis, mutandis, atque corrigendis in suis Dissertationibus, quæ in Tomo I. hujus Operis reperiuntur, Præfatiuncula.

CUm in iis operibus, quæ sub ipsis Scriptoris oculis præla exercuerunt, multa sæpe sæpius errata admissa sint, nemini mirum videbitur frequentiora irrepsisse in opus, quod Typis commissum est tam procul ab Auctore, quàm Mediolanum Insubrum Lutetiâ Parisiorum distat. Sed præter operarum σφάλματα *nonnulla peccavit Auctor, quæ fateri mavult, quàm deprecari aut excusare. Ac primò quidem è sex fragmentis ad bellum servile spectantibus, quæ ipse tamquam inedita protulerat initio Epistolæ ad* Clar. Muratorium, *tria jam à sæculo & quod excurrit prodiisse agnovit ad calcem fragmentorum ex Sallustii Historiarum libris excerptorum. Ea verò sunt quæ in laudatâ Epistolâ primum, quartum, quintumque locum occupant, reliqua tria nullibi hactenus in libris editis reperiri potuerunt. Fragmenta jam edita Andreas Scottus ex Cod. Petri Danielis, qui Servii in Virgilium Commentarios complectebatur, descripta communicavit cum Jano Douzâ; iste verò statim ipsis Auctorem tribuit Sallustium, nullo alio ductus argumento, præterquamquod in Sallustii Historiis belli servilis gesta enarrabantur. Bimardus contra fragmenta cùm in Schedis Chevaneis reperisset exarata majoribus elementis, ea habuit pro particulâ magnorum Annalium librorumve linteorum. Atque huic conjecturæ suffragari videtur Codex MS. num. 461. è Puteaneis, qui nunc extant in Bibliotheca V. Cl. Domini Joly de Fleury in Senatu Parisiensi Regii Procuratoris. Hoc Codice continentur Inscriptiones bene multæ, quas Romæ summâ diligentiâ collegerat alter è fratribus Puteaneis; easque inter leguntur eadem fragmenta, quæ hic ex Chevaneis Schedis edita sunt. Quapropter minimè crediderim illa ex Sallustii Historiis decerpta fuisse, cùm & ubique Inscriptionum more exarata sint, & nullibi in Sallustii Codd. MSS. reperiantur. At sive Sallustium auctorem agnoscere debeant, sive alium belli servilis Scriptorem coætaneum, aut denique pro tabulis habeantur è naufragio, quod passi sunt Annales Maximi, residuis; nobiscum accessione fruatur æquus Lector, nostrisque ad ea* λείψανα *observationibus faveat, si ita meritæ sint. Nunc graviora errata emendemus, verbaque & commata ab operis omissa suppleamus.*

* Col. 5. B. καὶ παρέδα, *scribe*, παρόδω.
* * Col. eâd. C. post τὸ DVCEM, *scribe*, CENTINIS scilicet, deinde EBVRNIS IVGIS: sed hæc &c.
* Col. eâd. D. Alerroniâ, *scr.* Acerroniâ, *& sic infra*.
* Col. 6. C. ipsæ, *scribe*, ipse.
* Ibid. securè, *scribe*, secùm.
* Ibid. præstolaturus, *scribe*, præstolaturas.
* * Col. eâd. D. occisus est, *adde* Sextus.
* Col. eâd. E. Not. n. Græc. de Aq. *scribe*, ed. Aq.
Col. 7. A. Itaria, *scribe*, Icariæ.
* Col. eâd. B. Certum fit, *scribe*, fit.
* Col. 8. B. conservasse, *scribe*, concessisse.
Col. eâd. κῶμαι, *scribe*, κεῖμαι.
* Col. 9. B. duxerat, *scribe*, duxerit.
* * Col. 10. A. Galliæ polemarchus, *scribe*, Franciæ, uti vocant, Marescallus.
* Col. eâd. C. unicis, *scribe*, unius.
* Col. eâd. D. Albiani, *scribe*, Albinnis.
* * Col. 11. A. de Longueville, *scribe*, de Longuerüe.
* Col. 12. A. προαιρέσειν, *scribe*, προαιρέειν.
* Col. eâd. C. docuit, *scribe*, docent.
* * Col. 14. D. declarationi, *scribe*, voto.
* Col. 16. A. Camitia, *scribe*, Camisia.
* Ibid. χεμιῶτι, *scribe*, χειμῶσι.
Col. eâd. C. adhinc, *scribe*, abhinc.
* Col. 18. D. vel, *deleatur*.
* Col. 19. A. Χωμή, *scribe*, κωμή.
* * Col. 22. B. Orichalcum &c. *deleatur usque ad vocem* iidem.
* Col. eâd. D. Ventano, *scribe*, Ventaono.
* Col. 23. A. Tricassini, *scribe*, Tricastini.
Col. 24. A. & onus, *scribe*, est onus.
* Col. 26. D. Evcha, *scribe*, Evche.
* Col. eâd. E. 1723. *scribe*, 1732.
* Col. 30. A. fuerit, *scribe*, fueris.
* * Col. 31. A. sex XVII. Calend. Februarii; *scribe*, seu XVII. Calend. Februarii, ideoque subsequens Feria VI. cadit in diem 21. Januarii, vel 12. Calend. Februarii, accuratissimè &c.
* Col. 32. B. per hunc titulus, *scribe*, præter hunc titulum.
* * Col. eâd. D. sanè, *scribe*, minimè.
* * Ibid. id probe factum, *dele*, *& scribe*, cave ne &c.
* Col. 33. B. Shuppei, *scribe*, Stuppei.
* Col. 34. C. PECVLIARI, *scribe*, PECVLIARIS.
In Tabula II., quæ ad Col. 35. spectat, ΠΕΝΤΑΟΛΟΤ, *scribe*, ΠΕΝΤΑΘΛΟΤ.
* Col. 36. B. Kuherius, *scribe*, Kuhnius.
Col. 41. B. inscriptæ, *scribe*, inscripta.
* Col. 45. B. longè, *scribe*, longo.
* Ibid. D. Flaminium, *scribe*, Flamininum.
* Ibid. exteros, *scribe*, veteres.
* Ibid. Xersis, *scribe*, Xercis.
Col. eâd. E. idoque, *scribe*, ideòque.
* Col. 47. B. à Scholiaste, *scribe*, Scholiastæ.
* * Ibid. vel pythiade CXXXVII, *dele* τὸ, vel, *& scribe*, pythiade LXXXVIII.
* Ibid. πρέσαπτες, *scribe*, προσάπτα.
* Ibid. ἀναγέγραται, *scribe*, ἀναγέγραπται.
* Col. eâd. D. Thessali, *scribe*, Thessalo.
* Col. 49. B. tunc, *scribe*, tum.
Col. eâd. D. Messeziæ, *scribe*, Messeniæ.
* Col. 50. D. præposuerat, *scribe*, proposuerat.
* * Col. 51. *post vocem* significatur, *adde*; hæc scripseram, cum Vir Doctiss. Camillus Falconetus Medicus Regius, Regiæque Inscriptionum & Humaniorum Litterarum Accademiæ Socius me monuit *Arn*, vocem esse nihili, & quæ tantùm in compositis vocibus locum haberet.
„ Teutonibus antiquis & recentibus, inquit
„ Philologus præstantissimus, *ebr*, ho-
„ nos, gloria; *Hold* verò benevolus:
„ at littera *n* solùm per epenthesim in-
„ serta est voci *ebrnbold*, Arnoldus,
„ eadem quæ *Arnaldus*, ut in aliis in-
„ didem fluentibus *Arnolfus*, *Arnbel-*
„ *mus* &c. ubi *n* non est radicalis, sed
„ ἐπιθέτες, ut observavit VVachterus
„ in Glossario Germanico ad vocem
„ *Dinte*; sic Latinis *Totiens*, *Thensau-*
„ *rus* &c.
* * Ibid. D. vice versâ, *scribe*, etiam.
* Col. 52. B. efficiatur, *scribe*, efficietur
Col. 53. A. Austissiodorensis, *scribe*, Autissiodorensis.
* Col. eâd. B. animo, *scribe*, animos.
* Ibid. ut ei, *scribe*, quàm ut ei.
* * Col. 55. B. non aliter quærendum esse potius ex, *scribe*, non alibi quærendum esse, alterum ex &c.
* * Col. 56. C. post Inscriptiones, *adde*; Tertiam ejusdem Dei Inscriptionem addidit Oienhartus secundæ editioni Notitiæ suæ, quæ Lutetiæ Parisiorum prodiit Ann. 1656. quam editionem neque consuluerat Sponius, neque ipse noveram priusquam à Cl. Falconeto ejus mihi copia fieret.

A G E I O N I
A G E I O D E O
P A G A N I
F E R R A R I E N S E S
E X V O T O

* Col. 57. C. Vustona, *scribe*, Vultona.
* * Col. 58. B. Arculâ, *scribe*, Arulâ.
* Col. eâd. D. &, *scribe*, est.
* * Col. 59. E. Not. Vide Chronic. *scribe*, vide Not.
* Col. 60. E. Lib. IV., *scribe*, Lib. LV.
* Col. 61. D. Vulgienses, *scribe*, Vulgientes.
* Col. 63. D. le Valois, *scribe*, le Valais.
* Ibid. Ἄρδυες, *scribe*, Ἄρδυας.
* Ibid. Camorgue, *scribe*, Camargue.
* Col. 65. B. 5500. *scribe*, 1500.
* Ibid. Σελαμάνεις, *scribe*, Σελαμάνης.
Col. eâd. C. Satuerat, *scribe*, latuerat.
Col. 66. A. PROSOPOLOIS, *scribe*, PROSPOLOIS.
* * Col. eâd. B. opislatorem efficerent, *scribe*, opiferum experirentur.

* Col. eâd. D. Thyas, *fcribe*, Thyadas:
* * Col. 67. D. altitudinis dimidium minus habuit, *fcribe*, alta dimidio minus.
Col. 68. D. συμάινει, *fcribe*, σημαινει.
Col. 70. C. Cularonum, *fcribe*, Cularonem.
* Col. 71. A. Decio Bruto, *fcribe*, Decimo; *ita infra*.
* Ibid. reftitutum, *fcribe*, reftiturum.
* Col. 77. A.B. BREVORI, *fcribe*, BREVNI.
* Ibid. CONTVANETES, *fcribe*, CONSVANETES.
* Ibid. SICATES, *fcribe*, LICATES.
* Ibid. ABISENTES, *fcribe*, ABISONTES.
* Ibid. SALASTI, *fcribe*, SALASSI.
* Col. 78. A. Tabavii, *fcribe*, Tebavii.
* Col. 82. A. peculiare, *fcribe*, peculiarium.
* * Ibid. præfertim, *fcribe*, prætextâ.
* Col. eâd. C. Bittu.... *fcribe*, Bithynicus.
* Col. 84. Quinquennalis, *fcribe*, Quinquennales.
* Col. 86. A. recente, *fcribe* ruente.
* Col. 91. E. fuadebis, *fcribe*, fuadetis.
* Col. 93. A. Legionum, *fcribe*, Legionem.
* Col. eâd. E. feditionem, *fcribe*, feditionum.
* Col. 94. C. ubi rectè, *fcribe*, uti rectè.
Col. 95. B. ενδαῦτα, *fcribe*, ενθαῦτα.
* Col. eâd. D Piudaro, *fcribe*, pandaro.
* Col 96. A incitata, *fcribe*, incitas
* Col eâd. D videntur, *fcribe*, videbantur.
* ibid ad carras, *fcribe*, ad Cannas.
* Ibid. delatus, *fcribe*, delectus.
* * Col. 97. B militaribus capeffendis, *fcribe*, militaribus muniis capefcendis.
* Col eâd. D materculam, *fcribe*, laterculum.
* Col. eâd. E. Tactitis, *fcribe*, Tacticis.
* Col 99. A. vicem, *fcribe*, vitem
* * Col. 100. B tredecim, *fcribe*, fexdecim.
* Col. 106. D. Δύνανται, *fcribe*, Δύνα ται.
* Col. 109 B. pleuretus, *fcribe*, pleuratus.
* Col. 112. B. illuftrarunt, *fcribe*, illuftrare.
* * Col. 113 A. *funditorum... tranfcripfit*, fcribe, *funditorum alas tranfcripfit*.
* Col eâd C D. Upiano, *fcribe*, Ulpiano.
* * Col. 114. C. Vibio Corbulone, *fcribe*, Vibio Frontone.
* Col. 115. C. D. Municipalium, *fcribe*, Municipalem.
* Ibid. licet, *fcribe*, huc.
* Col. 116. B. affirmat, *fcribe*, affirmet:
* Ibid. Aburrum (bis) *fcribe*, Aturrum.
* * Col. 117. A. PI. AVREL. *fcribe*, M. AVREL.
* * Col. eâd. B. *poft* referendas Infcriptiones, *adde*, Gruterianas 3 & 4. p. LXXXV, quemadmodum &c.
* Ibid. Caracalla, *fcribe*, Caracallæ.
* * Col. 118. A.B. addita tribuuntur, *fcribe*, addita leguntur.
* Col. 119. C. pinnos, *fcribe*, pinnas.
* Col. eâd. D. penniculum, *emenda bis*, pinnaculum.
* Col. eâd. nimis, *fcribe*, minus.
* Col. 120. B. C. fufpobolimæum, *fcribe*, hypobolymæum.
Col. 121. D. Συλλ΄ας, *fcribe*, Συρίας.

Col. eâd. D. Avidus, *fcribe*, Avidius:
* Col. 122. A. videbitur, *fcribe*, videtur:
* Ibid. propterea, *fcribe*, præterea, *bis*.
Col. eâd. B. ita, *fcribe*, ifta.
* Col. 123. C. Keillero, *fcribe*, Keislero.
* Col. 124. D. fcripferit, *fcribe*, fcripferat.
* Col. 125. B. Caffii, *fcribe*, Coffi.
* Col. 126. A. Anno 532., *fcribe*, 522.
Col. eâd. D. COSS. *fcribe*, CCSS.
* Col 127.B. in claufulâ, *fcribe*, de claufulâ.
* Col. eâd. D. Putæo, *fcribe*, pufæo.
* Col. 128 A. τὴν δε κην, *fcribe* τὴν δικήν.
* Ibid. ἐξέτισε, *fcribe*, ἐξέτισε.
* Col. eâd. C. ab intrito, *fcribe*, ab invito.
* Col. eâd. D. ad illam, *fcribe*, ad illum.
* Ibid. quam, *fcribe*, quem.
Col. 129. A. Aleæannus, *fcribe*, Alemannus.
* Col. eâd. D. ordinarios, *fcribe*, honorarios.
Col. 131. B. Olympium, *fcribe*, Olympiam.
* Col 133. D. nulla, *fcribe*, multa.
* In Epiftolis Amœbeis BOVHIER PREMIER PRESIDENT, *fcribe*, BOVHIER PRESIDENT
Col. 139. A. *prendrais*, fcribe, *prendray*.
* Col 142 B. *a prit*, fcribe, *a pris*.
* Ibid. *ce foit*, fcribe, *je fois*.
Col. eâd. D. *fe concours*, fcr. *le concours*.
Col. 143. A *fuffifte*, fcribe, *fubfifte*.
* Col. eâd. B. *fe fut*, fcribe, *ce fut*.
* Col. eâd. D. *les ftatues*, fcribe, *fes ftatues*:
* * Col. 144. A *ils regardent comme*, fcribe, *ils y regardoient Albin comme* &c.
Col. 145. E. *de toute*, fcribe, *de doute*.
* Col. 147. D. *pouvrois*, fcribe, *pourrois*.
Col. 148. C. *preuves général*, fcribe, *générales*.
Col. eâd. E *n'oteroit*, fcribe, *n'oferois*.
Col. 151. B. *la célebre Victoire*, fcribe, *Victorina*. In Originali *Victoria*.
* Col. eâd. *qu'aye échappé*, fcribe, *qui a*.
* Col. 152. C. πόλεμοι, *fcribe*, πόλεμος.
Ibid. συννέχθη, *fcribe*, συννέχθη.
Ibid ὑπεροχήν, *fcribe*, ὑπεροχήν.
Col. 154. D. ὕπηξεν, fcribe, ὕπηρξεν.
* Col. eâd. E. *dit*, fcribe, *dis*.
* * Ibid poft verbum *dignité*, *ponatur* τελεία στιγμη.
* Col. 155. B. *je finit*, fcribe, *je finis*.
Col. 157. D. *quand l'auroit*, fcribe, *quand c'auroit*.
Col. 158. C. *titre commune*, fcribe, *tige*.
* Col. 159. A. *auroit*, fcribe, *aurois*.
Ibid. *font remplit*, fcribe, *font remplis*.
Col. eâd. C. *refuter*, fcribe, *refufer*.
* * Col. 161. *l'an de R.* 660. fcribe, 560.
Col. 162. B. *contre une*, fcribe, *contre un*.
Col. eâd. C. *étoient été*, dele, *été*.
* * Col. 163. C. *le* 11. *d'Avril*, adde, *l'an* 146. *de l'Ere Chrétienne*.
Col. 167. C. *après la*, fcribe, *après fa*.
* Col eâd. D. Ἀρχῆς, fcribe, Ἀρχῆς.
Col. 168. ἀποδαχθείς, & lin. feq ἀπεδείχθηπε, fcribe, ἀποδαχθείς, & ἀπεδείχθηπ.
Col. eâd. B ἐπιθυμίαν, fcribe, ἐπιθυμίαν.
Col. 171 B *découvroit*, fcribe, *découvrit*.
Errata minora, & parùm aptam punctorum, virgularumque collocationem emendare fuperfedi, utpote quæ facilè eruditus Lector correcturus eft; & fi graviora quædam diligentiam noftram effugerint, veniam dabit.

Bimardus.

MURATORIUS

Errata hæc curfim perlegens Notas fuas deprehendit, reliqua Lectori emendanda dimittit.

Pag. 1, Col. 1. Sueciorum, *fcribe*, Sueticorum
Pag. 2. Col 2. confixiffe, *fcribe*, confinxiffe.
Pag. 18. n. 1. Romanis, *fcribe*, A Romanis.
*** Pag. 28. n. 3. dummodo in Norico Fodinæ Ferri habeantur. *Dele hæc verba*
*** Pag. 53. n. 7. Sive HYMNVS, *dele hanc Notam*.
Pag. 63. n. 4. Sigilas, *fcribe*, Siglas.
Pag. 91. n. 8. heu mihi, *fcribe*, heic mihi.
Pag. 96. n. 2. Pan cultum, *fcribe*, Pana cultum.
Pag. 97. n. 3. quin BERG., *fcribe*, quia; *vel* quippe BERG
Pag. 141. n. 2. Hedilis, *fcribe*, Aedilis.
Pag. 146. n. 5. offendit, *fcribe*, offendis.
*** Pag. 172. n. 1. Romæ, *fcribe*, Aquilejæ. *Canonicus Bertoli*.
* Pag. 173. n. 3. Antoniani, *fcribe*, Antoniniani
Pag. 191. n 4 divinat, *fcribe*, divinet.
* Pag. 192. n. 4. Liberis, *fcribe*, Libertis: Marmoreum, *fcribe*, Marmorum
Pag. 232. n. 3. Bibardi, *fcribe*, Bimardi.
Pag. 271. tranfire, *fcribe*, tranfiret.
* Pag. 298. n. 3. memorati, *fcribe*, memoratos.
* Pag. 344. n. 3. Quod eft alteram tabulam, *fcribe*, quod eft ad alteram tabulam.
*** Pag. 361. n. 1. qui antea fuffectus fuiffe oportet, *fcribe*, qui antea fuffectus fuiffe videtur.
Pag. 363. n. 1. præferendum, *fcribe*, præferendus.
*** Pag. 368. n. 1. Ne vitio quidem caret poftrema vox Martis, pro qua legendum MARTIIS, *fcribe*, MARTIS heic eft pro MARTIIS.
* Pag. 397. n. 5. DOLIS pro Dolens, *fcribe*, Dolens pro DOLIS.
Pag. 430. n. 2. VIB BEATISSIMVS, *fcribe*, VIR BEATISSIMVS.
*** Pag. 444. n. 2. Inftitutionibus, *lege*, Infcriptionibus.
Pag. 445. n. 2. (incenfus puto), *lege*, (inceffus puto)
Pag. 474 n. 7. *Infcriptionem hanc dele*, *uti repetitam*.
Pag. 488. n. 7. *Et hanc dele*, *utpote repetitam*.
*** Pag. 536. n. 1. Numeri Attiani Copiarium fuiffe, *fcribe*, Natione Attia Nicopoli. *Quam lectionem debeo perfpicaciæ Clariffimi Bimardi*.
* Pag. 541. nihil facit, *fcribe*, nihili facit.

In tam uberi Correctionum fegete, quas inter minoris momenti plures datâ operâ omifimus, ne præter modum Lectoris prudentis oculos gravaremus, haud paucas, confulenti Textum patebit, neque fenfum, neque Grammaticæ leges offendere; ipfas verò retinuimus, ut Clariffimi Bimardi nutibus obfequeremur. Hinc fi cui otium fuppetet, examinare in hac eadem Tabula facillimum erit, Typographorum noftrorum fphalmata, aut Correctorum, numerum LVIII. tantummodo complecti, qui in Volumine magnæ molis non eft profectò nimius, neque propterea damnandus.

Errata Tomi hujus II. dabimus in Tertio. Hoc interea animadvertas, ubi legitur pag. DCXCVII. *Si parem animi virtutem*, emendandum effe: *Si par animi virtus* &c.

SENATUS CONSULTA, PLEBISCITA, DECRETA, ET ACTA PUBLICA.

CLASSIS VIII.

1 *In Insula Chio.*
E schedis meis.

ΔΗΜΟΣ Ο ΧΙΩΝ Λ. ΑΙΜΥΛΙΟΝ ΔΕΚΙΟΝ ΑΝΔΡΟΜΑΧΟΝ

ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ ΤΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΤΗΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ

Ideſt:

Populus Chiorum Lucium Æmylium Decium Andromachum
Procuratorem Auguſti, Benevolentiæ ejus *Cauſsâ*
Erga Civitatem, (ſupple, *hoc Monumento honorat.*)

2 *Megaræ.*
E ſchedis meis.

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ

Μ. ΑΙΜΙΛΙΟΝ ΣΑΝΤΟΡΝΕΙΟΝ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ

ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΜΕΓΑΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ΕΠΙ

ΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ ΤΟΥ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ

ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

Lego ΣΑΤΟΥΡΝΕΙΝΟΝ.

Scilicet:

Senatus & Populus
Marcum Æmilium Saturninum Proconſulem
Suum Magnum Benefactorem,
Prætorem Agente Urbis
Ariſtone filio *Dionyſii* (adde *honorat.*

Pro ΣΑΝΤΟΡΝΕΙΟΝ lego ΣΑΤΟΥΡΝΕΙΝΟΝ. Is fortaſſe fuit *Saturninus*, qui Anno Chriſti 264. Conſul proceſſit cum Gallieno Auguſto. In Faſtis *Saturninus* tantùm appellatur.

3 *Regii in Calabria.*
E Gualterio.

ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΔΕ

ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΛΕΥΚΙΟΥ

ΣΥΜΜΑΧΟΥ ΤΟΥ ΗΡΑΚΛΗΤΟΥ

ΦΙΛΑΚΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΙΣΤΙΩΝΟΣ

ΚΡΑΤΙΠΠΟΥ ΤΟΥ ΚΡΑΤΙΠΠΟΥ

ΤΟ ΚΟΙΝΟΝ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΔΙΟΝΥΣΟΝ

ΤΕΧΝΙΤΩΝ ΚΑΙ ΠΡΟΞΕΝΩΝ

ΑΙΝΗΣΟΥΝ ΝΙΚΩΝΟΣ ΤΗΣ

ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΤΗΣ ΕΙΣ ΑΥΤΟΥΣ

Ideſt:

Archontibus
Nicandro Leucii ſeu *Lucii Filio*,
Symmacho Filio Heracleti,
Philaco Filio Philiſtionis,
Cratippo Filio Cratippi,
Univerſitas Dionyſiacorum
Artificum Et Hoſpitum
Æneſium Filium Niconis, ejus
Benevolentiæ Cauſsâ Erga Illos
(ſupple, *honorat.*)

Technitæ vox, non Artifices vulgares ſignificat, ſed Athletas, Pugiles, atque alios id genus homines in Ludis *Dionyſiacis* operantes. Vide infra in hac ipſa Claſſe. Philoſtratus in Vitis Sophiſtarum Libro Primo hoſce appellat *gentem ſuperbam in primis, & ad obtemperandum parum propenſam.*

1 *Ex Tournefortio*
P. Montfauconius.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΙΣΙΑΔΑ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ
ΛΑΟΔΙΚΙΔΑ

Ideſt :

Populus
Iſiadem Metrodori (Filiam)
Laodicenam
(hoc Monumento donavit.)

3 *In Oppido Sancti Philadelphi*
in Sicilia.
E Gualterio.

Ο ΔΑΜΟΣ
ΑΝΔΡΩΝΑ ΟΡΑΣΙΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ
ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ

Ideſt:

Populus
Andronem filium *Oraſii* (fortè *Thraſii*)
Propter Beneficia ab eo in ſe collata,
Omnibus Diis (commendat.)

2 *Palmyræ.*
Ex Tranſactionibus Philoſophicis
Anglicis.

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΑΛΙΛΑΜΕΝΑ ΠΑΝΟΥ ΜΟΚΙΜΟΥ
ΤΟΥ ΑΙΡΑΝΟΥ ΤΟΥ ΜΑΘΘΑ ΚΑΙ ΑΙΡΑΝΗΝ ΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ
ΑΥΤΟΥ ΕΥCƎΒΕΙC ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΑC ΚΑΙ ΠΑΝΤΙ ΤΡΟΠΩ
ΕΥCΕΙΜΩC ΑΡΕCΑΝΤΑC ΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ΚΑΙ ΠΑΤΡΙΟΙC
ΘΕΟΙC ΤΕΙΜΗC ΧΑΡΙΝ ΕΤΟΥC ΝΥ. Λ̄ ΜΗΝΟC ΞΑΝΔΙΚΟΥ

Hoc eſt :

Senatus Et Populus Alilamenem filium *Pani filii Mocimi filii*
Ærani filii Maththæ, Et Æranen Patrem
Ipſius, Pios Et Patriæ Amatores, Quique Omni Ratione
Splendide Agentes Placuerunt Patriæ ac Patriis
Diis, Honoris Cauſâ Anno CCCCL. Trigeſimâ Menſis Xantici,
(ſubaudi *Poſteris commendat*, vel quid ſimile.)

Scilicet circiter Annum Chriſti 138. aut 139. Quippe Palmyreni, uti animadvertit eximius Cardinalis Noriſius Diſſertat. 2. §. 2. de Epochis Syromacedonum, utebantur Epochâ Seleucidarum Macedonum, quæ exordium cepit Anno Urbis Conditæ 454. ante Æram Chriſti 301.

4 *In Lacedæmonia.*
E ſchedis meis.

Η ΠΟΛΙC
Μ. ΑΙΛΙΟΝ ΛΕΟΝΤΑΝ ΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΟΝ
ΤΑ ΤΕ ΑΛΛΑ ΚΑΛΩC ΠΟΛΙΤΕΥCΑΜΕΝΟΝ
ΚΑΙ ΜΑΛΙCΤΑ ΤΗΝ ΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΙΑΝ
ΦΙΛΟΤΙΜΩC ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΩΣ ΕΚΤΕΛΟΥΝΤΑ
ΚΑΙ ΤΗC ΑΛΛΗC ΑΡΕΤΗC ΧΑΡΙΝ
ΠΡΟCΔΕΞΑΜΕΝΟΥ ΤΟ ΑΝΑΛΩΜΑ
ΠΟΠΛΙΟΥ ΑΙΛΙΟΥ ΔΑΜΟΚΡΑΤΙΔΑ ΤΟΥ ΑΛΚΑΝΔΡΙΔΑ
ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΤΟΥ CΕΒΑCΤΟΥ ΚΑΙ ΤΩΝ ΘΕΙΩΝ ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΑΥΤΟΥ
ΦΙΛΟΚΑΙCΑΡΟC ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΟC
ΑΙΩΝΙΟΥ ΑΓΟΡΑΝΟΜΟΥ ΠΛΕΙCΤΟΝΙΚΟΥ
ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ ΚΑΙ ΑΡΙCΤΟΥ ΕΛΛΗΝΩΝ ΠΡΕCΒΕΩC
ΝΟΜΟΦΙΛΑΚΩΝ

Ideſt:

Civitas
Marcum Ælium Leontam Gymnaſiarchum,
Qui Cetera ad Rempublicam ſpectantia *Bene Adminiſtravit,*
Et Maxime Gymnaſii Præfecturam
Honorabiliter Et Magnifice Abſolvit,
Et Aliarum Virtutum ejus *Cauſâ* (honorat.)
Suſcipiente Impenſam, ſive *Curante*
Publio Ælio Damocratida Filio Alcandridæ
Pontifice Auguſti Et Divorum Progenitorum Ejus
Cæſaris Et Patriæ Amatore
Perpetuo Annonæ Præfecto Incomparabili
Admirabili Et Optimo Græcorum Legato,
Qui Leges Cuſtodiunt.

In MSto legitur ad antipenultimam lineam ΠΛΕΙΣΤΟΝ ΟΙΚΟΥ. Ego, ut ſenſus aliquis inde exſurgeret ſcripſi ΠΛΕΙCΤΟΝΙΚΟΥ. Satis norunt Eruditi, *Gymnaſiarchos* appellatos fuiſſe, qui Gymnaſio præerant, ubi Athetæ, ceterique Gymnicæ ſtudentes exercebantur.

1 *In maceriis Spartæ.*
Misit Bimardus V. Cl.

Α ΠΟΛΙΣ
ΑΛΚΙΒΙΑΝ ΤΙΣΑΜΕ
ΝΟΥ ΔΙΑ ΤΕ ΟΙΚΕΙ
ΑΝ. ΑΡΕΤΑΝ ΚΑΙ
ΔΙΑ ΤΑΣ ΕΚ ΤΩΝ
ΠΡΟΓΟΝΩΝ ΕΥ
ΕΡΓΕΣΙΑΣ ΚΑΙ
ΤΑΝ ΑΜΕΜΠΤΟΝ
ΜΕΤΑ ΑΝΔΡΟΣ ΔΑ
ΜΙΠΠΟΥ ΤΟΥ ΑΒΟ
ΛΗΤΟΥ ΕΞΗΚΟΝ
ΤΑ ΕΤΗ ΣΥΜΒΙΩΣΙΝ

Ex verſione Bimardi.

Civitas
Alcibiam Tiſame-
ni Filiam Propter Propri
am Virtutem , Et
Avita Be-
neficia , Tum Etiam
Propter Inculpatam
Cum Viro Suo Da-
mippo Abo-
leti Filio Sexagin-
ta Annorum Conver-
ſationem

2 *Corcyræ.*
Ex Apoſtoli Zeno ſchedis Montfauconius.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ Π
ΝΕΥΣΑΣ ΚΑΙ ΟΙ ΣΥΝΑΡΧΟΙ ΦΙΛΩΤΑΣ
ΙΑΚΧΟΣ ΚΟΣΑΠΕΛΟΥ ΝΙΚΑΝΩΡ
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ ΘΕΟΙΣ

Ideſt:

Apollodorus Apollodori Filius
Annuit , Et Unâ Collegæ Magiſtratus Philotas ,
Jacchus Coſapeli , Nicanor
Nicoſtrati. Diis (ſupple *gratum ſit.*)

Formula *Diis* , aut *Diis omnibus* , aut *bonæ Fortunæ* , aliæque hujuſmodi occurrentes in publicis Græcorum Pſephiſmatis , ſive Decretis , præcationem continent , ut fauſtum ſit , Diiſque placeat , quod ſtatutum fuit; tamquam ſi dicerent *Diis faventibus , Diis gratum ſit , Quod fauſtum ſit.*

3 *Ibidem.*
Ex iiſdem ſchedis Montfauconius.

Η ΠΟΛΙΣ ΑΡΙΣΤΑΝ ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΥ ΜΕΝ
ΓΥΝΑΙΚΑ ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΔΕ ΛΥΣΑΝΙΟΥ
ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΣΩΦΡΟΣΥΝΗΣ
ΠΑΡΜΕΝΙΣΚΟΝ ΛΑΚΙΠΠΟΥ ΤΟΝ
ΕΑΥΤΗΣ ΑΝΔΡΑ ΙΣ ΤΑ ...
ΛΥΣΑΝΙΟΥ

Ideſt:

Urbs Ariſtan Parmeniſci Quidem
Uxorem , Lyſaniæ Verò Filiam
Pietatis Et Continentiæ Cauſsâ (honorat.)
Parmenſium filium *Lacippi*
Ejuſdem Virum (& Generum)
Lyſaniæ.

4 *In agro Athenarum.*
E ſchedis meis , & Cyriaci Anconitani.

Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ ΠΕΝΤΑΚΟΣΙΩΝ
ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ
... ΤΟΥ ΑΤΤΑΛΟΥ. ΦΛ ...

Ideſt:

Senatus Ex Areopago
Et Senatus Quingentorum
Et Populus Athenienſium
.... *Attali Fl.* .....
(memoriam fecit.)

Senatus Quingentorum Athenis a Pauſania in Atticis appellatur τὸ Πεντακοσίων Βουλευτήριον, *Curia Quingentorum.*


5 *Epheſi.*
Ex Thoma Smitho.

Η ΒΟΥΛΗ ΕΤΕΙΜΗΣΕΝ
ΠΟΠΛΙΟΝ ΑΙΛΙΟΝ ΦΛΑ
ΒΙΑΝΟΝ ΑΠΟΛΛΟΔΩ
ΡΟΝ ΑΣΠΕΝΔΙΟΝ ΦΙΛΟ
ΛΟΓΟΝ ΤΟ ΔΕ ΜΝΗ
ΜΕΙΟΝ ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΖΕΝ
ΠΟΠΛΙΟΣ ΑΙΛΙΟΣ ΦΛΑ
ΒΙΑΝΟΣ ΖΩΙΛΟΣ Ο
ΑΔΕΛΦΟΣ ΑΥΤΟΥ ΖΗ.

Ideſt :

Senatus Honoravit
Publium Ælium Fla-
vianum Apollodo-
rum Aſpendium Philo-
logum . Hoc Autem Mo-
numentum Curavit
Publius Ælius Fla-
vianus Zoilus
Ejus Frater Vivens.

1 *Marmor Smyrnâ allatum Anno Chr. 1730.*
Nunc Cellis in Bituricensi provincia apud Heredes D. Le Bret.
Misit N. V. Joseph Bimardus.



Ideſt :

Populus *Athenæum* *Iceſii* (Filium)

Populus *Nannium* *Athenæi* (fort. Filium)

(ſupple: *Honorat.*)

Suſpicatur doctiſſimus Bimardus *Iceſium*, cujus filius dicitur Athenæus iſte, Medicum eumdem fuiſſe celeberrimum apud Smyrnæos, qui memoratur a Strabone, Athenæo, Galeno, aliiſque ejus nomen per E. non per H. ſcriptum exhibent duo Smyrnæorum Numiſmata a Richardo Mend de Numm. a Smyrn. in honor. Medicor. percuſſis edita. Alterius *Iceſii* Smyrnæi memoria exſtat inter Marmora Oxonienſia, pag. 78. *Nannium* nomen videtur Neptis Iceſii, more Græcorum, efferentium *Melanium*, *Glycerium*, *Euſtochium* &c. Niſi ea ſit Athenæi uxor.

2 *In Lacedemonia, ad baſim marmoream. E ſchedis meis.*
Miſit etiam e ſchedis Cyriaci N. V. Pompejus Compagnonius.

Η ΠΟΛΙC
Μ. ΑΤΡΗΛΙΟΝ ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΗ ΔΑΜΑΙΝΕΤΟΤ
ΙΕΡΕΑ ΚΑΤΑ ΓΕΝΟΣ ΑΠΟ ΗΡΑΚΛΕΟΤΣ
ΜΗ ΑΠΟ ΔΙΟΣΚΟΤΡΩΝ ΜΔ
ΑΙΩΝΙΟΝ ΓΤΜΝΑCΙΑΡΧΟΝ
ΜΕΤΑ ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ ΚΑΙ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΤC
ΠΟΛΙΤΗΝ ΚΑΙ ΓΤΜΝΑCΙΑΡΧΟΝ ΑCΤΝΚΡΙΤΟΝ
ΠΡΟΣΔΕΞΑΜΕΝΩΝ ΤΟ ΑΝΑΛΩΜΑ
ΤΑΝ ΠΡΟΣΤΑΝΤΩΝ ΕΝ ΓΤΜΝΑΣΙΩ ΦΙΛΩΝ
ΜΕΜΜΙΟΤ ΕΤΤΤΧΟΙΤΟΤ ΚΑΙ
Μ. ΑΤΡΗΛΙΟΤ ΑΤΕΤΩΗΣΤΟΤ ΚΑΙ
ΑΒΙΔΙΟΤ CΑΤΤΙΤΟΤ. ΕΤΤΤΧΑ

Ideſt :

Civitas (ſtatuâ honorat)
Marcum Aurelium Ariſtocratem Damæneti filium,
Sacerdotem Secundùm Genus Ab Hercule
XLVIII. A Dioſcuris XLIV.
Perpetuum Gymnaſiarchum,
Una Cum Dionyſio Et Ariſtotele,
Civem & Gymnaſiarchum Incomparabilem,
Suſcipientibus Impenſam
Præſidibus In Gymnaſio Amicis Viris
Nemmio Eutycheto Et
Marco Aurelio Atetoëſto,
Avidio Sattito. Quod Fauſtum Sit.

Aliæ ſchedæ in penultima linea habent Μ. ΑΤΡΗΛΙΟΤ ΑΡΕΤΩΝΟΣ. Rarum eſt in Inſcriptione iſta, Sacerdotem hunc deducere genus ſuum *ab Hercule* per *XLVIII.* generationes, atque *a Dioſcuris*, ſive a Caſtore & Polluce per *XLIV.* Ita nullo tempore defuerunt, qui ad præcipuos Heroas ſuum genus referrent. *Marci Aurelii Ariſtocratidæ* mentio eſt in ſubſequenti lapide.

1 *In Lacedæmonia,*
ad aliam basim marmoream.
E schedis meis.
Misit quoque prælaudatus Compagnonius Abbas.

Η ΠΟΛΙΣ
Μ̅. ΑΥ̅Ρ. ΠΑΝΚΡΑΤΙΔΑΝ ΕΛΛΑΝΙΚΟΥ
ΤΟΝ ΕΥΓΕΝΕΣΤΑΤΟΝ ΠΟΛΙΤΗΝ
ΕΑΥΤΗΣ ΚΑΙ ΒΟΥΛΕΥΤΗΣ ΕΥΝΟΙΑΣ
ΚΑΙ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ ΧΑΡΙΝ
ΗΝ ΕΝ ΤΟΙΣ ΧΡΗΣΙΜΩΤΑΤΟΙΣ ΕΠΕΔΕΙΞΑΤΟ
ΠΡΟΣΔΕΞΑΜΕΝΟΥ ΤΟ ΑΝΑΛΩΜΑ
ΤΟΥ ΠΑΝΑΡΙΣΤΟΥ Μ̅. ΑΥΡΗΛ. ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥϹ
ΤΟΥ ΔΑΜΑΙΝΕΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ ΚΑΤΑ ΓΕΝΟΣ ΑΠΟ
ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΜΗ ΑΠΟ ΔΙΟΣΚΟΥΡΩΝ
ΤΟΥ ΦΙΛΟΥ

Videlicet:

Civitas (honore afficit)
Marcum Aurelium Pancratidem Hellanici filium,
Nobilissimum Civem,
Ob Illius Erga Se Et Senatum Benevolentiam,
Atque Honorificentiæ Caussa,
Quam In Utilissimis rebus Commonstravit.
Curam agente
Optimo viro *Marco Aurelio Aristocrate*
Damæneti filio, *Sacerdote Secundum Genus Ab*
Hercule XLVIII. A Dioscuris . . . . . (supple *XLIV.*)
Amico.

2 *In Civitate Eleusina.*
Ex Whelero.

ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗΙ
Η ΙΕΡΑ ΓΕΡΟΥΣΙΑ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΛΙΘΟΦΟΡΟΝ ΠΡΟΣΔΕΚΤΟΝ
ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥ ΚΕΦΑΛΗΘΕΝ
ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ ΠΡΟΙΚΑ
ΤΙΜΗΘΕΝΤΑ ΔΕ ΥΠΟ ΘΕΟΥ
ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΤΗ ΡΩΜΑΙΩΝ
ΠΟΛΕΙΤΕΙΑ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΟΥ
ΚΗΡΥΚΩΝ ΓΕΝΟΥΣ ΑΡΞΑΝ
ΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΑΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ
ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΕΝΕΚΑ
ΑΤΤΙΚΟΣ ΕΥΔΟΞΟΥ ΣΦΗΤΤΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Hoc est:

Cereri Ac Proserpinæ.
Sacer Senatus Marcum Aurelium
Lithophorum Prosdectum,
Pistocrati filium *Ex* Pago *Cephalo,*
Qui Legati Munere Sine Mercede functus est:
Donatum A Divo
Commodo Augusto *Romanâ*
Civitate. Qui Primas Egit tum in
Ceryoum Genere, tum in
Sacro Senatu,
Pietatis Caussâ
(supple: *Hoc monumento honorat.*)
Atticus Eudoxi filius ex oppido *Sphetto Fecit.*

Cericum, ideft *Præconum*, apud Græcos nobile fuit munus. Teste Polluce Lib. VIII. Cap. IX. n. 103. alii ad *Sacra* adhibebantur, alii ad *publica Certamina*, alii ad *Pompas*, alii denique ad *res in foro venales*. Est & alibi in hac ipsa Collectione illorum mentio.

3 *Palmyræ.*
E Transactionibus Philosophicis Anglicis.

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟϹ ΒΑΡΕΙΧΕΙΝ ΑΜΡΙϹΑΜ ϹΟΥ ΤΟΥ
ΙΑΡΙΒωΛΕΟΥϹ ΚΑΙ ΜΟΚΙΜΟΝ
ΥΙΟΝ ΑΥΤΟΥ ΕΥϹΕΒΕΙϹ ΚΑΙ
ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΔΑϹ ΤΕΙΜΗϹ ΧΑΡΙΝ

Scilicet:

Senatus Et Populus Barichin filium *Amrisamsi* filii
Jaroboli Et Mocimum
Ejus Filium, Pios Et
Patriæ Amatores Honoris Caussâ (subaudi: *hoc Monumento donarunt.*)

1 *Lampsaci.*
E schedis Barberinis Cyriaci
misit N. V. Abbas Compagnonius.
Et ex Whelero.

Η ΓΕΡΟΥΣΙΑ
ΚΥΡΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑΡΧΙΑ
ΤΡΟΝ ΑΡΙΣΤΟΝ ΠΟΛΕΙΤΗΝ ΕΠΙ
ΣΗΜΟΝ ΠΡΟΣ ΠΟΛΛΟΙΣ ΕΥΕΡΓΕ
ΤΗΜΑΣΙΝ ΕΙΣ ΑΥΤΗΝ ΑΛΕΙΨΑΝΤΑ
ΛΑΜΠΡΩΣ ΚΑΙ ΠΟΛΥΔΑΠΑΝΩΣ ΚΑΙ
ΑΣΥΝΚΡΙΤΩΣ ΚΑΙ ΑΠΟΧΑΡΙΣΑ
ΜΕΝΟΝ ΧΕΙΛΙΑΣ ΑΤΤΙΚΑΣ ΤΗ ΓΕΡΟΥΣΙΑ

Nempe:

Senatus
Cyrum Apollonii filium *Medi-*
cum Optimum, *Civem In-*
signem, *Ob Multa Bene-*
ficia In Se Collata, *Quod Aliptam* (five Unctorem)
Splendide Et Liberalissime Atque
Inculpate Egit, *Et Elargitus*
eſt eidem *Senatui Mille Atticas* drachmas,
(ſubaudi: *hoc monumento honorat.*)

Si quis *Apollonium* hunc Medicum *a Senatu mille* Drachmis *Atticis* donatum mavult, uti Carolus Patinus cenſuit, ei per me licet.

3 *Lamiæ, nunc* Zeiton.
Ex Paulo Luca
miſit Bimardus.

Η ΠΟΛΙΣ ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ ΛΑΜΙ
ΕΩΝ ΜΝΑΣΙΛΑΙΔΑΝ ΠΑΡΑ
ΜΟΝΟΥ ΦΥΣΕΙ ΔΕ ΞΕΝΟ
ΦΑΝΤΟΥ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ
ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΕΙΣ ΑΥΤΗΝ

Ideſt:

Civitas Sebaſtenorum La-
mienſium Mnaſilæda Para-
moni (Filium Adoptione) *Naturâ Verò Xe-*
nophanti, *Virtutis Ergo*
Et Affectus Erga Ipſam
(honorat.)

Lamia Theſſaliæ Civitas, Straboni, Diodoro, & Livio memorata. Ex iſto lapide nunc diſcimus, ipſam *Sebaſtes*, ſive *Auguſtæ* nomen aſſumſiſſe.

2 *Ancyræ.*
Ex P. *Montfauconio.*

ΚΑΛΠΟΥΡΝΙΟΝ
ΠΡΟΚΛΟΝ ΕΚ ΣΥΝ
ΚΛΗΤΙΚΩΝ ΚΑΙ ΥΠΑΤΙ
ΚΩΝ ΧΕΙΛΙΑΡΧΟΝ
ΕΝ ΔΑΚΙΑ ΛΕΓΙΩΝΟΣ
ΙΓ. ΓΕΜΙΝΗΣ ΔΗΜΑΡ
ΧΟΝ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΡΩ
ΜΗΣ ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΑ Ο
ΔΩΝ. ΗΓΕΜΟΝΑ ΛΕΓΙΩ
ΝΟΣ Α̅ ΑΘΗΝΑΣ ΕΝ ΓΕΡΜΑ
ΝΙΑ ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΑΧΑΙ
ΑΣ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΝ ΒΕΛΓΙΚΗΣ Η ΜΗΤΡΟΠΟ
ΛΙΣ ΤΗΣ ΓΑΛΑΤΙΑΣ ΣΕ
ΒΑΣΤΗ ΤΕΚΤΟΣΑΓΩΝ ΑΓ
ΚΥΡΑ ΤΟΝ ΑΥΤΗΣ ΣΩΤΗ
ΡΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Ideſt:

Calpurnium
Proclum Ex Sena-
toribus Et Conſula-
ribus, *Tribunum*
In Dacia Legionis
XIII. Geminæ, *Tribunum Plebis*,
Prætorem Ro-
mæ, *Curatorem Vi-*
arum, *Præfectum* Legio-
nis I. Athenienſis In Germa-
nia, *Proconſulem Acha-*
jæ, *Legatum Et Propræ-*
torem Belgicæ, *Metropo-*
lis Galatiæ Auguſ-
ta Tectoſagum An-
cyra Suum Serva-
torem Et erga ſe *Beneficum*
(ſubaudi: *Hoc monumento honorat.*)

Nuſquam invenio *Legionem I. Athenienſem*, ita ut ſuſpicer latere heic aliquod mendum. Si Græcis foret ΒΟΗΘΗΝΑΣ pro *Adjutricis*, ſupplendam hanc vocem opinarer. *Ancyra Metropolis Galatiæ*, *Tectoſagum* nomine gloriabatur, quod Galli *Tectoſages* e Gallia in Germaniam, ac deinde in Aſiam progreſſi, Ancyram condiderint, eique regioni dederint nomen.

1 *Athenis, in ornatiſſima baſi.*
E ſchedis meis,
atque e Barberinis Cyriaci m. ſit Abbas Compagnonius.

Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ
ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΤΙΒΕΡΙΟΝ ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΝΟΥΙΟΝ
ΦΙΛΕΙΝΟΥ ΥΙΟΝ
ΤΟΝ ΕΠΙ ΙΕΡΕΑ ΔΗΛΙΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΔΙΑ ΒΙΟΥ
ΚΑΙ ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΝ ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ
ΠΑΝΑΘΗΝΑΙΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ
ΚΑΙ ΚΑΙϹΑΡΗΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ
ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΑΝΤΩΝΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ
ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΑ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ

Videlicet:

Ex Areopago Senatus,
Et Senatus Sexcentorum,
Et Populus
Tiberium Claudium Nujum (ſive Novium)
Philini Filium,
Sacerdotem Delii Apollinis Perpetuum,
Et Agonothetam Magnorum
Panathenæorum, Auguſtalium,
Et Cæſarienſium Sebaſtorum,
Et Pontificem Antoniæ Auguſtæ,
Amantem Cæſaris Et Amatorem Patriæ
Virtutis Cauſsâ
(ſubaudi: *ſic honorat.*)

Athenis quidem *Senatum Quingentumvirûm*, & *Senatum Areopagi* a Solone inſtitutos novimus, Plutarcho, aliiſque teſtibus At in hoc lapide habemus etiam Senatum *Sexcentumvirûm*. Infra quoque videbimus in eadem Urbe Senatum *Tercentumvirûm*. Porro fuit *Tiberius* iſte *Claudius Pontifex Antoniæ Auguſtæ*, quæ ſcilicet fuerat uxor Druſi Germanici, & neptis ex ſorore Cæſaris Auguſti. Hinc habes marmoris ipſius ætatem. Ludos *Panathenæos* celeberrimos in Græcia, Scriptores veteres ad cælum ferunt. Sub nomine ΚΑΙϹΑΡΗΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ *Cæſarienſium Sebaſtorum*, deſignantur, ut puto, alii Ludi in honorem Auguſti & Cæſarum inſtituti, non verò Cæſarienſis Urbis Populi. Ita & Romæ *Ludi Auguſtales* illuſtres fuere.

2 *Pariſiis, in Muſeo Academiæ Regiæ. Miſit Bimardus V. Cl. ejuſdem Academiæ Socius.*

ΤΗΝ ΑΞΙΟΛΟΓΩΤΑΤΗΝ. ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΑΡΙϹΤΗ
ΛΕΩϹ Μ ΑΥΡ ΦΑΥϹΤΟΥ ΑΡΧΙΕΡΕΩϹ ΕΚ ΠΡΟΓΟΝ
ϹΙΑΡΧΟΥ ΤΗΝ ΓΥΜΝΑϹΙΑΡΧΟΝ ΕΝ Ω ΚΑΤΕϹΚ
ΓΥΜΝΑϹΙΩ Η ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ ΠΑΡΙΩΝ ΠΟΛΙϹ
ΑΚΙϹ ΕΨΗΦΙϹΑΤΟ ΑΝΕϹ
ΡΟΝ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΙΔΑ Κ
ΑΡΙϹΤΟΤΟΚΙΑΝ
ΟS ΑΠΗΓΛΑ

Ideſt:

Multis Dignam Laudibus, Ac In Omnibus Eximiam (Filiam aut Conjugem) *Marci Aurelii Fauſti Pontificis Ex Majorum* (ſucceſſione) *Et Aſiarchæ* (ſeu Gymnaſiarchi) *Gymnaſiarcham* (& ipſam) *In Quo Paravit .... Gymnaſio: Splendidiſſima Pariorum Civitas Honorandam Decrevit ...... Et Filiorum Amantem, Eorumque Egregiorum Genitricem ....*

Si, uti videtur, *Gymnaſiarchi* munere functa eſt ignota hæc Mulier, id ſane rarum in Femina.

1 *Extra Romam Viâ Tiburniâ intra primum lapidem.*
Ex Plinii Junioris Epistol. 29. Lib. 7. & Epistol. 6. Lib. 8. ad Montanum.

TI. CLAVDIO. AVG. LIB.
PALLANTI
HVIC. SENATVS. OB. FIDEM. PIETATEMQVE
ERGA. PATRONOS. ORNAMENTA. PRAETORIA. DECREVIT.
ET. SESTERTIVM. CENTIES. QVINQVAGIES.
CVIVS. HONORE. CONTENTVS. FVIT

2 *Senatus Consultum ibi quoque positum, teste eodem Plinio.*

PALLANTIS. NOMINE. SENATVS. GRATIAS. AGIT. CAESARI.
QVOD. ET. IPSE. CVM. SVMMO. HONORE. MENTIONEM. EIVS.
PROSECVTVS ESSET. ET. SENATVI. FACVLTATEM. FECISSET.
TESTANDI. ERGA. EVM. BENEVOLENTIAM. SVAM.
PALLAS. CVI. SE. OMNES. PRO. VIRILI. PARTE. OBLIGATOS.
FATENTVR. SINGVLARIS. FIDEI. SINGVLARIS. INDVSTRIAE.
FRVCTVM. MERITISSIMO. FERAT.
VOLVISSE. QVIDEM. SENATVM. CENSERE. DANDVM. EX.
AERARIO. SESTERTIVM. CENTIES. QVINQVAGIES. ET.
QVANTO. AB. EIVSMODI. CVPIDITATIBVS REMOTIOR. EIVS.
ANIMVS. ESSET. TANTO. IMPENSIVS. PETERE A. PVBLICO.
PARENTE. VT. EVM. COMPELLERET. AD. CEDENDVM.
SENATVI.
SED. QVVM. PRINCEPS. OPTIMVS. PARENSQVE. PVBLICVS. ROGATVS. A.
PALLANTE. EAM. PARTEM. SENTENTIAE. QVAE. PERTINEBAT. AD.
DANDVM. EI. EX. AERARIO. CENTIES. QVINQVAGIES. SESTERTIVM.
REMITTI. VOLVISSET. TESTARI. SENATVM. ET. SE. LIBENTER. AC. MERITO.
HANC. SVMMAM. INTER. RELIQVOS. HONORES. OB. FIDEM. DILIGENTIAMQ.
PALLANTIS. DECERNERE. COEPISSE. VOLVNTATI. TAMEN. PRINCIPIS. SVI.
CVI. IN. NVLLA. RE. FAS. PVTARET. REPVGNARE. IN. HAC. QVOQVE. RE.
OBSEQVI.
VTIQVE. QVVM. SIT. VTILE. PRINCIPIS. BENIGNITATEM. PROMTISSIMAM.
AD. LAVDEM. PRAEMIAQVE. MERENTIVM. ILLVSTRARI. VBIQVE. ET.
MAXIME. IN. LOCIS. QVIBVS. INCITARI. AD. IMITATIONEM. PRAEPOSITI.
RERVM. EIVS. CVRA. POSSENT. ET. PALLANTIS. SPECTATISSIMA. FIDES.
ATQVE. INNOCENTIA. EXEMPLO. PROVOCARE. STVDIVM. TAM. HONESTATE.
AEMVLATIONIS. POSSET. EA. QVAE. QVARTO. CALEND. FEBRVARII.
QVAE. PROXIME. FVISSENT. IN. AMPLISSIMO. ORDINE. OPTIMVS.
PRINCEPS. RECITASSET. SENATVSQVE. CONSVLTA. DE. HIS. REBVS.
FACTA. IN. AES. INCIDERENTVR. IDQVE. AES. FIGERETVR. AD
STATVAM. LORICATAM. DIVI. IVLII.

Nobile hoc elogium *Pallantis Liberti* famosi a juniore Plinio nobis servatum dignum plane fuit, quod inter cetera antiquitatis Monumenta locum obtineret. Pallas iste sub Claudio Augusto *velut arbitrum Regni agebat*, ut ait Tacitus Lib. 13. Cap. 14. Annalium. Adulationem Senatus hanc ob caussam castigavere Plinius junior loco laudato, ac Tacitus Lib. 12. Cap. 53. Incusaverat & Plinius senior Lib. 35. Cap. penultimo.

1 *Venetiis*, *apud Apostolum Zeno.* *Misit Octavius Bochius*, *J. C. Venetus.*

Α ΠΟΛΙΣ ΜΑΡΚΟΝ ΚΑΛΗ
ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ΒΥΒΛΟ̅ ΤΟΝ
ΠΑΤΡΩΝΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΑΝ
ΕΡΜΑΙ ΗΡΑΚΛΕΙ

Ideſt:

Civitas Marcum Cale-
gaji Filium Biblienſem,
Patronum Et Benefactorem
Mercurio (Et) *Herculi*
(commendat.)

2 *Smyrnæ.* *Miſit Bimardus.*

Ο ΔΗΜΟΣ	Ο ΔΗΜΟΣ
ΟΣΙΔΕΟΝ	ΗΡΟΦΑΝΤΑΝ
ΔΗΜΟΚΛΕΙΟΥΣ	ΤΙΜΩΝΟΣ

Ideſt:

Populus	*Populus*
Hoſideum	*Herophantem*
Democlis (Filium)	*Timonis* (Filium)

(ſubaudi: *hoc monumento honorat.*)

3 *Lacedæmone* *juxta Forum*, *E ſchedis meis*, *& Cyriaci Anconitani.*

Η. ΠΟΛΙϹ
ΤΙΒΕΡΙΟΝ. ΚΛΑΥΔΙΟΝ
ΠΡΑΤΟΛΑΟΝ. ΒΡΑϹΙΔΟΝ
ΚΑΛΩϹ. ΠΕΠΟΛΙΤΕΥΜΕΝΟΝ. ΚΑΙ. ΛΑΒΟΝΤΑ
ΤΑΣ ΤΗΣ ΑΡΙϹΤΟΠΟΛΕΙΤΕΙΑϹ. ΤΕΙΜ.
ΚΑΤΑ. ΤΟΝ. ΝΟΜΟΝ.

Ideſt:

Civitas
Tiberium Claudium
Pratolaum Braſidum
Egregiâ Adminiſtratione in Republicâ functû, *Et Ornatum*
dignis *Optimo Magiſtratu Honoribus*,
Secundùm Legem
(ſupple: *honorat.*)

4 *Thyatiræ.* *Ex Thoma Smitho.*

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗΙ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ
ΟΥΛΠΙΑΝ ΜΑΡΚΕΛΛΑΝ
ΤΗΝ ΙΕΡΕΙΑΝ ΤΗΣ ΑΡΤΕ
ΜΙΔΟΣ ΜΑΡΚΟΥ ΟΥΛΠΙΟΥ
ΔΑΜΑ ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ
ΚΑΙ ΚΑΝΔΙΔΙΑΣ ΒΑΣΣΗΣ
ΘΥΓΑΤΕΡΑ ΕΠΙΤΕΛΗ
ΣΑΣΑΝ ΤΑ ΤΗΣ ΘΕΟΥ
ΜΥΣΤΗΡΙΑ ΚΑΙ ΤΑΣ ΘΥ
ΣΙΑΣ ΛΑΜΠΡΩΣ ΚΑΙ
ΠΟΛΥΔΑΠΑΝΩΣ
ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤΩΝ ΤΗΝ ΤΕΙ
ΜΗΝ ΑΝΔΡΟΝΕΙΚΟΥ ΤΟΥ ΑΝ
ΔΡΟΝΕΙΚΟΥ ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΟΝΕΙ
ΚΗϹ ΤΗΣ ΜΗΝΟΓΕΝΟΥΣ
ΤΩΝ ΤΡΕΨΑΝΤΩΝ
ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ

Scilicet:

Quod Fauſtum Sit.
Senatus, *Et Populus*
Honorarunt
Ulpiam Marcellam,
Sacerdotem Di-
anæ, *Marci Ulpii*
Damæ Paradoxi,
Et Candidæ Baſſæ
Filiam, *Quæ Pere-*
git Deæ
Myſteria Et Sacri-
ficia Splendide Et
Liberaliter.
Statuæ Erectionem Curantibus
Andronico Filio An-
dronici Et Stratoni-
ce Filia Monogenis,
Nutritoribus
De Sua *Pecunia.*

Paradoxi. Ideſt *Admirabilis.* Occurrit hæc vox in aliis Græcorum monumentis, ſuſpicante me, vel publicum aliquod officium, vel ſplendidum Titulum a Republica acceptum, eâ voce deſignari.

5 *Ephesi* *ad fornicem XL. Aquæductus.* *E ſchedis D.* de la Condamine *hauſit Bimardus V. Cl.*

Ο ΔΗΜΟΣ
ΑΜΜΙΟΝ ΠΕΡΙΓΕΝΟΥΣ
ΤΗΝ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΤΟΥ ΜΗΝΙ
ΔΟΣ ΔΙΔΥΜΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ

Ideſt:

Populus
Ammionem Perigenis (Filiam)
Heraclidis (Neptem) *Meni-*
dis Didymi Uxorem
(honorat.)

1 *Venetiis,*
in Bibliotheca Ducali.
Ex Mabillonio, & Donio.

ΛΑΜΠΠΑΙΩΝ. Η. ΠΟΛΙΣ. ΜΑΡΚΟΝ. ΤΟΝ. ΑΥΡΗΛΙΟΝ
ΚΛΗΣΙΠΠΟΝ. ΤΕΙΜΗΣ. ΚΑΙ. ΜΝΗΜΗΣ. ΧΑΡ.

Hoc eſt:

Lampæorum Civitas Marcum Aurelium
Cleſippum, Honoris Et Memoriæ Cauſsâ
(ſubaudi : *hoc monumento donat.*)

Apud Cretam Inſulam exſtare dicitur hæc Inſcriptio. Et ſane hæc Civitas ad eam Inſulam pertinuit. *Lappæorum* Harduinus, uti & Mabillonius Viri Clariſſimi ſcribendum eſſe arbitrati ſunt. Donius quoque habet ΛΑΠΠΑΙΩΝ. Sed *Lampæorum* retinendum eſſe ſunt, quæ perſuadent. Λαμπᾶιοι, ideſt *Lampæi* memorantur Polybio Lib. 4. & Dioni Caſſio Lib. 51. Proinde corrigenda loca apud eumdem Dionem, & apud Ptolemæum, ubi *Lappa* legitur. Attamen per duplicem ΠΠ. ſcriptum fuiſſe interdum ejuſdem Urbis nomen e Stephano diſcimus, cujus verba ſunt: Λάμπη πόλις Κρήτης &c. *Lampe, Urbs Cretæ, ab Agamemnone condita, a Lampo Tarrhæi filio nomen accepit. Gentile Lampæus. Xenio* (ſeu Xeno) *in Creta per duplex PP. ſcribit hanc Urbem*. Vide Gruterum pag. 1091. num. 9.

2 *Thyatiræ.*
E ſchedis meis.
Et ex Thoma Smitho.

Η ΚΡΑΤΙΣΤΗ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ ΒΟΥΛΗ
ΚΛΩΔΙΟΝ ΑΥΡ ΠΡΟΚΛΟΝ ΗΡΩΑ ΑΝΔΡΑ
ΕΥΓΕΝΗ ΕΠΙ ΣΕΜΝΟΤΗΤΙ ΒΙΟΥ ΚΑΙ ΑΡΧΑΙΣ
ΚΑΙ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΙΣ ΠΑΣΑΙΣ ΔΙΑ ΤΕ ΑΥΤΟΥ
ΚΑΙ ΤΟ ΓΕΝΟΣ

Ideſt:

Præſtantiſſimus Thyatirenorum Senatus
Clodium Aurelium Proclum, Heroëm, Virum
Nobilem tum *Ob Vitæ Gravitatem*, tum ob *Magiſtratus*
Et Publica Munera Cuncta, Quibus Ille
Ac Majores Ejus functi ſunt
(ſupple: *honorat.*)

Thyatira Lydiæ Civitas non in profana minus, quàm in ſacra Hiſtoria per quam celebris eſt.

3 *Thermis in Sicilia.*
E Gualterio.

ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ
Ο ΔΑΜΟΣ ΑΛΑΙΣΙΝΩΝ
ΔΙΟΓΕΝΗΝ ΔΙΟΓΕΝΕΟΣ
ΛΑΠΙΡΩΝΑ
ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ.

Ideſt:

Diis omnibus (faventibus)
Populus Halæſinorum
Diogenem Diogenis filium
Lapirona
Beneficentiæ Cauſsâ
(ſubaudi: *honore hoc afficit.*)

In ſchedis meis ponitur marmor hoc *Naupliæ* in Urbe Peloponneſi, ibique legitur ΓΕΝΕΥΗΝ ΔΙΟΓΕΝΕΟΣ ΛΑΠΙΡΩΝΙΔΑ, quaſi ſit, *Natalem Diogenis Lapironidæ*. Sed revera exſtitiſſe videtur in Sicilia. Ibi quippe olim fuit Civitas *Haleſa*, ſive *Aleſa*, a Tullio, Strabone, Silio, aliiſque antiquis memorata. Vide Cluverium Sicil. Antiqu. Lib. 2. Cap. 4. Diodorum Lib. 14. Fazellum Dec. 1. Lib. 8. Cap. 3. Alteram Inſcriptionem dabo infra in Claſs. XV. Geographic. ad *Haleſinos* ſpectantem.

4 *Pariſiis,*
in Regiæ Academiæ Muſeo Inſcription.
M ſit Bimardus.

Υ ΑΥΡ ΛΕΙΤΗΝ ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΓΥΝΑΙΚΑ ΔΕ ΤΟΥ ΠΡΩΤΟ
ΩϹ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΤΩΝ ϹΕΒΒ ΚΑΙ ΚΑΙϹΑΡΩΝ ΚΑΙ ΚΑΒΑΡΝΙϹΥ
ΕΥΑϹΕΝ ΚΑΙ ΑΝΕΝΕΩϹΑΤΟ ΑΠΟ ΠΟΛΛΩΝ ΕΤΩΝ ΧΡΟΝΟΥ ΠΕΓ
ΙΠΑΤΡΙϹ ΑΝΤΙ ΠΟΛΛΩΝ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΩΝ ΤΕΙΜΗΝ ΛΑΜΒΑΝΟ
ΗϹΕΝ ΑΥΤΗΝ ΕΝ ΑΝΔΡΙΑΝΤΙ ΜΑΡΜΑΡΙΝΩ ΤΗΝ ΦΙΛΟϹΟ
ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ
ΑΚΟΙΤΙΝ
ϹΙΝ

Ex verſione Bimardi.

. . . . *Aureliam Liten Theodoti Filiam, Conjugem Vero Primi* . . . . .
Sacerdotis Perpetui Auguſtorum Et Cæſarum, Et Cabarnii . . . . . .
Quæ Ædificavit Et Refecit A Multis Jam Annis Collapſam . . . . . .
. . . . *Patriæ Pro Multis Magniſque Beneficiis Honore Dignis*
Honoravit Ipſam Statuâ Marmoreâ Feminam Philoſophiæ
Et Patriæ Amantem
. . . . *Conjugem*
. . . .

1 *Ad Thebas Bœotiæ,*
in Æde Metropolitana.
E ſchedis meis.

ΑΓΑΘΗ ΤΤΧΗ
ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ ΤΠΑΤΙΚΟΝ
ΕΠΑΝΟΡΘΩΤΗΝ ΑΧΑΙΙΑΣ
Λ. ΕΓΝΑΤΙΟΝ ΒΙΚΤΩΡΑ ΛΟΛΛΙΑΝΟΝ
ΤΟΝ ΑΓΝΟΝ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΝ
ΠΑΡΑ ΤΩ ΕΛΕΤΘΕΡΙΩ ΔΙΙ ΚΑΙ
ΤΗ ΟΜΟΝΟΙΑ ΤΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ ΠΛΑΤΑΙΩΝ
ΠΟΛΙΣ ΤΟΝ ΕΑΤΤΗΣ ΕΤΕΡΓΕΤΗΝ

Nempe :

Quod Fauſtum Sit.
Splendidiſſimum Conſularem virum
Correctorem Achajæ,
Lucium Egnatium Victorem Lollianum
Caſtum Et Juſtum
Apud Jovem Liberatorem, Et
Apud *Conventum Græcorum Platæenſium*
Civitas Benefactorem Suum
(adde : *hoc monumento honorat.*)

Georgius VVhelerus pag. 423. Itinerarii ſui alteram Inſcriptionem adfert, huic ipſi *Lolliano Athenienſium Oratori* poſitam; ibique *Aulus*, non *Lucius*, is prænominatur. Eam accipe.

2 *Athenis.*
Ex Whelero.

ΤΗ ΤΤΧΗ
Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΤ ΒΟΤΛΗ
Α. ΕΓΝΑΤ. ΟΤΙΚΤΟΡΑ ΛΟΛΛΙΑΝΟΝ
ΑΝΤΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΑΤΤΟΤΣ ΕΤΝΟΙΑΣ
ΤΗΣ ΤΕ ΚΗΔΕΜΟΝΙΑΣ ΤΩΝ ΑΘΗΝΩΝ
ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ

Nempe :

Quod Bene vertat.
Areopagi Senatus
Aulum Egnatium Victorem Lollianum,
Ob Ejus Erga Se ipſos Benevolentiam
Solicitumque Studium quo tempore *Athenarum*
Orator fuit,
(ſubaudi: *hoc titulo exornat.*)

3 *Ancyræ.*
Ex P. Montfauconio.

Λ. ΦΟΤΛΤΙΟΝ ΡΟΤ
ΣΤΙΚΟΝ ΑΙΜΙΛΙΑΝΟΝ ΠΡΕΣΡ. ΣΕΒΑΣΤΗ(ΝΩΝ)
ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ. ΤΠΑΤΟΝ Η ΒΟΤ
ΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΗΣ ΜΗ
ΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΓΚΤ
ΡΑΣ ΤΟΝ ΕΑΤΤΩΝ
ΕΤΕΡΓΕΤΗΝ ΕΠΙΜΕ
ΛΟΤΜΕΝΟΤ
ΤΡΕΒΙΟΤ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΤ

Scilicet :

Lucium Fulvium Ru-
*ſticum Æmilianum, Legatum Sebaſt*enorum,
Prætorem, Conſulem, Se-
natus, Populuſque Me-
tropolis Ancy-
ræ De Se
Bene-meritum, Cu-
rante
Trebio Alexandro,
(ſupple: *honorat.*)

Arbitratur heic Clariſs. Montfauconius agi de *Fulvio Æmiliano*, qui Anno Chriſti 206. *Conſul* proceſſit. Ejus ſententiæ ſubſcribo, quum diſerte *Fulvius* iſte appelletur in hoc lapide ΥΠΑΤΟΣ, *Conſul*. Sed non facile aſſentiar legenti ΣΕΒΑΣΤΗΝΩΝ, ideſt *Sebaſtenorum*; neque enim uni Urbi præficiebantur ΠΡΕΣΒΥΤΑΙ, ſeu ΠΡΕΣΒΕΥΤΑΙ, *Legati*, ſed Provinciæ alicui. Mihi potius arrideret hæc lectio: ΠΡΕΣΒΥΤΗΝ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΚΑΙ ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΟΝ, uti eſt in aliis Inſcriptionibus, vel ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ dumtaxat, ita ut *Fulvius Ruſticus* iſte *Æmilianus* fuerit *Legatus Auguſti Prætorius*, aut *Propretorius* in Provincia Galatiæ.

4 *Tarſi.*
Ex Paulo Luca
miſit Bimardus.

ΕΠΙ ΔΟΙ.... ΕΤΤΡΟΠΙΟΤ ΤΟΤ
ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΤ ΗΓΟΤΜΕΝΟΤ
ΗΜΩΝ ΕΠΛΗΡΩΘΗ Η ΠΕΡΙ
ΦΕΡΕΙΑ ΤΟΤ ΣΤΑΔΙΟΤ

Ideſt :

Sub Do..... Eutropio
Illuſtriſſimo Præſide
Noſtro Completa Eſt Circum-
ferentia Stadii.

1

Apud Delphos.
E schedis meis.
Misit quoque e schedis Cyriaci
N. V. Compagnonius Abbas.

ΘΕΟΣ ΤΥΧΑΝ ΑΓΑΘ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΗΡΟΥΣ ΤΟΥ ΚΛΕΩΝΟΣ ΒΟΥΛΕΥΟΝΤωΝ
ΞΕΝΩΚΡΙΤΟΥ ΤΟΥ ΜΕΝΗΤΟΣ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΔΡΟ
ΜΟΚΛΕΙΔΑ ΑΡΧΕΛΑΟΥ ΤΟΥ ΕΥΔΩΡΟΥ ΧΑΡΙΞΕΝΟΥ
ΤΟΥ ΣΩΠΥΛΟΥ ΕΠΕΙ Ο ΛΟΥΚΙΟΣ ΟΣΤΙΛΛΙΟΣ ΛΟΥΚΙΟΥ ΥΙΟΣ
ΡΩΜΑΙΟΣ ΑΝΗΡ ΚΑΛΟΣ Κ'ΑΓΑΘΟϹ ΕΥΣΕΒΩΣ - - - - - - - ΔΙΑ
ΚΕΙΜΕΝΟΣ ΤΥΓΧΑΝΕΙ - - - - - - - - - - ΕΥΝΟΙΚΩΣ
ΔΕ ΚΑΙ ΠΟΤΙ ΤΑΝ ΠΟΛΙΝ ΑΥΤΩΝ ΠΑΤΡΩΝΕΤΩΝ
ΔΙΑΠΑΝΤΟΣ ΤΟΙΣ ΕΝ Τ

Ideſt :

Deus Fortunam Bonam (donet.)
Archonte Hero Filio Cleonis, Conſiliariis
Xenocrito Filio Meniti, Tarentino Filio Dro-
moclidæ, Archelao Filio Eudori, Charixeno
Filio Sopyli. Poſtquam Lucius Hoſtillius Lucii Filius
Romanus, Vir Elegans Et Bonus Pie - - - - - Con-
ſtitutus Obtinuit - - - - - - - - - - Beneficenter
Perpetuo -

2

Smyrnæ, nunc Cellis
in Biturigibus.
Miſit Joſeph Bimardus M. Seleuci Baro.

Ο ΔΗ
ΜΟϹ
ΣΕΛΕΥΚΟΝ
ΔΗΜΑ

Nimirum :

Po-
pulus
Seleucum
Demæ filium
(*honorat.*)

3

Nemauſi.
Miſit idem.

EX DECER
DECVRIO
ET PVSO
PEREGRIN
IIII VIR T
IVLIO FESTO

Confer duas alias apud Sponium Miſcell. pag. 239. & 241.

4

Ibidem.
E ſchedis Guirani in Cæſarea Bibliotheca.

EX DECR
DECVRION
AR. DAT. IVL
FESTO. PER
PVSO. PEREGR

Monoſyllabo AR. breviato indicantur *Decuriones Arelatenſes* finitimi Nemauſo. Geminæ Teſſeræ Hoſpitalitatis mihi creduntur. Pro ET in ſuperiori, fortaſſe ſcriptum fuit DAT. uti in iſtâ legimus. Scriptum quoque in priori teſſerâ fuerit EX DECRE*to*, non DECER.

5

Megaræ.
E ſchedis meis.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΛΗΚΑΙΟΔΗ
ΦΑΥΣΤΕΙΝΑΝ. ΦΑΥΣΤΕΙΝΟΥ
ΙΕΡΕΙΑΝ. ΑΡΤΕΜΙΔΟΣ. ΣΩΤΕΙΡΑΣ
ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. ΕΝΕΚΕΝ. ΚΑΙ. ΦΙΛΟΤΕΙΜΙΑΣ

Videlicet :

Quod Fauſtum Sit.
- - - - - - - - - - -
Fauſtinam Fauſtini filiam,
Sacerdotem Dianæ Servatricis
Pietatis Et Honoris Cauſsâ
(ſubaudi : *Civitas hac memoriâ donat.*)

1 *Smyrnæ.*
Ex Thoma Smitho.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΜΕΝΕΚΛΗΝ ΕΡΜΟ
ΓΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ

Ideſt:

Populus
Meneclen Hermo-
genis filium *Metrodorum*
(adde: *hoc elogio honorat.*)


2 *Mylaſæ in Caria.*
Ex Whelero.

Ο ΔΗΜΟΣ ΜΕΝΑ
ΝΔΡΟΝ ΟΥΛΙΑΔΟΥ
ΤΟΥ ΕΥΘΥΔΗΜΟΥΕ
ΤΕΡΓΕΤΗΝ ΤΗΣ
ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΚΑΙ
ΕΞ ΕΥΕΡΓΕΤ
ΩΝ ΓΕΓΟΝΟΤΑ

Nempe:

Populus Menan-
drum Uliadis
Euthydemi Filium, Be-
nefactorem
Patriæ, Et
Ex Benefactori-
bus Progenitum
(ſupple: *hoc lapide honorat.*)

3 *Pariſiis,*
in Muſeo Acad. Regiæ Inſcrip.
Miſit Bimardus.



Ideſt:

Senatus
Populuſque
Coronat
Aureâ Coro-
nâ Epaphro-
ditum Aſte-
cti (Filium) *Heroem,*
(ſive: *Splendidum Virum.*)

4 *Thyatiræ.*
Ex eodem.

Η ΠΑΤΡΙΣ

Μ. ΑΥΡ. ΔΙΑΔΟΧΟΝ ΙΠΠΙΚΟΝ ΤΟΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΝΑΩΝ ΤΩΝ
ΕΝ ΠΕΡΓΑΜΩ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΚΑΤΑ
ΤΟΝ ΑΥΤΟΝ ΚΑΙΡΟΝ ΤΗΣ ΠΑΤΡΙ
ΔΟΣ ΚΑΙ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΒΟΥΛΑΡΧΟΝ ΤΙ
ΜΗΘΕΝΤΑ ΥΠΟ ΤΟΥ ΘΕΙΟΤΑΤΟΥ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ Μ. ΑΥΡ. ΣΕΟΥΗΡΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΣΥΝΑ
ΨΑΙ ΤΑΣ ΑΡΧΙΕΡΟΣΥΝΑΣ ΤΟΙΣ
ΟΞΕΣΙΝ ΕΝ ΕΚΑΤΕΡΙΑΙΣ ΤΑΙΣ ΠΟ
ΛΕΣΙΝ ΦΙΛΟΤΙΜΗΣΑΜΕΝΟΝ
ΕΝΔΟΞΩΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΟΦΡΟΝΩΣ
ΑΝΔΡΑ ΕΠΙ ΗΘΕΣΙ ΚΑΙ ΕΠΙ ΕΥΚΛΕΙ
ΑΙ ΚΑΙ ΤΗ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ
ΕΥΝΟΙΑΙ ΔΙΑΠΡΕΠΟΝΤΑ

Hoc eſt:

Patria
Marcum Aurelium Diadochum Equitem,
Pontificem Aſiæ Templorum Exſiſtentium
In Pergamo, Et Pontificem Uno
Eodemque Tempore Pa-
triæ, Et Perpetuum in Senatu Archontem, Di-
gnum Habitum A Diviniſſimo
Imperatore Marco Aurelio Severo
Alexandro Auguſto, qui *Simul Conjun-*
geret Summa Sacerdotia
. . . . *In utriſque Urbi-*
bus, Munere Suo *Glorioſe Fungentem*
Nobiliter, Ac Magnifice,
Virum tum *Moribus*, tum *Celebri-*
tate, Atque Erga Patriam
Benevolentiâ Eximium
(ſubaudi: *Hoc Monumento Honorat.*)

1 *Palmyræ.*
Ex Transactionibus Philosophicis Anglicis.

Η ΒΟΤΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟC ΙΟΤΛΙΟΝ ΑΤΡΗΛΙΟΝ ΖΗΝΟΒΙΟΝ ΤΟΝ ΚΑΙ
ΣΑΒΔΙΛΑΝ ΔΙCΜΑΛΧΟΤ ΤΟΤ ΝΑCCΟΤΜΟΤ CΤΡΑΤΗΓΗCΑΝΤΑ ΕΝ
ΕΠΙΔΗΜΙΑ ΘΕΟΤ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΤ ΚΑΙ ΤΠΗΡΕΤΗCΑΝΤΑ ΠΑΡΟΤCΙΑ
ΔΙΗΝΕΚΕΙ ΡΟΤΤΙΛΛΙΟΤ ΚΡΙCΠΕΙΝΟΤ ΤΟΤ ΗΓΗCΑΜΕΝΟΤ ΚΑΙ ΕΠΙΔΗ
ΜΗCΑCΑΙC ΟΤΗΞΙΛΛΑΤΙΟCΙΝ ΑΓΟΡΑΝΟΜΗCΑΝΤΑ ΤΕ ΚΑΙ ΟΤΚ ΟΝΙ
CωΝΑ ΦΕΙΔΗCΑΝΤΑ ΧΡΗΜΑΤωΝ ΚΑΙ ΚΑΛωC ΠΟΛΕΙΤΕΤCΑΜΕΝΟΝ
ωC ΔΙΑ ΤΑΤΤΑ ΜΑΡΤΤΡΗΘΕΝΤΑ ΤΠΟ ΘΕΟΤ ΙΑΡΙΒωΛΟΤ ΚΑΙ ΤΠΟ ΙΟΤ
ΛΙΟΤ . . . . . ΤΟΤ ΕΞΟΧωΤΑΤΟΤ ΕΠΑΡΧΟΤ ΤΟΤ ΙΕΡΟΤ ΠΡΑΙΤωΡΙΟΤ
ΚΑΙ ΤΗC ΠΑΤΡΙΔΟC ΤΟΝ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ ΤΕΙΜΗC ΧΑΡΙΝ ΕΤΟΤC
Δ Ν Φ.

Senatus Et Populus Julium Aurelium Zenobium, Qui Et
Zabdila, Filium Dismalchi filii *Nassumi, Exercitui Præfectum*, sive *Prætorem, In*
Adventu Divi Alexandri; Qui *Et Operam Suam* diu *Contulit*
Ruttilio Crispino Præfecturâ Fungenti Et Adven-
ticiis Vexillationibus Ædilitatem Gessit, Neque ad Publicum Bonum
Suis *Pepercit Divitiis, Atque Egregie Publicis Muneribus Functus est:*
Ob Quæ Testimonium Laudis retulit *A Deo Jarobolo, Et A Ju-*
lio . . . . Præstantissimo Præfecto Sacri Prætorii,
Atque A Patria. Hunc Patriæ Amatorem, Honoris Caussâ, Anno
Quingentesimo Quinquagesimo Quarto
(subaudi: *Statuâ*, vel *Monumento Publico Donant.*)

Spectat Inscriptio ad Annum Christi 243. Hinc autem ediscimus, *Severum Alexandrum Augustum* profectum aliquando fuisse Palmyram. Id acciderit Anno Christi 230. quo expeditionem in Persas optimus Imperator suscepit. *Aglibolum*, & *Malachbelum* Palmyrenorum Deos Sponius nobis exhibuit in Miscellan. Section. I. Habemus heic *Jaribolum* ab iisdem cultum: quo nomine quis Deus designatus fuerit, ignotum mihi est. Eruditis quoque inquirendum dimitto, quid fuerint ΕΠΙΔΗΜΙ CΑCΑΙ ΟΤΗΞΙΛΛΑΤΙΟΝΕC, *Adventitiæ*, seu *peregrinæ Vexillationes* in hoc marmore memoratæ. Hisce vocabulis fortasse designabantur tam pedestres, quàm equestres acies, seu agmina sub Vexillis suis adventantia Palmyram, & ad expeditionem Persicam prodeuntia sub Alexandro Augusto, quorum hospitio, ac stationibus decernendis præfuerit *Julius Aurelius* iste *Zenobius Ædilitatis* munere fungens, ac eâ potissimum occasione militarium hospitiorum Designator primarius, idest, ut vulgo dicimus, *Quartier-Mastro*. Commemoratur & heic *Julius Præfectus Prætorio*: quem fuisse censeo *Julium Philippum*, qui paullo post Imperium arripuit. Sed & *Julius Paullus* celeberrimus Jurisconsultus eodem munere per ea tempora functus fuit.

2 *Ancyræ.*
Ex Clariss. Montfauconio.

Α Γ Α Θ Η Τ Τ Χ Η Ι
Η Μ Η Τ Ρ Ο Π Ο Λ Ι Σ
Ι Ο Τ Λ Ι Ο Ν
Σ Α Τ Ο Τ Ρ Ν Ε Ι Ν Ο Ν
Τ Ο Ν Η Γ Η Μ Ο Ν Α

Scilicet:

Bonæ Fortunæ.
Metropolis
Julium
Saturninum
Præfectum
(honorat.)

3 *Parisiis*
in Museo Acad. Regiæ Inscript.
Misit Bimardus.

Η ΒΟΤΛΗ. ΚΑΙ. ΔΗΜΟΣ . ΕΛΙ
CΤΕΦΑΝΟΙ. ΧΡΤCω. CΤΕ ΚωΝΙ
ΦΑΝω. ΘΤΡΤΘΜΟΝ. ΕΠΙ ΑC ΕΡ
ΤΤΧΕωC ΠΡΟΜΟΙΡωC ΜΙΟΤ
ΒΙωCΑΝΤΑ

Ex Versione Bimardi:

Senatus Populusque
Coronat Aureâ Coro-
nâ Thyrithmum Epi-
tychis Filium Ante Diem
Vitâ Functum.

1 *Megaræ.*
E schedis meis.

ΑΓΑΘΗ. ΤΥΧΗ

Η. ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ. ΜΕΓΑΡΕΩΝ. ΠΟΛΙΣ

ΛΙΚΙΝΝΙΑΝ ΤΙΜΟΚΡΑΤΕΙΑΝ. ΤΗΝ

ΙΕΡΕΙΑΝ. ΕΠΙ. ΣΩΦΡΟΣΥΝΗ

ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΕΙΣ ΑΥΤΗΝ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΙΣ

ΕΤΟΥΣ. Β̅. Η̅. C̅.

Hoc est:

Quod bene vertat.

Splendidissima Megarensium Civitas

Licinniam Timocrateam

Sacerdotem Ob Modestiam

Et ob ejus *Erga Ipsam* Civitatem *Liberalitates*,

Anno Ducentesimo Octogesimo Secundo,

(subaudi: *hoc Monumento honorat.*)

Si heic agitur de Epocha Alexandri Magni, videtur Inscriptio posita Anno U. C. 711. ante Christum 42. Inscriptionem istam posuit splendida Atticæ Civitas *Megara*.

2 *Venetiis,*
in Bibliotheca publica.
Misit Octavius Bochius, J. C. Venetus.

Ο ΔΗΜΟΣ

ΛΥΣΑΝΔΡΑΝ ΑΡΤΕΜΙΔΩΣ

ΦΑΝΕΙΟΥ ΔΕ ΓΥΝΑΙΚΑ

Idest:

Populus

Lysandram Artemidis (Filiam)

Uxorem Verò Phanii (honorat.)

Verti quidem *Artemidis* filiam, sed non sine suspicione, exhiberi heic nobis *Sacerdotissam Dianæ*.

4 *Lacedæmone,*
ad Gymnastarum Scænam,
in marmorea basi.
E schedis meis, & Cyriaci Anconitani.

Η ΠΟΛΙC

Γ̅Α. ΠΟΜΠΩ̅. ΑΓΙΝΑΛΚΑCΤΟΝ

ΤΑ ΤΕ ΑΛΛΑ. ΚΑΛΩC ΠΕΠΟΛΙΤΕΥΜΕΝΟΝ

ΚΑΙ ΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΟΥΝΤΑ ΛΑΜΠΡΩC

ΠΡΟCΔΕΞΑΜΕΝΟΥ ΤΟ ΑΝΑΛΩΜΑ

ΓΑ̅ ΠΟΜΠΩ̅ ΑΛΚΑΣΤΟΥ ΤΟΥ ΑΔΕΛΦΙΔΟΥ

Idest:

Civitas
Cajum Pomponium Aginalcastum
Qui Præter Alia Pulcre In Publica Administratione Gesta,
Gymnasio Splendide Præfuit,
Curante Impensam
Cajo Pomponio Alcasto Nepote,
(subintellige: *Hoc Monumento* sive *Statuâ donat.*)

ΑΓΙΝΑΛΚΑCΤΟΥ legitur in aliis schedis, ita ut *Cajus* iste *Pomponius* fuerit *filius Agmalcasti*, nisi sit *Agis Alcasti*, aut *Æginæta Alcasti filius*. Certe ejus nepos non *Aginalcastus*, sed *Alcastus* fuit.

3 *Smyrnæ.*
E schedis meis.

Η ΙΕΡΑ ΣΥΝΟΔΟΣ ΤΩΝ ΠΕΡΙ

ΤΟΝ ΒΡΕΙΣΕΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΝ

ΤΕΧΝΕΙΤΩΝ ΚΑΙ ΜΥΣΤΩΝ

ΜΑΡΚΟΝ ΑΥΡΗΛΙΟΝ ΧΑΡΙΔΗΜΟΥ

ΙΟΥΛΙΑΝΟΝ ΤΟΝ ΔΙΣ ΑΣΙΑΡΧΗΝ

ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΟΝ ΚΑΙ ΝΕΩΚΟ

ΡΟΝ ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΙ ΒΑΚΧΟΝ

ΤΟΝ ΘΕΟΥ ΔΙΑ ΤΕ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΘΕ

ΟΝ ΕΥΣΕΒΕΙΑΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΤΗΝ

ΠΑΤΡΙΔΑ ΕΝ ΠΑΣΙΝ ΕΥΝΟΙΑΝ ΚΑΙ ΔΙΑ

ΤΟ ΜΕΓΕΘΟΣ ΩΝ. ΑΥΤΗΙ. ΚΑΤΑΣΚΕΥΑ

ΖΕΝ ΕΡΓΩΝ ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΗΝ ΠΡΟΣ ΑΥΤΟΥΣ

ΔΙΑΘΕΣΙΝ

ΤΑΜΙΕΥΟΝΤΟΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ ΜΗΤΡΟ

ΦΑΝΟΥΣ ΑΜΕΡΙΜΝΟΥ ΕΡΓΕΠΙΣΤΑΤΗ

ΣΑΝΤΟΣ ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΥ ΦΟΙΒΙΩΝΟΣ

ΠΑΥΛΟΥ

Videlicet:

Sacra Synodus Eorum,

qui *Briseum Bacchum* Colunt,

Artificum Et Sacris Initiatorum,

Marcum Aurelium filium *Charidemi*

Julianum, Bis Asiarcham

Et Stephanephorum Atque Ædi-

tuum Augustorum, Et Fanati-

cum Dei, Tum Propter Erga De-

um Pietatem, Tum Ob Erga

Patriam Omnimodum Studium, Atque Ob

Magnitudinem Operum, Queis Ipsam Or-

navit, Tum etiam *Propter Erga Ipsos*

Probam Animi Affectionem,

(subaudi: *Honorat.*)

Quæsturam Agente Menophilo Metro-

phanis filio *Amerimno*, *Opus Curan-*

te Aphrodisio Phœbionis filio

Paulo.

In schedis meis legitur in septima linea ΒΑΚΧΟΝΤΟΥ ΘΕΟΥ *Bacchantis Dei*. Scribendum censeo ΒΑΚΧΟΝΤΟΝ idest *Bacchantem*, seu *Fanaticum* ejusdem *Dei*, nempe *Aurelium* istum *Julianum*, cui posita fuit Inscriptio a Synodo vel Collegio τῶν Τεχνειτῶν *Artificum* Dionysiacorum. Aristoteli in Problematis memorantur Τεχνῖται Διονυσιακοὶ, *Artifices Bacchanales*, qui a nonnullis doctis viris *Histriones* fuisse creduntur. Vide Gellium Lib. 20. Cap 5. Munus *Fanatici* inter Sacrorum Ministros in aliis apud Gruterum Lapidibus occurrit.

1 *Athenis, in columna marmorea. E schedis meis.*
Misit quoque e schedis Barberinis Cyriaci N. V. Abbas Compagnonius.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ ΑΝΘΤΠΑΤΟΝ ΤΗC ΕΛΛΑΔΟC
ΡΟΤΦΙΟΝ ΦΗCΤΟΝ ΚΑΙ ΑΡΕΟΠΑΓΕΙΤΗΝ
Η ΕΞ ΑΡΕΟΤΠΑΓΟΤ ΒΟΤΛΗ
ΚΑΙ Η ΒΟΤΛΗ ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟCΙΩΝ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟC Ο ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΕΤΝΟΙΑC ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΕΤΕΡΓΕCΙΑC ΤΗC ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ
ΑΝΕCΤΗCΕΝ ΠΡΟΝΟΙΑ
ΦΛΑΒΙΟΤ ΤΟΤ ΔΑΔΟΤΧΟΤ ΤΟΤ CΕΜΝΟΤΑΤΟΤ
ΑΡΧΟΝΤΟC ΚΑΙ ΑΠΟ ΚΟΜΙΤΩΝ

Hoc est :

Quod Faustum Sit.
Splendidissimum Græciæ Proconsulem
Rufium Festum, *Et Areopagitam*,
Areopagitarum Senatus,
Et Senatus Trecentumvirûm, *Et Populus Athenienfium*
Benevolentiæ Caussâ Et Beneficentiæ ejus *Erga Hanc Urbem*
(Statuâ erectâ)
Honoravit, *Providentiâ*
Flavii Tædiferi Cereris, *Gravissimi*
Archontis, *Et Ex Comitibus*.

Rufius seu *Rufus* iste *Festus Græciæ Proconsul*, quo tempore floruerit, incertum est: Gothofredus in Prosopographia Codicis Theodosiani, tres *Festos* illustribus functos muneribus Sæculo Christi IV. nobis exhibet. Adde etiam *Festum*, qui Anno Christi 439. Consul una cum Theodosio juniore Augusto processit. Interpretatus sum vocem ΔΑΔΟΥΧΟΥ *Tædiferi Cereris*: *Daduchi* quippe, Hesychio teste, dicti sunt *Cereris Sacerdotes*, qui gestabant faces in ejus sacris, imitantes Cererem, quando Persephonem quæsivit. *Daduchorum* meminere Plutarchus in Aristida ac Demetrio, & Eustathius ad Iliadem I. vers. 279. qui vocabulum Δαδοῦχον dignitatis esse opinatur. Ceterum intuere heic *Senatum Trecentumvirûm* apud Athenienses, addendum aliis supra memoratis. Schedæ Cyriaci in penultima linea habent ΤΟΤ ΔΑΔΟΤΛΛΟΤ ΤΟΤ ΔΙΑΣΗΜΟΤΑΤΟΤ. Inscriptionem hanc protulit Gruterus pag. 464. num. 7. sed mancam, & absque interpretatione.

2 *Lacedæmone, in basi marmorea. E schedis meis. Misit quoque N. V. Compagnonius Abbas.*

Η ΠΟΛΙΣ
ΣΕΚ. ΠΟΜ. ΣΠΑΤΑΛΟΝ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΤΣ
ΦΙΛΟΚΑΙΣΑΡΑ ΚΑΙ ΦΙΛΟΠΑΤΡΙΝ
ΤΟΝ ΔΙΣ ΓΤΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ ΚΑΙ ΠΑΤΡΟΝΟΜΟΝ
ΚΑΙ ΑΙΩΝΙΟΝ ΓΤΜΝΑΣΙΑΡΧΟΝ
ΤΗΣ ΤΕ ΕΝ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟΙΣ ΑΠΑΣΙΝ ΑΤΤΟΤ ΠΟΛΙΤΕΤΜΑΣΙΝ
ΜΕΓΑΛΟΠΡΕΠΕΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΕΠΙ ΤΗ ΔΕΤΤΕΡΑ ΓΤΜΝΑΣΙΑΡΧΙΑ
ΗΝ ΑΤΤΟΘΕΝ ΤΠΕΣΤΗ
ΑΣΤΝΚΡΙΤΟΤ
ΚΑΙ ΑΝΤΠΕΡΒΛΗΤΟΤ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟΤΙΜΙΑΣ
ΠΡΟΣΔΕΞΑΜΕΝΗΣ ΤΟ ΑΝΑΛΩΜΑ
ΤΗΣ ΣΕΜΝΟΤΑΤΗΣ ΚΑΙ ΠΑΝΤΑ ΠΡΩΤΗΣ ΓΤΝΑΙΚΟΣ ΑΤΤΟΤ
ΑΤΡΗΛΙΑΣ ΞΕΝΩΣ ΤΗΣ ΕΤΤΤΧΟΤ

Idest :

Civitas
Sec. Pom. Spatalum Agathoclis filium,
Cæsaris Patriæque Amatorem,
Bis Gymnasiarchum Et Patronomum,
Et Perpetuum Gymnasiarcham
Magnificentiæ Caussâ, Quam
Cum In Ceteris Omnibus Ipsius Publicis Administrationibus,
Tum In Secunda Gymnasii Præfecturâ
Exinde *Ab Ipso* gestâ *Exhibuit*,
Incomparabilis
Et *Incredibilis Providentiæ Ac Liberalitatis* virum
(subaudi : *Hoc Elogio donat*.)
Curante Impensam
Honestissimâ Et Præcellenti Uxore Ejus
Aureliâ Xenos Filiâ Eutychi.

In secunda linea fortasse scribendum ΣΕΞ. ΠΟΜ. ut sit *Sextus Pomponius*, vel *Pompejus*. Hinc discimus, virum hunc appellatum ΠΑΤΡΟΝΟΜΟΝ. Fuisse mihi creditur *Patronomus* Magistratus apud Græcos: quod & Henricus Stephanus subolfecerat. In Schedis Cyriaci pro ΣΠΑΤΑΛΟΝ habetur ΣΤΑΤΑΛΟΝ.

1 *Palmyræ. Ex Transactionibus Philosophicis Anglicis.*

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟϹ ϹΕΠΤΙΜΙΟΝ ΤΟΝ ΚΡΑΤΙϹΤΟΝ ΕΠΙ
ΤΡΟΠΟΝ ϹΕΒΑϹΤΟΥ ΔΟΥΚΗΝΑΡΙΟΝ ; . . . . ΕΟΔΟΤΗΝ ΤΗϹ ΜΗΤΡΟ
ΚΟΛΩΝΕΙΑϹ ΚΑΙ ΑΝΑΚΟΜΙϹΑΝΤΑ ΤΑϹ ϹΥΝΟΔΙΑϹ ΕΞ ΙΔΙΩΝ ΚΑΙ
ΜΑΡΤΥΡΗΘΕΝΤΑ ΥΠΟ ΤΩΝ ΑΡΧΕΜΠΟΡΩΝ ΚΑΙ ΛΑΜΠΡΩϹ ϹΤΡΑΤΗ
ΓΗϹΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΓΟΡΑΝΟΜΗϹΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΡΕϹΑΝΤΑ ΤΗ ΤΕ ΑΥΤΗ ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ ΤΩ ΔΗΜΩ ΚΑΙ ΝΥΝΕΙ ΛΑΜΠΡΩϹ ϹΥΜΠΟϹΙΑΡΚΟΝ ΤΩΝ ΤΟΥ ΔΙΟϹ
ΒΗΛΟΥ ΙΕΡΩΝ ΤΕΙΜΗϹ ΕΝΕΚΕΝ ΕΤ . . . . ΞΑΝΔΙΚΩ

Hoc est:

Senatus Et Populus Septimium Præstantissimum Procuratorem Augusti, Ducenarium . . . . Metropoleos Coloniæ, Qui Mercatus Suâ Pecuniâ Restituit,
Ac Testimonium laudis *Retulit A Negotiatorum Præsidibus, Et Nobiliter Prætorem Egit, Atque Ædilitate functus est*, & plurimum placuit *Ipsi Senatui Et Populo, Nunc Verò Splendide Symposiarchum* agit *Jovis Beli Sacerdotum; Honoris Caussâ, Anno . . . . . . Xantico* Mense,
(supple: *Monumento isto* sive *Statuâ exornant.*)

Septimius iste *Ducenarius* fuit: quod munus vulgatum est in Eruditione Romana. In secunda lineâ ΚΡΕΟΔΟΤΗΝ legit Edmundus Halley Anglus, ut lacunam suppleat, seu potius ΚΡΕΩΔΟΤΗΝ idest *Carnium Datorem*, vel *Distributorem*: quod quidem officium dedecere videtur tam illustrem virum. Thomas Smithus legit ΣΙΤΟΔΟΤΗΝ, hoc est, *Frumenti Distributorem*, aut *Dispensatorem*. Alibi putat legendum ΤΕΛΕΟΔΟΤΗΝ, *a Tributo*. *Symposiarchus* fuit is quoque, qui sacris Conviviis præerat. Nam & *Epula* & *Convivia* fiebant in Deorum honorem. *Jovis Beli* mentionem animadverte, quem præsertim Assyrii coluerunt. De eo videndus Eusebius Cæsariensis, & præcipue Gyraldus in Syntagmat. Deorum.

2. *In Civitate Argôs. Ex Clariss. Marchione Scipione Maffejo.*

Α ΠΟΛΙΣ Α ΤΩΝ ΑΡΓΕΙΩΝ Τ ΣΤΑΤΙΛΙΟΝ ΛΑΜΠΡΙ
ΟΥ ΥΙΟΝ ΤΙΜΟΚΡΑΤΗ ΜΕΜΜΙΑΝΟΝ ΠΕΡΣΕΟΣ
ΚΑΙ ΔΙΟΣΚΟΥΡΩΝ ΑΠΟΓΟΝΟΝ ΤΟΝ ΕΛΛΑΔΑΡ
ΧΑΝ ΚΑΙ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΤΩΝ ΕΛΛΑΝΩΝ
ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ ΤΩΝ ΑΧΑΙΩΝ ΤΟΝ ΑΓΩΝΟ
ΘΕΤΑΝ ΗΡΑΙΩΝ ΚΑΙ ΝΕΜΕΙΩΝ ΚΑΙ ΣΕΒΑΣΤΕΙΩΝ
ΚΑΙ ΝΕΜΕΙΩΝ ΚΑΙ ΑΝΤΙΝΟΕΙΩΝ ΕΝ ΑΡΓΕΙ ΚΑΙ
ΑΝΤΙΝΟΕΙΩΝ ΕΝ ΜΑΝΤΙΝΕΙΑ ΚΑΙ ΑΣΚΛΑΠΕΙ
ΩΝ ΕΝ ΕΠΙΔΑΥΡΩ ΚΑΙ ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΑ ΚΑΙ ΕΛΛΑ
ΔΑΡΧΑΝ ΑΜΦΙΚΤΥΟΝΩΝ ΚΑΙ ΠΑΝΕΛΛΗΝΑ ΚΑΙ
ΕΛΛΗΝΟΤΑΜΙΑΝ ΚΑΙ ΑΓΟΡΑΝΟΜΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΑ ΤΡΙΣ ΚΑΙ ΤΑΜΙΕΥΣΑΝ
ΤΑ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ ΥΠΕΡ ΤΕ ΤΑΣ ΠΑΤΡΙ
ΔΟΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΛΛΑΝΩΝ ΠΡΟΣ ΤΕ ΤΑΝ ΣΥΝΚΛΗ
ΤΟΝ ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΑΣ ΚΑΙ ΤΑ ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΛΟ
ΓΟΙΣ ΚΑΙ ΕΡΓΟΙΣ ΠΟΛΙΤΕΥΣΑΜΕΝΟΝ ΑΡΙΣΤΑ
ΚΑΙ ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΤΑΤΑ ΑΡΕΤΑΣ ΕΝΕΚΑ

Scilicet:

Civitas Argivorum Titum Statilium Lampriæ Filium Timocratem Memmianum, a Perseo Atque a Dioscuris Genus Ducentem, Helladarcham, Et Pontificem Perpetuum Græcorum, Achæorum Præturâ Functum, Agonothetam Ludorum *Joniorum, Et Nemeorum, Et Augustalium, Et Nemeorum, Et Antinojorum Argis, Et Antinojorum Mantineæ, Et Æsculapiorum In Epidauro, Et Amphictyonem, Et Helladarcham Amphictyonum, & Panhellenen, Et Græcorum Ærario Præfectum, Et Ædilitate, Ac Præturâ Ter, & Quæsturâ Et Legatione Quoque Pro Patria Et Pro Græcis Tum Ad Senatum, Tum Ad Imperatores, Ac Aliis Muneribus Publicis Cum Verbis Tum Factis Optime Atque Honorificentissime Perfunctum, Virtutis Caussâ*
(Hoc Monumento Exornat.)

Illustris sane Inscriptio ob tot Dignitates, quibus ornatus emicuit *Statilius* iste *Timocrates Memmianus*, a Perseo nedum, sed & a Dioscuris, idest Castore ac Polluce, genus suum se traxisse sibi blanditus. Illustris etiam Inscriptio hæc ob tot Ludorum genera, quibus is præfuisse dicitur, atque ob variam Populorum Græcorum mentionem, quæ heic occurrit. Ad hæc sane illustranda non mediocri Commentario opus foret. Ego autem institutum iter prosequor.

I *Olim Tripoli in Africa.*
Ex eodem.

ΕΤΟΥΣ ΝΕ ΦΑΩΦ ΚΕ ΕΠΙ ΣΥΛΛΟΓΟΥ ΤΗΣ ΣΚΗΝΩ
ΠΗΓΙΑΣ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΩΝ ΚΛΕΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ
ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΟΥ ΕΥΦΡΑΝΟΡΟΣ ΤΟΥ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΣΩΣΙΠΠΟΥ ΑΝΔΡΟΜΑΧΟΥ
ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΜΑΧΟΥ ΜΑΡΚΟΥ ΛΑΙΛΙΟΥ ΟΝΑΣΙ
ΩΝΟΣ ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΦΙΛΩΝΙΔΟΥ ΤΟΥ ΑΓΗ
ΜΟΝΟΣ ΑΥΤΟΚΛΕΟΥΣ ΤΟΥ ΖΗΝΩΝΟΣ ΣΩΝΙ
ΚΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΤΟΙ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ
ΕΠΕΙ ΜΑΡΚΟΣ ΤΙΤΤΙΟΣ ΣΕΞΤΟΥ ΥΙΟΣ ΑΙΜΙΛΙΑ
ΑΝΕΡ ΚΑΛΟΣ ΚΑΙ ΑΓΑΘΟΣ ΠΑΡΑΓΗΝΗΘΕΙΣ ΕΙΣ
ΤΗΝ ΕΠΑΡΧΕΙΑΝ ΕΠΙ ΔΗΜΟΣΙΩΝ ΠΡΑΓΜΑΤΩΝ ΤΗΝ
ΤΕ ΠΡΟΣΤΑΣΙΑΝ ΑΥΤΩΝ ΕΠΟΙΗΣΑΤΟ ΦΙΛΑΝΘΡΩ
ΤΩΣ ΚΑΙ ΚΑΛΩΣ ΕΝ ΤΕ ΤΗΙ ΑΝΑΣΤΡΟΦΗΙ ΗΣΥΧΙΟΝ
ΗΘΟΣ ΕΝΔΙΚΝΥΜΕΝΟΣ ΑΕΙ ΔΙΑΤΕΛΩΝ ΤΥΓΧΑΝΕΙ
ΟΥ ΜΟΝΟΝ ΔΕ ΕΝ ΤΟΥΤΟΙΣ ΑΒΑΡΗ ΕΑΥΤΟΝ ΠΑΡΕΣ
ΧΗΤΑΙ ΑΛΛΑ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΚΑΤ ΙΔΙΑΝ ΕΝΤΥΓΧΑΝΟΥΣΙ
ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΩΝ ΕΤΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΕΚ ΤΩΝ ΠΟΛΙΤΕΥ
ΜΑΤΟΣ ΗΜΩΝ ΙΟΥΔΑΙΟΙΣ ΚΑΙ ΚΟΙΝΗΙ ΚΑΙ ΚΑΤ ΙΔΙΑΝ
ΕΥΧΡΗΣΤΟΝ ΠΡΟΣΤΑΣΙΑΝ ΠΟΙΟΥΜΕΝΟΣ ΟΥ ΔΙΑ
ΛΕΙΠΕΙ ΤΗΣ ΙΔΙΑΣ ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣ ΑΞΙΑ ΠΡΑΣΣΩΝ
ΩΝ ΧΑΡΙΝ ΕΔΟΞΕ ΤΟΙΣ ΑΡΧΟΥΣΙ ΚΑΙ ΤΩΙ ΠΟΛΙΤΕΥ
ΜΑΤΙ ΤΩΝ ΕΝ ΒΕΡΕΝΙΚΗΙ ΙΟΥΔΑΙΩΝ ΕΠΑΙΝΕΣΑΙΤΕ ΑΥ
ΤΟΝ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΟΥΝ ΟΝΟΜΑΣΤΙ ΚΑΘ ΕΚΑΣΤΗΝ
ΣΥΝΟΔΟΝ ΚΑΙ ΝΟΥΜΗΝΙΑΝ ΣΤΕΦΑΝΩΙ ΕΛΑΙΝΟΙ ΚΑΙ
ΛΗΜΝΙΣΚΩΙ ΤΟΥΣ ΔΕ ΑΡΧΟΝΤΑΣ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΤΟ
ΨΗΦΙΣΜΑ ΕΙΣ ΣΤΗΛΗΝ ΛΙΘΟΥ ΠΑΡΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΙΝΑΙ ΕΙΣ
ΤΟΝ ΕΠΙΣΗΜΟΤΑΤΟΝ ΤΟΠΟΝ ΤΟΥ ΑΜΦΙΘΕΑΤΡΟΥ
ΛΕΥ ΚΑΙ ΠΑ . . . . . ΣΑΙ

Ita vertit idem Maffejus.

Anno LV. Mensis Phaoph Die XXV. Tabernaculorum conventus
tempore, sub Archontibus Cleandro filio
Stratonici, Euphranore Aristonis,
Sosigene Sosippi, Andromacho
Andromachi, Marco Lælio Onasione
Apollonii, Philonida Age-
monis, Autocle Zenonis, Soni-
co Theodoti, Josepho Stratonis.
Quandoquidem Marcus Tittius Sexti Filius, Æmilia,
Vir Honestus Et Probus, quum in Provinciam advenisset,
publicis rebus, earumdemque præfecturæ admotus,
humaniter atque honeste se gessit, & quod ad vitæ
rationem attinet, placidos mores perpetuo ostendere
perstat. Nec in illis solùm quæ ad Rempublicam
spectant, se facilem præbuit, sed Civibus
etiam privatim interpellantibus; & quum
super Judæis quoque, qui ad Curiam nostram
pertinent, & publice & privatim optimam
Præfecturam præstans, recte agens a probitate
sua nequaquam declinat; Propterea visum est
Archontibus, & Judæorum, qui in Berenice sunt,
Reipublicæ, ipsum laudare, & nominatim in omni
conventu & neomeniâ, oleaginâ coronâ & lemnisco
ornare, atque ut Archontes decretum hocce in
Columna e Pario marmore inscribi curent, atque in
maxime conspicua Amphitheatri parte collocari.
Albi omnes calculi.

Optandum esset, ut plures ejusmodi Inscriptiones prodirent, e quibus non levis accessio fit ad veterum Sæculorum eruditionem. Lapis ex Africa advectus fuit Aquas Sextias, nunc Cellis visitur in Bituricensi Provincia *Berenice*, ad quam olim spectabat, Cyrenaicæ regionis Civitas fuisse videtur, atque una ex Urbibus Pentapoleos, in qua multi ex Judæis negotiationis caussâ versabantur. Verum doctissimus Bouhierius, qui Inscriptionem hanc & ipse illustravit, persuasum habet, agi heic de *Berenice* Urbe Ægypti superioris, sita ad Mare Erythreum. Ipse postremam lineam in marmore legit, quæ antiquorum ritum in condendis publicis decretis egregie prodit. Epocham Augusti ostendit Clariss. Maffejus in hoc marmore signatam fuisse, atque exhiberi Annum V. C. 779. Æræ Christi 27, sive 26, ut idem Bouhierius arbitratur.

1 *Regii Lepidi.*
Ex Fulvio Azzario.

IMP CAES M AVRELIO
ANTONINO PIO AVG
FELICE $\overline{VI}$ M PETRONIO SEPTIMI
ANO COS
X. KAL APRIL IN TEMPLO COLLEGI FABRVM
ET CENTONARIORVM REGIENSIVM
QVOD REFERENTIB P SAENIO MARCELLINO ET C AVFIDIO
DIALOGO QVAESTORIBVS V F
TVTILIVM IVLIANVM VIRVM ET VITA ET MODESTIA ET
INGENITA VERECVNDIA ORNATVM ET LIBERALEM
OPORTERE COLLEGI NOSTRI PATRONVM COOPTARI VT
SIT CETERIS EXEMPLO IVDICI NOSTRI TESTIMONIVM
Q F P D E R I C
SALVBRI CONSILIO TAM HONESTAM RELATIONEM A QVAESTORIB
ET MAGISTRIS COLLEGI NOSTRI FACTAM ET SINGVLI ET VNI
VERSI SENTIMVS ET IDEO EXCVSANDAM POTIVS HONESTO VIRO
IVLIANO HVIVS TARDAE COGITATIONIS NOSTRAE NECESSITAT
PETENDVMQ AB EO LIBENTER SVSCIPIAT COLLEGI $\overline{N}$ PATRONAT
HONOREM TABVLAMQVE AEREAM CVM INSCRIPTIONE HVIVS DE
CRETI IN DOMO EIVS PONI CENSVERVNT

Siglas V. F. in octava linea interpretor *Visum Fuerit*. Alias verò in decimâ tertia Q. F. P. D. E. R. I. C. *Quo Facto Patres De Ea Re Ita Censuerunt*. Legitur Inscriptio hæc in Thesauro Gruteriano pag. 1101. num. 1. Sed quia vitiatum est ibi nomen præcipuum hujus viri, aliaque leviora menda insunt, neminem pigebit eamdem rursus a me accipere emendatiorem. Pertinet Inscriptio ad Annum Ch. 190.

2 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Ex Francisco Blanchinio V. Cl.
In tabula ahenea.

P. CORNELIO SECVLARE $\overline{II}$ ET C IVNIO DONA
TO $\overline{II}$ COS IIII NON DEC
OSTRE IN MVNICIPIO COLL. CENTON. CVM SCHOLA SVA FREQVEN
TES SCRIBVNDO ADFVISSENT IBIQVE REFERENTE L. VESSIDIO FOR
TVNATO QQ VNIVERSORV CONSENSV VERBA SVNT FACTA
QVANTO AMORE QVANTAQVE MVNIFICENTIA M $\overline{NN}$ CARENVS VIBI
ANVS ORNASSE PALA EST CVIVS IMPARES BENEFICIIS AD
REMVNERANDAM EIVS ADFECTIONEM QVERERE REMEDIA
DEBERE SED PRECIPVVM ADQVE LAVDABILEM COMMVNIS VOTI
REPERTVM CONSILIVM VT CORETIVM VICTORINVM AD GENVS AE
IVS ET HONORES PERTINENTEM VEL AC OBLATIONE MVNEREMVS
ET PATRONVM AEVM IAMDVDVM LECTVM PVBLICA TESTIFICATIO
NE MANIFESTETVR IGITVR SI CVNCTIS VIDETVR TABVLAM AEREAM
CONTINENTEM TESTIMONIVM CIRCA EVM NOSTRE ADFECTIONIS
IDEOQ. Q. R. Q. F R D AEAR. V. I CENSVERVNT
PLACERE CORETIO VICTORINO PATRONO $\overline{NN}$ TABVL AEREAM CONTI
NENTEM VERBA DECRETI NOSTRI OFFERRI PER VESSIDIVM FORTVNA
TVM CORNELIVM TERTIVM QQ PVBLILIVM MAXIMINVM
AVRELIVM VRSINVM. VALERIVM IVSTVM
COCCEIVM MERCVRIALEM ANTISTIVM MAXIMVM
OCTAVIVM CLEMENTEM PETRONIVM FELICEM
VESSIDIVM FILOQVIRIVM OCTAVIVM TAV
RVM SATRENV SVPERVM VESSIDIVM VERECVNDV
STATIVM FAVSTVM LEGATOS

Scriptum fuit Decretum hoc Anno Christi 260. *Ostra* municipium Umbriæ, a Ptolemæo memoratur, ejusque Cives *Ostrani* a Plinio dicuntur. Inter Suasam & Senam Gallicam situm fuisse creditur. Quo in statu tunc Lingua, seu Grammatica Latina fuerit, vel apud Magistratus, hinc edifcere potes.

I

Romæ,
in eodem Museo,
in tabula ærea.
Ex eodem Blanchinio.

IMP. GALLIENO. AVG. IIII. ET VOLVSIANO COS
XV KAL SEPTEMBRES
SENTINI IN TRICLINI DOMVS CC. NVMERVM HABENTI
BVS SEQVELLA EIVSDEM COLLEGI IBI REFERENTIBVS CASIDIO
SEVERO PATRE N̄N. ET HELDIO PEREGRINO PARENTE. CVM SIT
OPORTVNVM CREBRIS BENEFICIIS ET ADFECTIONEM AMORIS
ERGA NN. EXIBENTIBVS ADSISTERE ET MVNIFICENTIA
M EORVM SICVT OPORTVNITAS TESTIMONIVM PERHIBERET
REMVNERARE. IGITVR EX CVNCTIS VIDETVR CORETIVM FVSCVM
SPLENDIDVM DECVRIONEM PATRIAE N. SED ET PATRONVM TRIVM
COLL. PRINCIPALIVM ET VESIA MARTINAM CONIVGEM EIVS
PATRONAM SED ET CORETIV SABINVM FILIVM EORVM IAMPRIDEM
PATRONOS PER DVPLOMVM A NVMERO N COOPTATOS NVNC TABVLAM
AEREAM PATRONATVS EIS OFFERRI VT MERITO HONORE PRO MERI
TIS INNOTESCAT Q. F. P. D. E. R. I. CC.
QVOD IN PRAETERITVM CORETI FVSCI PATRONI VPSIAESIAE MARTINE
PATRONE ET CORETI SABINI FILI EORVM ERGA AMORE BENEFICIA PRAES
TITA SVSCEPERIMVS NVNC ETIAM IN FVTVRVM NON DISSIMILIA QVAE
NVNC SENTIMVS PERPETVO EX DOMVM EORVM PROCESSVRA PARI ADFEC
TIONEM SPERAMVS. ATQVE IDEO CONSENTIRE RELATIORI BB. VV. CASIDI
SEVERI PATRIS N̄. N. ET HELBI PEREGRINI PARENTIS ET AD REMVNERANDAM
EORVM BENEVOLENTIA QVO LAVTIVS ADQVE PVLCHRIVS DIGNE HONOREM
SIBI OBLATVM SVSCIPERE DIGNENTVR DECRETVM ET IN TABVLA AEREA
PERSCRIPTVM EISQVE ET A NOBIS PROFECTVM EST LEGATOSQVE
FIERI PLACVITQVE HANC TABVLAM DIGNE PROSEQVI
SATRIVS ACILIVS SATRIVS CLEMENS
V' OESIDENVS MEGELLINVS VASSIDENVS VERINVS
CASIDIVS SEVERVS AELDIVS PRIMVS HELDIVS PEREGRINVS
BRITTIVS MAXIMVS AELIVS HONORATVS PROLVIVS HILARINVS AETRIVS
TERMINALIS GAVIVS FELICISSIMVS SATRIVS IANVARIVS CASIDIVS ROMV
LVS AETRIVS VERNA SATRIVS VRSVS

Pertinet Decretum istud ad Annum Christi 261, *Sentinum* Umbriæ Oppidum, ab antiquis memoratum, in agro Fabrianensi nomen vetustum retinet, cetera excisum. Animadverte heic, quot Linguæ Latinæ vulnera instigantur, partim quidem Quadratario, at partim etiam Sentinatibus ipsis Civibus tribuenda. *Tria principalia Collegia*, quæ heic innuuntur, fuere, ut puto, *Fabrûm*, *Centonariorum*, ac *Dendrophorûm*. In tertiâ lineâ lege *in Triclinii domus Conclavi*. Item *Patre Numeri nostri*.

1 *Romæ,*
in prælaudato Museo Albano.
Misit Franciscus Maria Otterius Marchio V. Cl.

P. CORNELIO SAECVLARE II. ET IVNIO DONATO II
KAL. IVLIS COS
SENTINI CVM IN SCOLA SVA FREQVENS NVMERVS COLL FABR
SENTINATIVM CONVENISSENT NVMERVM ABENTIBVS
C. IVLIO MARTIALE ET C. CASIDIO RVFINO QQ. ET REFERENTIB
IPSIS SEMPER ET IN PRAETERITVM ITA SPLENDIDISSIMVM N̄N̄
CONISVM ESSE VT ADFECTIONE SPLENDORIS SVI IN SINGVLOS
QVOSQVAE CONDIGNOS MERENTES EXIBEANT VEL MAXIME
IN HONORE ADQVE DIGNITATE MEMMIAE VICTORIAE QVON
DAM INDOLES MAMORIAE FEMINE MATRIS NVMERI NOSTRI
PROORSVS VSQVAEQVE ESSE PROVECTVM NOMEN DOMVS
EIVS VT PER ORDINEM GENERIS SVI OMNES IN NVMERVM N̄
PATRONI IN COLLEGIVM NOSTRVM APPELLARENTVR OPTAN
DAQVE ERANT VT OMNES VNIVERSISQVAE INCOLVMES IN
NVMERVM NOSTRVM VIDERENTVR ET QVONIAM VIR SPLEN
DIDVS CORETIVS FVSCVS PATRONVS NVMERI DEBEAT EX
EMPLO PIETATIS PARENTIVM ET MATRIS HONORIFICENTIA
ITAQVE SI OMNIBVS VIDERETVR TABVLA AEREAM EI OFFER
RI

Q. F. P. D. E. R. I. C. C.

GLORIOSAM ESSE RELATIONEM B. B. V. V. Q. Q. COLLEGI. N̄
ET IDEO CVM SIT CORETIVS FVSCVS SPLENDIDE NATVS VT
POTIVS HONORIFICENTIAE NOSTRAE MODVM INTEL
LEGAT NECESSAQVE SIT EI TABVLAM AEREAM TITVLIS
ORNATAM SCRIPTAM OFFERRI PETIQVE AB EO HANC
OBLATIONEM NOSTRAM LIBENTI ANIMO SVSCIPE
RE DIGNETVR LEGATOSQVE IN EAM REM FIERI QVI
QVI DIGNE PROSEQVANTVR NERATIVM AMPLIATVM ORPIVM VER
TATEM AEMILIVM VICTOREM BEBIDIVM IVSTVM CASIDIVM MARTA
LEM IVLIVM MARTIALEM CASIDIVM RVFINVM BEBIDIVM IENV
ARIVM AETRIVM ROMANVM CASIDIVM CLEMENTINVM AETRIVM
VERNAM VASSIDENVM FAVOREM CASIDIVM IVSTISSIMVM SA
TRIVM VERECVNDVM STATIVM VELOCEM VETVRI CELERINV

In supra laudato *Sentini* Oppido Decretum hoc efformatum fuit Anno Christi 260. Siglas verò in hac Inscriptione occurrentes interpretatur Clarifs. Otterius Marchio in hunc modum. In quinctâ lineâ QQ. *Quinquennalium*. In sextâ N̄N̄. *Numerum Nostrum*. In Vicesimâ Q. F. P. D. E. R. I. C. C. *Quid Fieri Placeret De Ea Re Ita Censuerunt*. In subsequenti demum B. B. V. V. QQ. COLLEGI. N̄. *Bonorum*, vel *Binorum Virorum Quinquennalium Collegii Nostri*.

1 *Anxani. Misit V. Cl. Petrus Polidorus apud Eminentiss. Cardinalem Albanum S.R.E. Camerarium audiendis caussis decretus Judex.*

PRO SALVTE PVBLICA ET
CIVIVM COMMODO RES CVRARE ET VTILIA CON
STITVTA PRINCIPIS AVCTORITATE FIRMATA
CONSERVARE INTEGRA NE
QVOD SOLET ACCI
DERE CONGREGATIS
OMNIB ADIVTORE
V. DEVOT
FORO CONCILIAB
ANNONAM VENALIA
DARE ALI
AVG. ANXIAN. ADSTANT. ORDIN. TRIBVS AVIENVS
IVSTINIANVS RECTOR TAM DECVRIONVM QVAM ETIAM
COLLEGIOR. OMNIVM CONS PVBLICE INCIDI PRAECEPIT VT

IVCVNDVS	FAVSTINVS	SALVTARIS
DISCOLIVS CV̄ FF.	PRIMVS CV̄ FF.	LEO
FELIX	PROCVLVS ET F.	TRIANVS
DISCOLIVS	NERICIANVS	PROBVS
VARRVS CV̄. FF.		MARCELLINVS
ENNID.	SATVRNINVS CVM FF.	FAVSTINVS CV̄. FF.
NERO		

Posteriorem partem lapidis hujus, tam male ab invidiâ temporum habiti, offendi ego in Ambrosianis schedis, at minime reliqua. *Avieni Justiniani* mentionem quoque habes in Classe VI. superiori *Operum & Locor. Publicor.* *Anxanum* in Frentanis, Italice nunc *Lanciano*, Urbs Archiepiscopalis in Regno Neapolitano, memoratur Ptolemæo. Plinius etiam *Anxanos cognomine Frentanos* agnovit.

2 *Athenis, in quadam Arca triumphali. E schedis meis.*

ΤΥΧΗ ΑΓΑΘΗ
ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ ΥΠΑΤΙΚΟΝ ΚΑΙ ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ
Μ̄. ΟΥΛΠ. ΕΥΒΙΩΤΟΝ ΛΕῩΡΟΝ ΓΑΓΗ.................ΠΑΣΗΣ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ ΦΙΛΟ
ΤΕΙΜΙΑΣ ΕΝ ΤΕ ΧΡΗΜΑΣΙ ΣΙΤΩΝΙΚΟΙΣ ΟΙΣ ΑΘΡΟΩΣ ΕΔΩΚΕΝ
ΜΥΡΙΑΣΙ ΠΕΝΤΕ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣΙ ΚΑΙ ΤΡΟΦΑΙΣ ΑΙΣ
ΕΝ ΤΗ ΜΕΓΑΛΗ ΣΠΑΝΕΙ ΠΑΡΕΣΧΕ ΔΟΓΜΑΤΙ
ΤΩΝ ΚΡΑΤΙΣΤΩΝ ΑΡΕΟΠΑΓΕΙΤΩΝ ΙΕΡΕΥΣ
ΠΑΤΡΩΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΠΟΠΛΙΟΣ ΑΙΛ. ΖΗΝΩΝ
ΒΕΡΕΝΙΚΙΔΗΣ ΤΟΝ ΚΟΙΝΟΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ΚΑΙ
ΕΑΥΤΟΥ ΠΡΟΣΤΑΤΗΝ

Idest:

Quod faustum sit.
Splendidissimum Virum *Consularem Et Primarium Archontem*
Marcum Ulpium Eubiotum .... *Totius*
Virtutis Caussá, Et Erga Patriam Studii, ob *Frumentarias Abundanter* ab eo *Conlatas*
Myriades Quinque Et Viginti, Et Cibos, Quos
In Magna Penuria Præbuit: Ex Consulto
Potentissimorum Areopagitarum, Sacerdos
Patrii Apollinis Publius Ælius Zenon
Berenicides Communem Benefactorem Et
Suum Patronum
(honorat.)

Publius iste *Zenon* appellatur *Berenicides* non ab alterutra Urbe Ægypti *Berenice*; sed a Populo Tribus Ptolemaidis, quæ nempe fuit una ex Tribubus Atticæ, ut Stephanus de Urbibus memoriæ prodidit.

1 *In Museo Kempiano.*
Misit Clariss. Præses Aquisext.
Thomassinus de Mazaugues.

ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΕΛΛΑΔΟΣ
ΡΟΥΦΙΟΝ ΦΗΣΤΟΝ ΚΑΙ ΑΡΕ
ΟΠΑΓΕΙΤΗΝ Η ΕΞ ΑΡΕΟΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ Ο
ΔΗΜΟΣ Ο ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΕΥΝΟ
ΙΑΣ ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕ
ΣΙΑΣ ΤΗΣ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ
ΑΝΕΣΤΗΣΕΝ ΠΡΟΝΟΟΥΝΤΟΣ
ΦΛΑΒΙΟΥ ΠΡΥΛΑΔΟΥ

Ideſt:

Splendidiſſimum Proconſulem Græciæ Rufium Feſtum, & Areopagitam, Senatus Areopagi & Senatus Trecentûm, & Populus Athenienſium (honorare volentes) ob ejus ſtudium & beneficentiam erga Urbem (hanc ſtatuam) poſuere, curante Flavio Prylado.

Hanc ipſam rurſus profero, quod exemplum hoc ab altero differat in fine. Quæ varietas unde nata ſit, inquirendum aliis relinquo.

2 *Extra Vicum* Tourbaly *prope Epheſum.*
E ſchedis D. de la Condamine
miſit Bimardus.

. . . . Ο ΔΗΜΟC
ΜΑΓΝΟΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΤΟΝ ΓΛΑΥΚΩΝΟΣ ΥΥ
ΓΑΤΡΙΔΟΥΝ ΔΙΑ ΤΑΣ
ΕΚ ΓΛΑΥΚΩΝΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ
ΠΑΤΡΙΔΑ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ

Ex verſione Bimardi.

. . . . *Populus*
Magnum Dionyſii Filium
Glauconis Ex Filia Nepotem
Propter Glauconis in Patriam Beneficia (honoravit.)

3 *Lacedæmone.*
E ſchedis meis.

Η ΠΟΛΙC
ΞΕΝΑΡΧΙΔΑΝ ΔΑΜΙΠΠΟΥ
ΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΟΥΝΤΑ
ΑΞΙΩC ΚΑΙ ΠΟΛΕΩC
ΕΥΝΟΙΑC ΧΑΡΙΝ
ΟΙ CΥΝΑΡΧΟΝΤΕC
ΤΗC ΠΑΤΡΟΝΟΜΙΑC
ΠΡΟCΔΕΞΑΝΤΟ ΤΟ ΑΝΑΛΩΜΑ

Hoc eſt:

Civitas
Xenarchidem Damippi filium
(Honorat.)
Gymnaſii Præfecturam Agentem
Digne Et Ob ejus erga *Urbem*
Benevolentiam.
Collegæ Archontes
Patronomiæ
Suſceperunt Impenſam (ſive *Curarunt*)

Nuper vidimus *Patronomos* Magiſtratum fuiſſe apud Lacedæmones. Nunc ediſcimus, ex Archontibus conſtitutum fuiſſe illorum Collegium. *Cuſtodes Legum* ii mihi creduntur.

1 *Athenienfium Decretum pro Zenone Cittieo Philosopho.*
Ex Diogene Laërtio.

ΨΗΦΙΣΜΑ

ΕΠ ΑΡΡΕΝΙΔΟΤ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΗΣ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟΣ ΠΕΜΠΤΗΣ ΠΡΤΤΑ
ΝΕΙΑΣ ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΟΣ ΔΕΚΑΤΗΙ
ΤΣΤΕΡΑΙ ΤΡΙΤΗΙ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣΤΗΙ
ΤΗΣ ΠΡΤΤΑΝΕΙΑΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΚΤ
ΡΙΑ ΤΩΝ ΠΡΟΕΔΡΩΝ ΕΠΙΨΗΦΙΣΕΝ
ΙΠΠΩΝ ΚΡΑΤΙΣΤΟΤΕΛΕΣ ΞΤΜΠΕ
ΡΕΩΝ ΚΑΙ ΟΙ ΣΤΜΠΡΟΕΔΡΟΙ ΘΡΑ
ΣΩΝ ΘΡΑΣΩΝΟΣ ΑΝΑΚΑΙΕΤΣ ΕΙΠΕΝ.
ΕΠΕΙΔΗ ΖΗΝΩΝ ΜΝΑΣΕΟΤ ΚΙΤΤΙΕΤΣ
ΕΤΗ ΠΟΛΛΑ ΚΑΤΑ ΦΙΛΟΣΟΦΙΑΝ ΕΝ
ΤΗΙ ΠΟΛΕΙ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΕΝ ΤΕ
ΤΟΙΣ ΛΟΙΠΟΙΣ ΑΝΗΡ ΑΓΑΘΟΣ ΩΝ
ΔΙΕΤΕΛΕΣΕ ΚΑΙ ΤΟΤΣ ΕΙΣ ΣΤΣΤΑ
ΣΙΝ ΑΤΤΩΙ ΤΩΝ ΝΕΩΝ ΠΟΡΕΤΟΜΕ
ΝΟΤΣ ΠΑΡΑΚΑΛΩΝ ΕΠ ΑΡΕΤΗΝ
ΚΑΙ ΣΩΦΡΟΣΤΝΗΝ ΠΑΡΩΡΜΑ ΠΡΟΣ
ΤΑ ΒΕΛΤΙΣΤΑ ΠΑΡΑΔΕΙΓΜΑ ΤΟΝ
ΙΔΙΟΝ ΒΙΟΝ ΕΚΘΕΙΣ ΑΠΑΣΙΝ ΑΚΟ
ΛΟΤΘΟΝ ΟΝΤΑ ΤΟΙΣ ΛΟΓΟΙΣ ΔΙΕΛΕ
ΓΕΤΟ ΤΤΧΗΙ ΤΗΙ ΑΓΑΘΗ ΔΕΔΟΧ
ΘΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΕΠΑΙΝΕΣΑΙ ΜΕΝ
ΖΗΝΩΝΑ ΜΝΑΣΕΟΤ ΚΙΤΤΙΕΑ
ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΩΣΑΙ ΧΡΤΣΩΙΣΤΕ
ΦΑΝΩΙ ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΑΡΕΤΗΣ
ΕΝΕΚΑ ΚΑΙ ΣΩΦΡΟΣΤΝΗΣ. ΟΙΚΟ
ΔΟΜΗΣΑΙ ΔΕ ΑΤΤΩΙ ΚΑΙ ΤΑΦΟΝ
ΕΠΙ ΤΟΤ ΚΕΡΑΜΕΙΚΟΤ ΔΗΜΟΣΙΑΙ
ΤΗΣ ΔΕ ΠΟΙΗΣΕΩΣ ΤΟΤ ΣΤΕΦΑ
ΝΟΤ ΚΑΙ ΤΗΣ ΟΙΚΟΔΟΜΗΣ ΤΟΤ
ΤΑΦΟΤ ΧΕΙΡΟΤΟΝΗΣΑΙ ΤΟΝ ΔΗ
ΜΟΝ ΗΔΗ ΤΟΤΣ ΕΠΙΜΕΛΗΣΩΜΕ
ΝΟΤΣ ΠΕΝΤΕ ΑΝΔΡΑΣ ΕΞ ΑΘΗ
ΝΑΙΩΝ ΕΓΓΡΑΨΑΙ ΔΕ ΤΟ ΨΗ
ΦΙΣΜΑ ΤΟΝ ΓΡΑΜΜΑΤΕΑ ΤΟΤ
ΔΗΜΟΤ ΕΝ ΣΤΤΛΑΙΣ ΔΤΟ ΚΑΙ
ΕΞΕΙΝΑΙ ΑΤΤΩΙ ΘΕΙΝΑΙ ΤΗΝ
ΜΕΝ ΕΝ ΑΧΑΔΗΜΙΑΙ ΤΗΝ ΔΕ
ΕΝ ΛΤΚΕΙΩΙ ΤΟ Δ ΑΝΑΛΩΜΑ
ΤΟ ΕΙΣ ΤΑΣ ΣΤΤΛΑΣ ΓΙΝΟΜΕ
ΝΟΝ ΜΕΡΙΣΑΙ ΤΟΝ ΕΠΙ ΤΗΣ
ΔΙΟΙΚΗΣΕΩΣ ΟΠΩΣ ΑΠΑΝΤΕΣ
ΙΔΩΣΙΝ ΟΤΙ Ο ΔΗΜΟΣ Ο ΤΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΟΤΣ ΑΓΑΘΟΤΣ
ΚΑΙ ΖΩΝΤΑΣ ΤΙΜΑΙ ΚΑΙ ΤΕ
ΛΕΤΤΗΣΑΝΤΑΣ. ΕΠΙ ΔΕ ΤΗΝ
ΟΙΚΟΔΟΜΗΝ ΚΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗ
ΤΑΙ ΘΡΑΣΩΝ ΑΝΑΚΑΙΕΤΣ ΦΙ
ΛΟΚΛΗΣ ΠΕΙΡΑΙΕΤΣ ΦΑΙΔΡΟΣ
ΑΝΑΦΛΤΣΤΙΟΣ ΜΕΔΛΩ ΑΚΑΡ
ΝΕΤΣ ΜΙΚΤΘΟΣ ΣΤΜΠΑΛΛΗ
ΡΕΤΣ ΔΙΩΝ ΠΑΙΑΝΙΕΤΣ

Ideſt :

Decretum.

Arrhenidâ Archonte Achamantidis Tribus, *Quincto Magistratu, Augusti* Mensis die *Decimâ, Postridie Tertiâ Et Vigesimâ* die *Magistratus, Concio Senatoria Præsidum Decrevit. Hippo, Cratistoteles, Xympereon, Sociique Præsides : Thraso Thrasonis* filius *Anacæensis Dixit : Quoniam Zeno Mnasei* filius *Cittieus Annos Complures Philosophice In Civitate Versatus, Et Præ Ceteris Vir Bonus Esse Perrexit, Atque In Colloquio* Apud *Ipsum Juvenes Convenientes Exhortans, Ad Virtutem Et Frugalitatem Incitavit.* Qui *Ad Optima Exemplar* veluti *Vitam Propriam Exponens Omnibus,* hanc *Consentaneam* sane *Dogmatibus* suis *Traduxit : Quod Faustum Sit ; Visum Est Populo Laudare Quidem Zenonem Mnasei* Filium *Cittieum, Et Coronare Aureâ Coronâ rite* ac legitime *Ob Virtutem Ac Temperantiam* ejus. *Construere Quoque Illi Sepulcrum In Ceramico Publico. Faciendæ Autem Coronæ, Ac Ædificandi Tumuli, Electurum esse Populum Continuo, Qui Curam sint Habituri, Quinque Viros Ex Atheniensibus. Inscripturum Verò Esse Hoc Decretum Scribam Populi Columnis Duobus, Et Licere Sibi Alteram Ponere Quidem In Academia, Alteram Autem In Lyceo. Sumtum Verò, In Columnis Erogandum, Distributurum fore Eum, qui Negotiis Præest: Ut Omnes Intelligant, Populum Atheniensium Bonos* viros *Honorare Tum Viventes Tum Mortuos. Ad Hanc Autem Structuram Sunt Electi Thraso Anacæensis, Philocles Piræeus, Phædrus Anaphlystius, Mellon Acarneus, Micythus Sympallereus, Dio Pæanieus.*

Zeno Philosophus celebris, Stoicæ disciplinæ princeps, circiter Annum U. C. 490. ante Christum 263. desiisse vivere creditur. Ipso adhuc vivente, publicum hoc Decretum editum fuit, dignum plane sapientiâ Atheniensium, & memoriâ posterorum.

1 *Apud Lesbum,*
in basi.
E schedis Vallicellianis.
Misit Cl. V. Joseph Blanchinius Presbyter
Oratorii Romani.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΑΡΧΕΠΟΛΙΝ ΚΑΡΠΟ
ΦΟΡΟΝ ΦΙΛΙΠΠΙΔΑΝ
ΤΟΝ ΓΥΜΝΑΣΙ
ΑΡΧΟΝ ...
ΑΙΩΝΙΟΝ ...

Hoc est:

Populus
Archepolin Carpo-
phorum Philippi Filium
Gymnasi-
archum . . . .
Perpetuum
(subaudi: *Honorat*.)

Quid significet ΑΡΧΕΠΟΛΙΝ, divinare nescio. Viri nomen? opinari non audeo. Civitatem? Sed quænam? Num scribendum ΑΡΧΑΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ, *Archæopolitarum*? Sed hæc Colchidis Civitas fuit, a Lesbo nimium dissita.

4 *Ibidem.*
Ex eodem.

...
ΑΡΧΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙ ΑΣΤΥΝΟ
ΜΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ
ΙΕΡΑΣΑΜΕΝΟΝ
ΔΙΣ ΘΕΑΣ ΔΗΜΗ
ΤΡΟΣ. ΤΙΜΗΘΕΝ
ΤΑ ΕΝ ΕΚΚΛΗΣΙ
ΑΙΣ ΠΟΛΛΑΚΙΣ
ΦΥΛΗ ΕΝΑΤΗ
ΙΕΡΑ ΒΟΥΛΑΙΑ
ΤΗΣ ΕΑΥΤΗΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Idest:

. . . .
Qui Præfuit
Et Urbis Præfecturâ Fun-
ctus est, *Et*
Sacra Peregit
Bis Deæ Cere-
ris, Honora-
tus In Conventi-
bus Sæpe:
Tribus Nona
Sacro Senatus Consulto
Erga se
Beneficum
(supple: *Honorat*.)

2 *Deli, nunc Londini.*
Misit Cl. V. Thomassinus D. Mazaugues
Præses Aquisextiensis.

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΝ. ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ ΑΧΑΡΝΕΑ. ΕΠΙ.
ΜΕΛΗΤΗΝ. ΔΗΛΟΥ. ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ. ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΚΑΙ. ΡΩΜΑΙΩΝ. ΚΑΙ. ΤΩΝ. ΑΛΛΩΝ. ΞΕΝΩΝ
ΟΙ. ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ. ΚΑΙ. ΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΝΤΕΣ. ΕΝ. ΔΗΛΩ
ΑΡΕΤΗΣ. ΕΝΕΚΕΝ. ΚΑΙ. ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣ. ΚΑΙ. ΤΗΣ. ΠΡΟΣ
ΘΕΟΥΣ. ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ. ΑΝΕΘΗΚΑΝ. ΑΠΟΛΛΩΝΙ

Idest:

Theophrastum Heracliti filium Acharnensem
Curatorem Deli constitutum, qui ex Atheniensibus
& Romanis incolæ sunt aut peregrini Deli,
Virtutis, & probitatis, atque
erga Deos pietatis caussâ, dedicarunt
Apollini.

3 *Ancyræ.*
Ex P. Montfauconio.

ΖΩΤΙΚΟΝ ΒΑΣΣΟΥ
ΑΝΔΡΑ ΑΓΑΘΟΝ ΤΟΝ
ΦΥΛΗΣ ΙΑ ΦΥΛΑΡΧΗΣΑΝ
ΤΑ ΦΙΛΟΤΕΙΜΩΣ ΚΑΙ
ΑΣΤΥΝΟΜΗΣΑΝΤΑ Α
ΓΝΩΣ. ΚΑΙ ΕΡΓΟΝ ΠΟΙΗ
ΣΑΝΤΑ ΠΟΛΥΤΕΙΜΗΤΟΝ
ΕΝ ΚΟΜΟΚΕΤΙΩ ΕΚ ΤΩΝ
ΙΔΙΩΝ ΚΑΙ ΚΑΘ ΗΜΕΡΑΝ
ΠΟΛΛΑ ΠΑΡΕΧΟΝΤΑ ΤΗ ΦΥ
ΛΗ ΤΕΙΜΗΘΕΝΤΑ ΕΝ ΤΗ
ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΩΣ ΚΑΙ ΒΟΥΛΗ
ΦΥΛΗ ΙΑ ΝΕΑ ΟΛΥΜΠΙΑ
ΕΠΙΜΕΛΟΥΜΕΝΩΝ
ΒΑΣΣΟΥ. ΓΑΙΟΥ. ΚΑΙ ΑΘΗ
ΝΑΙΟΥ ΣΕΝΤΑΜΟΥ
ΤΟΥ ΤΟΠΟΥ ΔΟΘΕΝΤΟΣ
ΥΠΟ ΤΗΣ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗΣ
ΒΟΥΛΗΣ

Nimirum:

Zoticum Bassi filium,
Virum Probum, qui
Tribui Undecimæ Præfu-
it Magno Conatu, Et
Urbis Præfecturam Gessit In-
culpate, & Opus Fe-
cit Præstantissimum
In Comocetio Ex pecuniis
Propriis, Atque In Dies
Multa Contulit Tri-
bui. Qui Honoratus est In
Cœtu Populi, *Quemadmodum Et* in *Senatu:*
Tribus Undecima Nova Olympia
(subaudi: *Hoc titulo*, sive *Statuâ donat*.)
Curantibus
Basso, Gajo, Ac Athe-
næo Sentamo.
Loco Dato
A Splendidissimo
Senatu.

1 *Romæ,*
in Museo Strozzio.
Ex Henrico Brencmanno.

DD. NN. CRISPO ET CONSTANTINO
IVNIORE NOBILISS CAESSIT ET COSS
III. NON ... EX ...... L ORDO M DIDI
TANORVM HOSPITIVM AMICITIAMQVE
FECIT CVM Q. ARADIO VAL PROCV
LO V. C. ET IPSVM LIBEROS POSTEROSQVE
EIVS SIBI LIBERIS POSTERISQVE SVIS
PATRONVM COOPTAVIT
Q. ARADIVS VAL. PROCVLVS V. C. PRAE
SES PP. HOSPITIVM AMICITIAM
QVE FECIT CVM ORDINE M DIDI
TANORVM IPSOS LIBEROS POSTEROS
QVE EORVM SIBI LIBERISQVE SVIS
IN FIDEM CLIENTELAMQVE SVAM
POSTERORVMQVE SVORVM RECEPIT
AGENTE ORDINE

CAESSIT ET COSS. corrige, & scribe: *Cæsaribus Iterum Consulibus*, ideſt Anno Chriſti 321. quo *Criſpus Cæsar II.* & *Constantinus junior Cæsar II.* Consules processere. M. DIDITANORVM sine dubitatione significat *Municipium Diditanorum*, quod in Africa situm fuisse mihi persuadeo. Quippe ibi *Q. Aradius Valerius Proculus* fuit *Præses Provinciæ Bysacenæ*, & *Numidiæ*, atque in iis regionibus alios ejusmodi Patronatus, & Hospitalitatis jura quæsivit, ut constat ex aliis Inscriptionibus apud Gruterum pag. 362. num. 1. & 2. & pag. 363. num. 1. 2. 3. & 364. num. 1. Inter eas prima subobscura eſt in eodem Thesauro Gruteriano, & ex Ligorii Libris MStis illustrari poteſt, in queis legitur: MVNICIPES. MVNICIPI. T. AELI. HADRIANI CHAVLITANI. Infra quoque pro CIVILITANI habetur CAVLITANI.

2 *Romæ,*
in Villa Laurentii Palucelli.
E schedis Pacediani.

EX AVCTORITATE IMP. CAESARIS
DIVI NERVAE F. NER. TRAIANI AVG.
GER. DACI. PONTI. MAX. TRIB. POT. VII.
IMP. IIII. COS. V. P. P. T. IVLIVS FEROX
CVRATOR ALVEI ET RIPARVM TIBERIS
ET CLOACARVM VRBIS TERMINAVIT
RIPAM R.R. PROX. CIPPO. CXV. A. FABIO A.F.

Spectat Inscriptio ad Annum Chriſti 103. aut 104. R.R. significat *Ruderibus Rejectis*.

3 *Delphis*
ad Templum Apollinis.
E schedis meis.

ΘΕΟΙ
ΕΠΙ ΑΡΙϹΤΑΓΟΡΑ ΑΡΧΟΝΤΟϹ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙϹ
ΠΤΛΑΙΑϹ ΗΡΙΝΗϹ ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΟϹ ΤΩΝ ΑΙΤΩΛ ΩΝ
ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΤ ΑΛΕΞΑΜΕΝΟΤ ΔΑΜΩΝΟϹ

Ideſt:

Dii (faveant.)
Sub Ariſtagora Archonte in Delphis
Pilæa Herines Hieromnemone Ætolorum,
Duce Belli Alexameno filio *Damonis*.

Hieromnemones a Græcis appellati peculiari vocabulo, qui ex unaquaque Civitate Legati mittebantur ad Concilium Amphictyonicum. Vulgari verò significatione fuerunt ii *Scribæ sacrarum memoriarum*, sive qui Sacra in commentarios referebant.

4 *Apud Thebas.*
Ex eisdem.

Η ΒΟΤΛΗ ΚΑΙ ΔΗΜΟΣ
ΦΛΑΟΤΙΩΙ ΑΘΗΝΑΙΩΙ
ΦΛΑΟΤΙΟΤ ΠΟΝΤΙΛΟΤ
ΔΤΓΑΤΕΡ ΑΠΑΖΑ
ΚΟΡΕΤΣΑΣΑ

Nempe:

Senatus Et Populus
(fortaſſe: *Consensit*)
Flavio Athenienſi
Flavii Pontili filio,
Filia Apaza
Virgo
(subaudi: *Posuit.*)

Heic multa, ut suspicor, desiderantur. Illud ΚΟΡΕΤΣΑΣΑ aliis discutiendum relinquo.

5 *Apud Phocæam Pythiam prope Delphos.*
Ex eisdem.

ΕΝ ΤΗ ϢΝΗ ΠΡΟΓΕΓΑΜΜΕΝΟΙϹ ΠΑϹΙΝ ΤΠΟΝΕΙ ΕΑ ϹϢϹΤΗϹ
ϹϢϹΤΛΟΤ ΤΙΘΟΜΑΙ ΤΗΝ ϢΝΗΜΗΝΗ ΜΕΝ ΕΝΧΑΡΑΖΑϹΑ ΕΙϹ ΤΟ
ΙΕΡΟΝ ΤΟΤ ΠΤΘΙΟΤ ΑΠΟΛΛϢΝΟϹ ΕΙϹ ΘΕΑΤΡΟΝ ΚΑΤΑ ΤΟ
ΝΟΜΟΝ ΚΗΔΕΟ ΕΜΗ ΕΙϹ ΤΑ ΔΑΜΟϹΙΑ ΤΑϹ ΠΟΛΙΟϹ ΓΡΑΜΜΑΤΑ ΔΙΑ
ΤΟΤ ΓΡΑΜΜΑΤΕΩϹ ΤΙΒ. ΙΟΤΛΙΟΤ ΛΙΚΑΡΙΟΝΟϹ ΜΑΡΤΤΡΕϹ ΟΙ
ΙΕΡΕΙϹ ΤΟΤ ΠΤΘΙΟΤ ΑΠΟΛΛϢΝΟϹ. Γ. ΜΕΜΜΙΟϹ ΕΤΘΤΔΑΜΟϹ
ΚΑΙ ΕΤΚΛΕΙΔΑϹ ΑϹΤΟΞΕΝΟΤ ΚΑΙ ΙΔΙϢΤΑΙ ΕΤΔ·ΡΟϹ ΕΠΙ
ΝΕΙΚΟΤ ΚΑΙ ΠΟΛΕΜΑΡΚΟϹ ΔΑΜΩΝΟϹ ΜΝΗϹΙΘΕΟϹ ΑΝΤΙϹΤΕΝΟΤϹ

Scilicet:

In Emtione Antea Scriptis Omnibus Sub - - - - - - *Soſtes Sosyli* - *Insculpta In Sacrario Pythii Apollinis*, *In Theatro Secundùm Legem* - - - - - - - - - - *In Publicis Civitatis Actis*, *Sub Scriba* publico *Tiberio Julio Licarionis*. *Teſtes Sacerdotes Pythii Apollinis*, *Gajus Memmius Euthydamus*, *Et Euclidas Aſtoxeni* filius, *Et Idiotæ Eudorus* filius *Epinici*, *Et Polemarcus Damonis*, *Mneſitheus Antiſtenis* filius.

Fragmentum Contractus alicujus emtionis videtur.

1 *Athenis, in agro ad marmoream Martis Ædem. E schedis meis, & Cyriaci Anconitani.*

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ Μ. ΒΑΛΕΡΙΟΥ ΜΑΜΕΡΤΙΝΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ

ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ. ΙΓ. ΟΙ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΤΗΣ ΠΑΝΔΕΙΟΝΙΔΟΣ

ΦΥΛΗΣ ΤΙΜΗ ΠΑΝΤΕΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΑΙΣΙΜΟΥΣ

ΑΝΕΓΡΑΨΑΝ ΜΝΥΜΟΣ ΦΛΕΥΘΥΚΟΜΑΣ ΠΑΙΑΝΙΕΙΣ

ΚΥΔΑΑΘΗΝΑΕΙΣ ΣΑΚΤΟΣ ΒΑΚΧΙΟΣ ΔΑΣΟΥ

Μ. ΘΑΛΗΣ ΠΡΔΑΣΟΥ. Μ. ΘΑΛΗΣ ΝΕ. ΔΑΣΟΥ. Μ. ΝΙΚΟΚΡΑΤΗΣ

ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ ΚΕΛΑΔΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΤΡΙΦΩΝ ΚΕΛΑΔΟΥ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΚΕΛΑΔΟΥ. ΦΛ.

ΔΙΟΤΙΜΟΣ. ΚΛ. ΖΗΘΟΣ ΖΩΠΥΡΟΣ ΕΙΣΙΔΟΤΟΥ

ΕΙΣΙΔΟΤΟΣ ΣΤΕΙΡΙΕΙΣ

Nimirum:

Quod felix faustumque sit.
Archonte Marco Valerio Mamertino Marathonio
Administrationis XIII. Prytani Pandionidis
Ad Honorem Tribus, Omnes Se Ipsos Et Æsimos
Scripserunt: Mnymus Phleuthycoma Pæanieus,
Cydaatheneus Sactus Bacchius Dasi filius,
Marcus Thales (Pronepos) *Dasi, Marcus Thales,* (nepos) *Dasi, Marcus Nicocrates*
Heliodorus Artemonis filius, *Celadus Dionysii,*
Tripho filius *Celadi, Demetrius Celadi, Flavius*
Diotimus, Claudius Zethus, Zopyrus Isidoti filius,
Isidotus Stirieus.

ΑΙΣΥΜΩΝ nomine (*Decens* Græce is sonat) fortassis *Officiales* designantur.

2 *Venetiis in domo Contarenorum Ex Donio.*

L. CANIVS. FESTVS. C. AVFIDIVS
CANDIDVS. C. AVILIVS. PRAEFECTI
DEORVM. OMNES. CONSVLVERVNT
VI. NONAS. MAIAS. IN CVRIA
SCRIB. ADFVER. II. VIR. A. LAELIVS
TIRO. Q. SATRIVS. ASCONIVS
T. VESTINIVS. AVGVRINVS
C. CVLTIVS. STRABO. C. ACITIVS
RVFVS QVOD. PRAEFECIT. V. F
L. PERPERNAM. AMIANTVM LO
CVM. COLVMNAR EXTRA
PORTAM ROMANAM ROGARI
CLX. PER. SINE INIVRIA P.

Ursatus Inscriptionem hanc *Patavii* posuit, sed mutilam dedit, legitque in secunda linea C. VVILIVS. Q. F. CERVIVS.... LIPS...... ADLECTI DECVRIONES CONSVLVERVNT &c.

3 *Megaræ. E schedis meis.*

ΓΕΟΡΓΕΝ ΕΣΤΩΗ
ΣΑΤΥΡΟΣ ΦΙΛΙΠΠΟΣ
ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ
ΦΩΚΙΑΔΗΣ ΤΕΙΣΙΟΥ
ΚΑΛΛΕΝΙΚΟΣ ΕΥΘΥΜΟΥ

Scilicet:

Agriculturæ Præsint
Satyrus Philippus,
Philocrates Philippi filius,
Phociades filius *Tisii,*
Callenicus Euthymi filius.

4 *Auximi. E schedis Martioli Sanctii.*

VERVM ILLVD IN PRIMIS AD COMMENDATIONEM
SVI PRAEFERT QVOD AEMILIO PAPO
CLARISSIMO AC SEVERISSIMO VIRO
AVONCVLO SVO SIT PROBATISSIMVS
PRO PERPETVA GRAVITATE PROQ.
CVRA SVORVM PARIA PROPRIIS
INSTITVTIS REPOSCENTI CVIVS
ENIXVM SOLICITVM ETIAM SVFRAGIVM
NON MODO AD GRATIAM A TALI
VIRO INEVNDAM NOS PROVOCANT
VERVM AD SPEM OPTIMAM DE
CANDIDATO HABENDAM NI.... MVNICIPIBVS
TANTO SVFFRAGATORE CONTENTVS
MINVS SIBI ET..... MIA CLARISSIMOR.
VIRORVM SVBSIDIA PROMER.

Anno Christi 243. Consules fuere *Arrianus* & *Papus*. Ad ejus gentem fortasse pertinet *Æmilius* iste *Papus*.

5 *Præneste. E schedis Fratris Jucundi, misit Gorius V. Cl.*

EXEMPL. DECR. Q. F
Q. CLVVIO. SILANO. Q. SER. F
L. SEPTIMIO. VALERIANO. Q. F
POSTVLANTE. CLAVDIO. MARONE
VTI LOCVS AD STATVAM PONENDAM
OPTIMAE MEMORIAE VIRO QVONDAM
FILIO AELI. AVG. LIB. ANATELLONTIS
PII. AMANTISSIMI. REIPVBLICAE. NOSTRAE
PLACVIT. ET. IN. HONOREM ANATELLONTIS
SEMPER ET VBIQVE PRO COMMODIS
REIPVBLICAE IN MEMORIAM
AELI MABBIDIANI OP. LOCVM
AD STATVAM PONENDAM
FILIO ELECTIONI IPSIVS DARI


Hanc antea protulerat Gruterus pag. 389. num. 8. Exemplum hoc Lector conferre cum Gruteriano poterit. Sunt ibi profectò, quæ ex isto sunt emendanda. Apud Gruterum legitur Q. IVNIO SYLLANO ET L. SEPTIMIO VALERIANO. COS. Propterea nonnulli lapide isto freti, hosce Consules veluti Suffectos statuerunt ad Annum Christi 237. At in Schedis Fratris Jucundi, uti vides, appellatur Q. CLVVIVS Q. SER. F. neque ulla *Consulatus* mentio infra occurrit; ita ut Decretum hoc *Factum* videatur sub *Duumviris* Coloniæ Prænestinæ *Quincto Cluvio Silano Quinct. Ser. .:. Filio*, & *Lucio Septimio Valeriano Quincti Filio*, non verò sub Consulibus.

1 *Romæ.*
Misit N. V. Ignatius Maria Como Neapolita.

VELIVS FIDIVS IVBENTIO COL	
LEGAE SVO SALVTEM DESIDERI FRA	Pro DESIDERIVM, seu potius DESIDERAT
TER ARRI ALPHII ARRIAE FADILLAE DOMI	
NI N IMP. ANTONINI AVG. MATRIS LIBERTI	
LIBELLVM TIBI MISI COGNITI MIHI EX	
LONGO TEMPORE PRIMAE IVVENTVTIS	
ETIAM MIRATVS CVM SE AB AEDIBVS ES	
SEM QVOTEOLO SE CONTVLISSET A QVO	Gruterus habet QVOT EOLO SE. Num pro PVTEOLO?
DIDICI CAVSAS EREQVITIONIS SET ET RE	Idem: REQVIETIONIS
LIGIONIS MAGNOPE A DOMINO N. IMP	Pro MAGNOPERE.
IMPETRASSE ITA NE QVA MORA VIDEA	
TVR EI PER NOS FIERI LIBELLVM SVBSCRIP	
TVM PER FVDEM PVBLICVM SINE MORA	Gruterus habet: EVDEM.
MIHI REMITTAS OPTO. TE SALVOM THE BOI EMES	Idem: ET FELICEM ES.
EXEPLV LIBELLI DATI	Pro EXEMPLVM.
CVM ANTE HOS DIES COIVGEM ET FILIVM AMI	
SERIM ET PESSVS NECESSITATE CORPORA CORVM	Gruterus: PRESSVS, & EORVM
KICTILI SARCOFAGO COMMENDAVERIM DONI	Idem: FICTILI, & DONIQVIES. Legendum opinor DVM QVIETIS.
QVEIS LOCVS QVEM EMERAM AEDIFICARETVR VI	
A FLAMINIA INTER MILIAR II ET III. EVNTIBVS A	
B VRBE PARTE LAEVA CVSTODIA MONVMENTI	
FLA THVM FIES MAESO SOLA EM STILORCILI	Gruter. FLA. THVMELES A MESOLO. M. SELI. ORCILI
EOGO DOMI TA PERMITTAS MIHI IN EODEM LO	Idem: DOMINE PERMITTAS
CO IN MARMOREO SARCOFAGO QVEM MIHI MO	
DO COMPERAVI EA CORPORA COLLIGERE VT CVAN	Idem: COMPARAVI, & QVANDONE
DO NE EGO ESSE DESIER PARITER CVM EIS PONAR	Pro DESIERO.
KECRETVM FIERI PLACET IVBENTIVS CELSVS	Gruterus: FERETRVM. Legendum arbitror DECRETVM.
PROMAGISTER SVBSCRIPSI III. NONAS NOEM	Pro NOVEMBRIS.
ANTIO POLLIONE ET OPIMIANO KOS ORDINALIS	Gruterus: ORDINARIS.
SEVERO ET SABINIANO COS	

Ediderat hanc e Mazochio Gruterus pag. 607. num. 1. Sed quum ante paucos annos Romæ eadem marmorea tabula emerserit, eamque rursus exscripserint viri docti, exemplum istud cum Gruteriano conferendum exhibeo. *Severus & Sabinianus* Consulatum gessere Anno Christi 155. Eodemque Anno *Suffecti* creduntur *Antius Pollio* & *Opimianus*. Aliis visum fuit, postremos hosce *Consules Ordinarios* fuisse: quæ controversia adhuc sub judice pendet. Hoc autem monumentum in eum finem Eruditis præcipue rursus propono, ut animadvertant, quo in statu foret Lingua Latina, imperante Antonino Pio Augusto, hoc est circa dimidium Sæculi a Christo nato Secundi. Memoratam heic habes *Arriam Fadillam* ejusdem Antonini Augusti Matrem, de qua etiam meminit Capitolinus in ejusdem Imperatoris Vita.

1 *Florentiæ,*
apud N. V. Petrum Andreinium.
Ex Gorio.



Pondus est publicâ auctoritate firmatum sub *Valentino Præfecto Urbis*.

2 *Regii Lepidi,*
olim apud Hæredes Albertini Corrigii.
Marmor rotundum & cavum, in cujus fundo interno literæ istæ legebantur.



Vix fallamur opinando, hanc etiam fuisse veterum Mensuram; *exactam ad Castoris*, locum nempe in quo deducebantur ad examen Congii, Sextarii, aliaque hujusmodi vasa negotiatorum. *Ad Castoris* unus e Vicis Urbis fuit.

3 *Pondus æneum in Danubio repertum*
argenteis literis.
Ex Marchione Maffejo.



4 *Romæ, ante Portam Flaminiam. Ex P. Mabillonio.*

IMP. CAESAR M. AVRELIVS ANTONINVS
AVG. GERMANICVS. SARMAT. ET
M. AVRELIVS SEVERVS ALEXANDER
PIVS. FELIX. AVG
HOS LAPIDES CONSTITVI IVSSERVNT
MAXIME PROPTER CONTROVERSIAS
QVAE INTER MERCATORES ET MANCIPES ORTAE ERANT
VTI FINEM DEMONSTRARENT VECTIGALI
FORICVLARII ET ANSARII PROMERCALIVM
SECVNDVM VETEREM LEGEM SEMEL
DVMTAXAT EXIGVNDO

Simul junguntur *M. Aurelius* Philosophus, & *Alexander Severus* Augusti; quippe uterque, diversis tamen temporibus, eosdem terminos constituerant. *Foricularium* & *Ansarium*, ut ex ipsa Inscriptione deducitur, Vectigalia fuere. Juvenalem audi Sat. 3.

Conducunt Foricas, & cur non omnia? . . . .

Ad quæ verba vetus Interpres: *Foricas, Stercora, hoc est Vectigal. Forire est deonerare ventrem*. Quod est ad *Ansarium*, fuerit opinor, Vectigal e Vasis ..nsatis deductum, quibus ad exonerandum ventrem aut vesicam utebantur negotiantes, annonam ad Urbem deferentes. *Urinæ vectigal commentus est* Vespasianus, Suetonio teste. Ante illum verò fuisse in angiportis & Vicis Urbis amphoras ad urinam colligendam, discimus ex Cajo Titio, qui Legem Fanniam Romanis suadens ajebat: *Dum mejant, nulla est in angiportu amphora, quam non impleant; quippe qui vesicam plenam vini habent*. Hæc autem controversia vigebat inter *Mercatores* & *Mancipes*: quo postremo vocabulo, Tullio teste in Verrem Oratione V. designantur *Publicanorum principes*. Testantur id quoque Asconius, & Papinianus in l. *Qui fidejussor exstitit ff. Locati*; & in Codice Theodosiano de *Mancipibus* mentio aliqua occurrit.

Romæ,
fragmentum Legis in lamina ænea,
adſervatâ in Muſeo Barberino.
Miſit Cl. V. Joſeph Bimardus.

In antica parte.

FECERIT
EANDEM· PROVI
QVIS. PRAETOR. LITIS. AE
PEQVNIAM. EX. HACE. LEGE
EX. HACE. LEGE. IVDICVM. FIE
AVOCARIER. IVBETO. NEIVE. AI
TRIBVS. INTRO. VOCABVNTVR. E
ESSE. VOLET. VT. EI. EA. OMNIA
FVIT. FVERITVE. EX. LEGE. QVAM. I. CAL
ERIT. QVOM. EIS. HACE. LEGE. ACTIONEI. ESTO
DE. CEIVITATE. DANDA. SEI. QVIS. EO
CEIVIS.ROMANVS.EX.HACE·LEGE.FIET.NEPOTES.QVI
NIHILVM. ROGATO. DE PROVATION
EIVS. MILITIAE. MVNERISQVE. POBLICI IN S
PROVINCIAM. HABEBITIS. VT. EI. QV
ICVM. FVIT. FVERITVE. EX. IN
ANTEQVAM. EA. RES
SEI C

In poſtica.

IINO. EX. H. L
QVOS STIPENDIVM
POPVLVS PLEBESVE. IVSERIT
PVLEI ROMANI. PROXVMVM
VNT· ADSIGNAVERVMT. CE. ERVM
L R. FRVETVR. DARE. DEBETO
QVEI. ROMAE. PVBLICE VENIERIT. E. H. L
QVOMQVE. EX. H. L. FIERI. VOLET. FIAT
ARVNT. PVBLICANDO. DARE. OPORTVIT
L. CAECILIVS. CN. DOMITI. CENSOR. FRVENDA
OM.EA.VECTIGALIA.FRVENDA.LOCABIT.VENDETVE
OMNES.PVBLICAE.SVNTO.LIMITESQVE.INTER.CENTVRIA
INDICIO. FVERIT. EI. EIVS. AGRI. QVOD. IS. INDICIO. EIVS
ATVS. FVIT. PVBLICE. VENIEIT. TANTVNDEM. MODVM
VM. SCRIPTVRAM. PECORIS. NEIVE· NEI. DATO
VT. EI. DE. EA. RE. IN. H. L. S. EST. VEL. VI
M. AGRVM. LOCVM. CEIVIS. P
EI. EVM. AGRVM. TV
LTRA. EVM

Uti animadvertit Bimardus, *Lucius Cæcilius Metellus Delmaticus*, & *Cneus Domitius Ænobarbus* Cenſores, quorum meminit hæc Tabella, Cenſuram iniere Anno U. C. 639. Legis ab iis latæ, *quum agrorum vectigalia fruenda locarent*, mentio exſtat in fragmento pariter æneo Legis, quam Thoriam fuiſſe cenſent Eruditi. Vide fragmentum illud apud Pighium Annal. Pop. Rom. Tom. 3. pag. 137. Hoc verò, quod nunc exeritur, fortaſſe pars fuit Cenſoriæ Legis a prælaudatis latæ, aut alterius cujuſdam Legis, quæ illam proxime ſequuta eſt. Et ſane inter antiquiſſima Inſcriptionum exempla, quæ hodie ſuperſunt, procul dubio locum ſibi poſtulat. Cenſorias quaſdam Leges a Lucio Metello & Cneo Domitio latas, poſtea correctas fuiſſe, teſtatur Cicero Act. III. in Verrem. Utrum id ad Fragmentum iſtud pertineat, diſpicere nemo poterit, quum adeo mutila ſint, quæ temporis edacitas ſervavit.

1 *Torygny in Castello Nortmanniæ.*
Ex V. Cl. Marchione Scipione Maffejo.

In basi marmorea.

In medio.

T. SENNIO SOLLEMNI SOLLEM
NINI FILIO NON SINE SOLIDO MARMO
RE..... HONOREM DEFERRE CVPI
MVS HEREDIBVSQVE MANDAMVS
VIR ERAT SENNIVS MERCVRII
MARTIS ATQVE DIANAE PRIMVS
SACERDOS CVIVS MEMORIAE OMNE GENVS SPEC
TACVLORVM...... NICIA DIA
..... XXVII. EX QVIBVS PER QVA
TRIDVVM SINE INTERMISSIONE EDIDER
VNT. ETENIM GRAVITATE ET MORIBVS HO
NESTIS PRVDENTIAQVE SINGVLARI
FVIT COMMENDABILIS MILITIAE
CONSVMMATA PERITIA (a) EX CIV. VID. ORIVND. ISTE SOLLEMNIS
AMICVS BENEM. CL. PAVLINI LEG. CAES. AVG. PR. PRAET
PROVINC. LVGD.... ENS FVIT CVI POSTEA
LEG. AVG PENES ..... AD LEGIONEM SEX
ADSEDIT CVIQVE SALARIVM MILITIAE
IN AVRO ALIAQVE MVNERA LONGE PLVRIS MISSA
FVIT CLIENS PROBATISSIMVS AEDINI IVLIANI
LEG AVG PROV. (b) LGD. QVI POSTEA PRAEF
PRAET FVIT SICVT EPISTVLA QVAE AD LATVS SCRIPTA EST
LGD M VALERIO FLORO TRIB MIL LEG III
AVG IVDICI ARCAE FERRAR ....
TRES PROV GAL
PR....MONVMENTVM IN SVA CIVITATE POSVERVNT
LOCVM ORDO CIVITATIS (c) VDSLBR DED
P XXVIIII AN PIO ET PROCVL
COS.

(a) nempe: EX CIVITATE VIDVCASSIO ORIVNDVS.
(b) scilicet: PROVINCIAE LVGDVNENSIS.
(c) Interpretor: VIDVCASSIVM LIBENTER DEDIT PEDVM &c.

Ab uno latere.

EXEMPLVM EPISTVLAE AEDINI
IVLIANI PRAEFECTI PRAET
AD BADIVM COMNIANVM P......
VICE PRAESIDIS AGENTEM
AEDINIVS IVLIANVS BADIO
COMNIANO SAL. IN PROVINCIA
LVGDVNES (d) QVINQVE FASCALI
EREM PLEROSQVE BONOS
VIROS PERSPEXI INTER QVOS
SOLLEMNEM ORIVNDVM
EX CIVITATE (e) VIDVC SACERDOTEM
QVEM PROPTER SECTAM GRAVITATEM
ET HONESTOS MORES AMARE COEPI
HIS ACCEDIT QVOD CVM CL. PAVLIN
DECESSORI MEO IN CONCILIO
GALLIARVM INSTINCTV QVO.. VMDAM
QVI AB EO PROPTER MERITA SVA LAEDI
VIDEBANTVR QVASI EX CONSENSV (f) PR
ACCVSATIONEM INSTITVERE TENTARVNT
SOLLEMNIS IPSE MEVS PROPOSITO EORVM
RESTITIT PROVOCATIONE SCILICET INTER
IECTA QVOD PATRIA EIVS CVM INTER CETEROS
LEGATVM EVM CREASSET NIHIL DE ACCVSA
TIONE MANDASSENT IMMO CONTRA LAVDAS
SENT QVA RATIONE EFFECTVM EST VT OMNES
AB ACCVSATIONE DESISTERENT QVEM
MAGIS MAGISQVE AMARE ET COMPROBARE
COEPI IS CERTVS HONORIS MEI IN VRBEM VENIT
PROFICISCENS PETIT VT EVM TIBI
COMMENDAREM RECTE ITAQVE FECERIS SI
DESIDERIO ILLIVS ADNVERIS ET (g) R

Ab alio latere.

EXEMPLVM EPISTVLAE CL
PAVLINI LEG AVG PRPR PROV
BRITANNIAE AD SENNIVM SOLLEM
NEM (h) ....ATAM PO....
LICET PLVRA MERENTI TIBI
A ME PAVCA TAMEN QVONIAM
HONORIS CAVSA OFFERVNTVR
VELIM. ACCIPIAS LIBENTER
CHLAMIDEM CANV......NAM
DALMATICAM LAODIC FIBVLAM
AVREAM CVM GEMMIS RACENAS
DVAS TOSSIAM BRIT PELLEM VITV
LI MARINI SEMESTRIS ALTERAM EPISTVLAM
VBI PROPEDIEM VACARE COEPERO
MITTAM CVIVS MILITIAE SALARIVM
DE (i) STIS XXV. N. IN AVRO SVSCIPE
DIS FAVENTIBVS ET MAIESTATE SANCTA
IMP DEINCEPS PRO MERITIS
ADFECTIONIS MAGIS DIGNA
CONSECVTVRVS (k) CONCORD

(d) fortè: QVINQVE FISCALIA (hoc est: *Tributa*; QVVM AGEREM, vel EXIGEREM.
(e) idest: VIDVCASSIO...
(f) hoc est: PROVINCIAE.
(g) Interpretor: ET RELIQVA.

(h) Sponius legit: DATAM ROMAE.
(i) Idest: DE SESTERTIIS XXV. NVMMVM.
(k) fortè: CONCORDAT.

Nobilissimam Inscriptionem hanc ediderat Sponius pag. 282. Miscellaneorum, sed non sine mendis & lacunis. Ad fidem archetypi exactam, rursusque editam a Clariss. Marchione Maffejo ego quoque exhibeo, quum in eâ Eruditionis antiquæ festiva sit copia. *Viducasses* Populi Galliæ Celticæ, Plinio memorati, eam habitasse plagam creduntur, in qua nunc est *Bajocum*, vulgo *Bajeux* Civitas Nortmanniæ. Spectat Inscriptio ad Annum Christi 238. si Pagio & Relando fides. Sed mihi res nondum certa videtur. Siglæ AN PIO apud veteres significare consueverunt ANTONINO PIO. Neque unus PROCVLVS Consulatum gessit, uti supra ostendi in Classe *Consularium Inscriptionum*, ad Annum Christi 238. Quæ dona a *Paulino Legato Augusti* mittuntur heic ad *Sennium Sollemnem*, digna sunt Eruditorum intuitu & examine.

1 *Prope Castellum Baschi ditionis Tudertinæ, in lamina ænea penes Archipresbyterum Baschi, inventâ in alveo Tiberis. Misit Franciscus Maria Comes Campelli.*

RITIVM. COMPRENSVM
EORVM. QVI. QVOQVE. ANNO. INFERIARVM
ANDAM. ADTRIBVENDAM. CVRENT
I. ET. AGITO. FACITO. NE NE. QVID. ADVERSVS. HANC. ROG
SCIENS. D. MEI. MVLTA. ESTO. H-S. IXI. EIVSQ. PECVNI
POPVLI. IVDICIO. PETERE. VEL. IN. SACRVM. IVDICARE. LICET
HVIVS. ROGATIONIS. ERGO. FECERIT. QVODVE. EX. EARVM
ON. FECERIT. ID. EI. FRAVDI. MVLTAE. POENE. NE. ESTO
ATIONI. OBROGATO. NEVE. DE. HAC. ROGATIONE. DEROGATO
SSIONEM. FACTVM. NON. ERIT. QVOD. ALITER. ROGATVM. E
H. L. N. R

Fragmentum est Plebiscitii antiqui. Postremæ siglæ videntur: *contra hanc Legem nemo roget*, aut quid simile.

2 *In Vico Sigazick inter Ephesum & Smyrnam. Fragmentum Legis. Misit Bimardus.*

ΙΝ ΤΕΜΙΗΝΕ ΑΝ ΜΗ ΚΑΤΑΛΩΣΙΑΝ
ΤΟ. ΑΥΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΕ ΟΠΛΟΜΑΧΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΤΟΞΕΥΕΙΝ
ΚΑΙ ΑΚΟΝΤΙΖΕΙΝ ΔΙΔΑΣΚΟΝΤΟΣ ΣΥΝΤΕΛΕΙΣ ΘΩΗΑΑΠΕΡΕΠΑΝ
ΓΕΓΡΑΠΤΑΙ ΗΝ ΔΕ ΟΙ ΞΥΣΤΗΚΟΤΕΣ ΤΑΜΙΔΙ Η ΟΙ ΕΚΑΣΤΟΤΕ ΓΙΝΟΜΕΝΟΝ
ΜΗ ΠΑΡΑΔΩΣΙΝ ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΤΟΥΤΟ ΚΑΤΑ ΤΑ ΓΕΓΡΑΜΕΝΑ Η ΑΛΛΟΣ ΤΙΣ ΑΡΧΟΝ
Η ΙΔΙΩΤΙΗΣ ΕΙΠΗΙΗ ΠΡΗΞΝΤΑΙ Η ΠΡΟΥΗΙ ΕΠΙ ΨΥΨΙΣΗΙΝ ΝΟΜΟΝ ΠΡΟΘΗΙ ΕΝΑΝΤΙΟΥ ΤΟΥ
ΤΩΙ Η ΤΟΥΤΟΝ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΑΡΗΙ ΤΡΟΠΩΙ ΤΙΝΗ ΠΑΡΕΥΡΕΣΕΙ ΗΙΟΥΝΟΣ ΔΕΙΤΟ ΑΡΓΥΡ
ΟΝ ΚΙΝΗΘΗ ΝΑΗΜΗ ΑΝΑΛΙΣΚΕ ΣΘΑΙΑ ΠΑΥΤΟΥ ΕΙΣΑ Ο ΝΟΜΟΣ ΣΥΝΤΑΣΣΕΙ Η ΑΛΝΗΤ
ΚΑΤΑ ΣΩΡΙΣΘΗΝΑΙ ΚΑΙ ΜΗΞΙΣΑΕ ΙΔΕΤΟ ΝΟΜΟΙ ΔΙΑΤΕΤΑΚΤΑΙ ΤΑΤΕ ΠΡΑΝΘΕΝ
ΤΑ ΛΚΥΡΑ ΕΣΤΩ ΚΑΙ ΟΙ ΜΕΤΑ ΤΑΥΤΑ ΤΑΜΙΑΙ ΚΑΤΑΧΩΡΙΣΕΤΩΣΑΝ ΕΙΣ ΤΟΝ ΛΟΓΟΝ ΚΑΤΑ
ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΤΟΔΕ ΤΟ ΠΛΗΘΟΣ ΤΩΝ ΚΡΗΜΑΤΩΝ ΤΟΙΣ ΟΝ ΕΑΥΤΟΝ ΤΗΣ ΠΟ ΡΟΣΕ
ΑΩΝ ΚΑΙ ΤΑΛΛΑ ΠΑΝΤΑΣ ΨΗΤΕΛΕΙΤΩΣ ΑΝΙΜΤΑ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ ΤΟΝ ΔΕ ΠΑΣΗ
ΞΑΣΤΙ ΩΑΡΑ ΔΕ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ Η ΜΗ ΠΟΙΗΣΑΣ ΤΙ ΤΟΝ ΠΡΟΣΤΕΓΑΜΕΝΟΝ ΚΑΤΑ
ΝΟΜΟΙ ΤΟΙ ΔΕΞΞΩΙΛΙΣΕΙΗΙ ΚΑΥΤΟΣ ΚΑΙ ΓΕΝΟΣ Ο ΕΙΝΟΙ ΚΑΙ ΕΣΠΟΙΕΡΟΣ ΤΑΟΣ ΚΑΙ ΣΥΝ
ΤΕΛΕΙΣΘΟ ΠΑΝΤΑ ΚΑΤ ΑΥΤΟΝ ΑΝΕΡΕΝ ΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ΤΟΙΣ ΠΕΡΙ ΖΕΡ ΙΔΟΥ ΚΑΙ ΣΥΝ
ΟΨΕΔΕΙΤΩ ΔΕΝΑΙ ΤΗΔΕ ΚΑΙ ΠΟΛΕΙ ΕΚΑΣΤΩΝ ΤΩΝ ΠΡΗΖΑΝΤΩΝ ΤΙ ΠΑΡΑ ΤΟΔΕ ΤΟΝ ΝΟΜΟΝ
ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΡΓΥΡΙΟΥ ΤΟΥΤΟΝ ΗΜΙΠΟ ΠΡΟΣΤΕΤΑΓΜΕΝΑ ΑΔΡΑ
ΔΙΚΑΣΘΩ ΔΕ ΑΥΤΟΥ Ο ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΣ ΚΑΙΣ ΚΑΙ ΕΝ ΔΗΜΟΣΙΝ ΚΑΜΕΤΑ
ΤΟΝ ΛΟΓΟΥ ΤΟΥ ΕΠΙΜΗΝΙΟΥ ΤΗΝ ΠΗΓΗΣ ΙΝΙΜΕΤ ΚΑΙΡΩΙ ΩΙΑΝ ΒΟΥΛΕΥΤΑΙ ΠΡΟΘΕΣΜΙΑ
ΔΕ ΜΗΔΕ ΑΛΛΟΙ ΤΡΟΠΩΙ ΜΗΘΕΝΙΕΣ ΕΣΤΟ ΠΑΝΙΚΩΝ ΤΟΥΤΩΝ ΜΗΔΕΜΙΑΝ ΕΓΒΑ
ΟΔΕ ΑΛΛΙΣΚΟΜΕΝΟΣ ΕΚΤΙΝΕΤΩ ΔΙΤΑΣΙΟΝ ΚΑΙ ΤΟ ΜΕΝ ΗΜΙΣΝΕΣΤΩ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΟΝΙΕΡ
ΕΡΜΟΙ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΗΔΕ ΜΟΥΣΩΝ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΡΙΖΕΣΤΩ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΟΝΤΟΝ ΡΟΓΕ
ΓΡΑΜΕΝΟΝ ΤΟΔΕ ΗΜΙΣΥ ΤΟΥ ΚΑΤΑΛΑΒΟΝΤΟΣ ΕΣΤΟ ΤΑΣ ΔΕ ΠΡΑΞΙΣ ΤΩΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ
ΕΠΙΤΕΛΕΙΤΩΣΑΝΤΙ ΕΥΘΥΝΟΙ ΚΑΤΑ ΠΕΡΙ ΑΥΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΤΩΝ
ΑΝΑΓΓΕΛΕΤΩΣ ΑΝ ΔΕ ΟΙ ΕΚΑΣΤΟΤΕ ΓΙΝΟΜΕΝΟΙ ΤΙΜΟΥΧΟΙ ΠΕΡΣΤΙΝ

Fragmentum hoc Clariss. Bimardus acceptum refert D. Abbati Sevin, Regiæ Inscriptionum Academiæ, & Humaniorum Literarum Socio, ac Bibliothecæ Regiæ Subpræfecto. Illud quidem mutilum, & parum accurate e marmore expressum. Bimardus quæ potuit, inde exsculpsit, conjecturis restituens, quæ sibi corrupta visa fuerunt.

Ex Versione Bimardi.

De Hoplomacho verò, & sagittandi, jaculandique Magistro perficiantur, quæ supra scripta sunt. Sin autem Quæstores, qui nunc sunt, aut in posterum creabuntur, hanc minime dederint secundum id, quod scriptum est, aliusve Magistratus, vel privatus quisquam dicat, aut agat, aut decernat, vel legem proponat contrariam isti, vel hanc abrogare conetur pravâ interpretatione . . . . . ut pecunia hæc ab eo minime impendatur ad ea, quæ lex jubet . . . . . . quæ gesserit, irrita sint; & qui Quæstores postea fient, in rationes referant . . . . Quicumque verò aliquid egerit præter hanc Legem, aut qui non fecerit quæ Lex jubet, ipse cum suis pereat . . . . . . cunctaque adversùs eum fiant, quæ in Legibus lata sunt . . . . Quicumque deprehensus fuerit, duplum solvet, cujus dimidium erit Civitatis, sacrum Mercurio, Herculi, & Musis, atque seponatur ad expensas Ludorum suprascriptorum; dimidium verò ejus, qui reum deprehenderit . . . . .
. . . .

Senatus Consultum de Bacchanalibus in tabula ænea,
exsistente Vindobonæ in Museo Augustiss. Imperatoris CAROLI VI. Ex Cl. V. Matthæo Ægyptio.

[illegible]ARCIVS. L. F. S. POSTVMIVS. L. F. COS. SENATVM CONSOLVERVNT N. OCTOB. APVD. AEDEM
DVELONAI.SC.ARF M.CLAVDI.M.F.L.VALERI P.F.Q.MINVCI.C.F. DE BACANALIBVS QVEI FOIDERATI
ESSENT. ITA. EXDEICENDVM. CENSVERE. NEI. QVIS. EORVM. SACANAL. HABVISE. VELET. SEI QVES
ESSENT. QVEI. SIBEI. DEICERENT. NECESVS ESE. BACANAL. HABERE EEIS. VTEI. AD PR. VRBANVM
ROMAM. VENIRENT. DEQVE. EEIS. REBVS. VBEI. EORVM. VTR....A AVDITA ESENT. VTEI. SENATVS
NOSTER. DECERNERET. DVM. NE. MINVS. SENATORBVS. C. ADESENT .... A. RES. COSOLERETVR
BACAS. VIR. NEQVIS. ADIESE. VELET. CEIVIS. ROMANVS. NEVE. NOMINVS. LATINI. NEVE. SOCIVM
QVISQVAM. NISEI. PR. VRBANVM. ADIESENT. ISQVE. DE. SENATVOS. SENTENTIAM. DVM. NE
MINVS. SENATORIBVS C. ADESSENT. QVOM. EA. RES. COSOLERETVR. IOVSISENT. CENSVERE
SACERDOS. NE. QVIS. VIR. ESET. MAGISTER. NEQVE. VIR. NEQVE. MVLIER. QVISQVAM. ESET
NEVE. PECVNIAM. QVISQVAM. EORVM. COMOINEM ...... ABVISE. VELET NEVE. MAGISTRATVM
NEVE. PROMAGISTRATVO. NEOVE. VIRVM. *neque mu*LIEREM. QVISQVAM FECISE. VELET
NEVE. POSTHAC. INTER. SED. CONIOVR*ase. neve.* COMOVISE. NEVE. CONSPONDISE
NEVE. COMPROMESISE. VELET. NEVE. QVISQVAM. FIDEM. INTER. SED. DEDISE. VELET
SACRA. IN. DQVOLTOD. NE. QVISQVAM. FECISE. VELET. NEVE. IN. POPLICOD. NEVE. IN
PREIVATOD. NEVE. EXTRAD. VRBEM. SACRA. QVISQVAM. FECISE VELET. NISEI
PR. VRBANVM ADIESET. ISQVE. DE. SENATVOS. SENTENTIAD. DVM. NE. MINVS
SENATORIBVS. C. ADESENT. QVOM EA. RES. COSOLERETVR. IOVSISENT. CENSVERE
HOMINES. PLOVS. V OINVORSEI. VIREI ATQVE. MVLIERES. SACRA. NE. QVISQVAM
FECISE. VELET. NEVE. INTER. IBEI. VIREI. PLOVS. DVOBVS. MVLIERIBVS. PLOVS. TRIBVS
ARFVISE. VELENT. NISEI. DE. PR. VRBANI. SENATVOSQVE. SENTENTIAD. VTEI. SVPRAD
SCRIPTVM. EST, HAICE VTEI. IN. CONVENTIONID. EXDEICATIS NE. MINVS. TRINVM
NOVNDINVM SENATVOSQVE. SENTENTIAM. VTEI. SCIENTES. ESETIS. EORVM
SENTENTIA. ITA. FVIT. SEI. QVES. ESENT. QVEI. ARVORSVM. EAD. FECISENT. QVAM. SVPRAD
SCRIPTVM. EST. EEIS. REM. CAPVTALEM. FACIENDAM. CENSVERE. ATQVE VTEI
HOCE. IN. TABOLAM. AHENAM. INCEIDERETIS. ITA. SENATVS. AIQVOM CENSVIT
VTEIQVE EAM. FIGIER IOVBEATIS. VBEI. FACILVMED. GNOSCIER. POTISIT. ATQVE
VTEI. EA. BACANALIA. SEI. QVA. SVNT. EXTRAD. QVAM. SEI. QVID IBEI SACRI. EST
ITA. VTEI. SVPRAD. SCRIPTVM EST. IN. DIEBVS. X. QVIBVS. VOBEIS. TABELAI. DATAI
ERVNT. FACIATIS. VTEI. DISMOTA. SIENT. IN. AGRO. TEVRANO.

Explicatio:

Quinctus Marcius Lucii Filius . Spurius Postumius Lucii Filius , Consules Senatum Consuluerunt
Nonis Octobris Apud Ædem
Duelonæ . Scribendo Adfuerunt Marcus Claudius Marci Filius , Lucius Valerius Publii Filius ,
Quinctus Minucius Caj Filius . De Bacchanalibus , Qui Fœderati
Essent , Ita Edicendum Censuere . Ne Quis Eorum Bacchanal Habuisse Vellet . Si Qui
Essent , Qui Sibi Dicerent , Necessum Esse Bacchanal Habere , Iis Uti Ad Prætorem Urbanum
Romam Venirent , Deque Iis Rebus , Ubi Eorum Verba Audita Essent , Uti Senatus
Noster Decerneret , Dum Ne Minus Senatoribus Centum Adessent , Quum Ea Res Consuleretur .
Bacchas Vir Ne Quis Adiisse Vellet Civis Romanus , Neve Nominis Latini , Neve Sociorum
Quisquam , Nisi Prætorem Urbanum Adiissent , Isque De Senatus Sententia , Dum Ne
Minus Senatoribus Centum Adessent , Quum Ea Res Consuleretur , Jussissent , Censuere .
Sacerdos Ne Quis Vir Esset Magister , Neque Vir , Neque Mulier , Quisquam Esset
Neve Pecuniam Quisquam Eorum Communem Habuisse Vellet , Neve Magistratum
Neve Pro Magistratu , Neque Virum , Neque Mulierem Quisquam Fecisse Vellet ,
Neve Posthac Inter Se Conjurasse , Neque Convovisse , Neque Conspopondisse
Neve Compromisisse Vellet , Neve Quisquam Fidem Inter Se Dedisse Vellet :
Sacra In Occulto Ne Quisquam Fecisse Vellet , Neve In Publico , Neve In
Privato , Neve Extra Urbem Sacra Quisquam Fecisse Vellet , Nisi
Prætorem Urbanum Adisset , Isque De Senatus Sententia , Dum Ne Minus
Senatoribus Centum Adessent , Qum Ea Res Consuleretur , Jussissent , Censuere .
Homines Plus Quinque Universi Viri Atque Mulieres , Sacra Ne Quisquam
Fecisse Vellet , Neve Interibi Viri Plus Duobus , Mulieribus Plus Tribus ,
Adfuisse Vellent , Nisi De Prætoris Urbani , Senatusque Sententia , Uti Supra
Scriptum Est . Hæcce Uti In Concionibus Edicatis , Ne Minus Trinum
Nundinum , Senatusque Sententiam Uti Scientes Essetis , Eorum
Sententia Ita Fuit . Si Qui Essent , Qui Adversùm Ea Fecissent , Quàm Supra
Scriptum Est , Iis Rem Capitalem Faciendam Censuere ; Atque Uti
Hocce In Tabulam Ahenam Incideretis : Ita Senatus Æquum Censuit .
Utique Eam Figi Jubeatis , Ubi Facillime Nosci Potis Sit ; Atque
Uti Ea Bacchanalia , Si Qua Sunt , Extra Quam Si Quid Ibi Sacri Est ,
Ita , Uti Supra Scriptum Est , In Diebus Decem , Quibus Vobis Tabellæ Datæ
Erunt , Faciatis , Uti Dimota Sint In Agro Teurano .

Insigne hoc remotæ Antiquitatis Monumentum, spectans ad Annum U. C. 567. ante Christum 186. ediderant Fabrettus & Maffejus Viri Clarissimi. At illud accuratissime ex archetypo descriptum denique evulgavit, justoque Commentario illustravit Cl. V. Matthæus Ægyptius Neapolitanus Anno Christi 1729., additâ & explicatâ integrâ narratione Livii de interdicto Bacchanalium. Habet ibi Lector luculentissime congestum, quidquid ad hoc argumentum, & ad Latinam Decreti Linguam pertinet.

8 . . . . *Athenis juxta nova mœnia.*
E ſchedis meis.

ΔΕΧΟΝΤΑΙ ΤΟ ΑΡΓΥΡΙΟΝ ΕΠΙΤΙΜΙΟΝ ΟΡΙΖΕΤΩΣΑΝ ΑΥΤΟΙΣ
ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΤΗC ΑΠΕΘΙΑC ΑΞΙΑΝ ΕΝΕΙΔΡΟΙ ΠΑΡΑΔΟΝΤΕΤΕΣ
ΕΙΣΦΕΡΕΙΝ ΜΗ ΒΟΥΛΩΝΤΑΙ ΗΤΑ ΥΠΕΥΘΟΥ ΠΙΕΣΤΩΣΑΝΤΙ
ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΚΚΑΤΟΣΤΙΑΙΩΝ ΤΟΚΩ ΑΦ' ΟΥ ΔΕΟΝ ΠΟΙΗΣΑΣΘΑΙ
ΤΗΝ ΕΙΣΟΡΟΝ ΟΥΚ ΕΠΟΙΣΑΝΤΟ ΜΕΚΡΙ ΜΗΝΩΝ ΑΛΛΩΝ ΔΥΟ ΤΗΣ
ΤΕΛΕΥΤΑΙΑΣ ΑΠΟΔΟΣΕΩΣ. ΜΕΤΑ ΔΕ ΤΟΥΣ ΤΟΥΤΟΥΣ
ΕΙ ΜΕΝΟΙΕΝ ΜΗ ΠΕΙΘΟΜΕΝΟΙ ΑΠΟΔΟΣΘΩΣΑΝ ΟΙ ΑΡΓΥΡΟ
ΤΑΜΙΑΙ ΜΕΤΑ ΤΟΥ ΚΗΡΗΚΟΣ ΤΑΣ ΥΠΟΘΗΚΑΣ ΕΝΧΟΤΩΝ
ΑΥΤΑΣ ΕΞΟΥΣΙΑΝ ΑΥΞΑCΘΑΙ ΕΞΗΚΟΝΤΑ ΗΜΕΡΩΝ
ΠΡΩΤΟΝ ΜΕΝ ΤΟΝ ΔΕΔΟΚΟΤΩΝ ΕΙΤΑ ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝΓΓΥΗΤΩΝ
ΟΙ ΤΙΝΕΣ ΥΠΕΥΘΑΝΟΕΙΤΩΝ ΤΩΝ ΕΝΔΕΙΗΣΑΝΔΟΝ ΟΦΕΛΟΥ
ΥΠΕΥΘΑΝΟΕΙΤΩΝ ΕΝΔΕΗΣΑΤΩΝ ΟΦ' ΕΞΗΚΟΝΤΑ ΗΜΑΙΡΩΝ
ΑΦΙΛΟΥΣΙΝ ΕΚΤΕΙΣΕΙ

Ideſt :

. . . .

Accipiunt Argentum, Multam Definiant Ipſis
Secundùm Contumaciæ Meritum. Inquilini, Qui Contribuunt, Et
Tributum Pendere Nolunt, Denuntientur ei, qui Jusjurandum Accepit ab eis,
Primùm Quidem Centuriarum Uſuræ, Ex Qua Neceſſe Eſt Fieri
Inſpectionem, Non Fiant Uſque ad Alios Duos Menſes
Completæ Solutionis. Poſt Autem Hos Ipſos
Si Adhuc Hi In Solutione Agenda Inobedientes Erunt, Pecuniæ
Quæſtores Poſt . . . . *Pignora* . . . .
Ipſas Poteſtatem Ampliaſſe Sexaginta Dierum
Primùm Quidem Debitorum, Poſtmodum Verò Fidejuſſorum

. . . .

Si fragmentum hoc ad manus fuiſſet Samuelis Petiti, is Legibus Atticis a ſe illuſtratis addidiſſet: immo pro ſua peritia fortaſſe reſtituiſſet, quæ corrupta heic ſunt, aut ſaltem mihi corrupta videntur.

1

Prope Ephesum.
E schedis D. de la Condamine,
misit Bimardus V. Cl.

In uno latere.

ΤΗΝ ΠΑΝΕΓΤΡΙΝ ΚΑΙ ΑΤΕΛΕΙΑΝ
ΚΑΙ ΕΚΕΧΕΙΡΑΣ ΕΙΣ ΟΛΟΝ ΤΟΝ
ΕΠΩΝΤΜΟΝ ΤΗΣ ΘΕΟΤ ΜΗΝΑ
ΤΤΧΟΝΤΑ ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΡΤΕΜΙΣΙ
ΑΚΗΝ ΚΡΙΣΙΝ ΚΑΤΑΣΤΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙ ΤΑ ΘΕΜΑΤΑ ΤΟΙΣ ΑΓΩΝΙΣ
ΤΑΙΣ ΑΤΞΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΝΔΡΙ
ΑΝΤΑΣ ΤΩΝ ΝΙΚΗΣΑΝΤΩΝ
ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤΑ
ΤΕΙΜΗΝ ΑΝΑΣΤΗΣΑΝΤΟΣ
ΦΑΙΝΙΟΤ ΦΑΤΣΤΟΤ
ΤΟΤ ΣΤΝΓΕΝΟΤΣ ΑΤΤΟΤ

In altero latere.

ΕΙ ΙΠΑ
ΤΑΧΟΤ ΑΝΕΙΣΘΑΙ ΑΤΤΗΣ ΙΕΡΑ ΤΕ ΚΑΙ
ΑΤΤΗ ΤΕ ΕΙΔΡΤΣΘΑΙ ΚΑΙ ΒΩΜΟΤΣ ΑΝΑΚΕΙΣΘΑΙ ΔΙΑ
ΤΑΣ ΤΠ ΑΤΤΗΣ ΓΕΝΟΜΕΝΑΣ ΕΝΕΡΓΕΙΣ ΕΠΙΦΑΝΕΙΑΣ
ΚΑΙ ΤΟΤΤΟ ΔΕ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΤΟΤ ΠΕΡΙ ΑΤΤΗΝ ΣΕΒΑΣ
ΜΟΤ ΕΣΤΙΝ ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ ΤΟΝ ΕΠΩΝΤΜΟΝ ΑΤΤΗΣ
ΕΙΝΑΙ ΜΗΝΑ ΚΑΛΟΤΜΕΝΟΝ ΠΑΛΙΝ ΜΕΝ ΑΡΤΕΜΙΣ
ΩΝ ΠΑΡΑ ΔΕ ΜΑΚΕΔΟΣΙΝ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΛΟΙΠΟΙΣ ΕΘΝΕΣΙΝ
ΤΟΙΣ ΕΛΛΗΝΙΚΟΙΣ ΚΑΙ ΤΑΙΣ ΕΝ ΑΤΤΟΙΣ ΠΟΛΕΣΙΝ
ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΝ ΕΝ Ω ΜΗΝΙ ΠΑΝΗΓΤΡΕΙΣ ΤΑΙ ΚΑΙ ΙΕΡΟ
ΜΗΝΙΑΙ ΕΠΙΤΕΛΟΤΝΤΑΙ ΔΙΑΦΕΡΟΝΤΩΣ ΔΕ ΕΝ ΤΗ Η
ΜΕΤΕΡΑ ΠΟΛΕΙ ΤΗ ΤΡΟΦΩ ΤΗΣ ΙΔΙΑΣ ΘΕΟΤ ΤΗΣ ΕΦΕ
ΣΙΑΣ ΠΡΟΣΗΚΟΝ ΔΕ ΕΙΝΑΙ ΗΓΟΤΜΕΝΟΣ Ο ΔΗΜΟΣ
ΕΦΕΣΙΩΝ ΟΛΟΝ ΤΟΝ ΜΗΝΑ ΤΟΝ ΕΠΩΝΤΜΟΝ ΤΟΤ
ΟΝΟΜΑΤΟΣ ΕΙΝΑΙ ΙΕΡΟΝ ΚΑΙ ΑΝΑΚΕΙΣΘΑΙ ΤΗ ΘΕΩ
ΕΔΟΚΙΜΑΣΕΝ ΔΙΑ ΤΟΤΔΕ ΤΟΤ ΨΗΦΙΣΜΑΤΟΣ ΔΙΑΤΙΘΕ
ΝΑΙ ΤΗΝ ΠΕΡΙ ΑΤΤΟΤ ΘΡΕΣΚΕΙΑΝ ΔΙΟ ΔΕΔΟΧ
ΟΛΟΝ ΤΟΝ ΜΗΝΑ ΤΟΝ ΑΡΤΕΜΙΣΙΟΝ ΑΕΙ ΝΑ
ΑΣ ΙΕΡΑΕΑΓΕΣΟ ΑΕΙ ΔΕ ΕΠ ΑΤΤΑΙΣ ΜΗΛ
ΕΙΟΤΣ ΤΑΣ ΕΟΡΤΑΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΤΩΝ ΑΡΤΕΜ
ΤΡΙΝ ΚΑΙ ΤΑΣ ΙΕΡΟΜΗΝΙΑΣ ΑΤΕΛΕΙΟΝ ΜΗΝΟΣ Ο
ΝΟΤ ΤΗ ΘΕΩ ΟΤΤΩ ΓΑΡ ΕΠΙ ΤΟ ΑΜΕΙΝΟΝ ΤΗΣ
ΝΗΣ Η ΠΟΛΙΣ ΗΜΩΝ ΕΝΔΟΞΟΤΕΡΑ ΤΕ ΚΑΙ ΕΤΔ
αιμωΝ ΕΙΣ ΤΟ απαΝΤΑ ΔΙΑΜΕΝει χρόνον

Ex versione Bimardi, qui accurate paucula quædam restituit, aut supplevit, minime audaci conjecturâ.

. . . .
Conventum, & immunitatem:
Obtentis Feriis per totum Mensem
Deæ (Dianæ) *cognominem:*
Constituto Dianæo judicio;
Auctis Athletarum præmiis;
Statuis verò victorum
erectis.
Honoris titulum erigente
Fænio Fausto
Cognato ipsius.

. . . . *ubique ipsi sacra relinqui, & . . . . ipsi statuere, Arasque excitari, ob ejus efficacissimas apparitiones. Maximum verò erga eam cultûs signum est, quod Mensis ejus nomine vocetur, qui olim Artemison dicebatur, sed apud Macedones, & reliquas Græcas gentes, tum etiam in earum Urbibus Artemisius. Quo Mense conventus Ludorum caussâ aguntur, & sacrificia; præsertim verò in nostra Civitate, quæ nutricia est peculiaris Deæ Ephesiæ. Populus verò Ephesinus conveniens esse judicans, Mensem Deæ cognominem, ipsi sacrum esse: Censuit hocce Decreto ordinandum esse cultum, huic convenientem. Ideoque placuit per integrum Artemisium Mensem Sacra Deæ fieri, eumque, cui cura incumbet Ludorum Artemisiorum, & Feriarum annuarum, immunitate gaudere . . . . . . Sic enim rectius Civitas nostra gloriosior & felicior in omne tempus perstabit.*

Romæ.
E schedis Ambrosianæ Bibliothecæ.

ODO IVDICIO REPELLATVR VTRVM QVICVNQVE INTENTIONIBVS SVIS PROBATIONES
HABEAT ADEVNDI IVDICIS LIBERAM POTESTATEM AC MANIFESTIS INDICIIS
ETEDAT VT PRO QVALITATE FACTVRVM COMPETENTER IN EVM QVI CONVICTVS FVERIT
VT QVOD SI MINIME POTVERIT EAQ. INTENTAVERIT CONPROBARE SCIRE DEBET SE
TENTIAE SVBIVGANDVM. SANE SI QVIS ALICVI MAIESTATIS CRIMEN INTENDERIT
SMODI OBIECTVS MINIME QVEMQVAM PRIVILEGIO DIGNITATIS ALICVIVS ASTRICTIORI
ONE TVEATVR. SCIAT SE QVOQ. TORMENTIS ESSE SVBDENDVM SI ALIIS MANIFESTIS INDI
VT ARGVMENTIS ACCVSATIONEM SVAM NON POTVERIT CONPROBARE CVM IN EO QVI
E TEMERITATIS DEPREHENDATVR ILLVD QVOQ. TORMENTIS ERVI OPORTEAT CVIVS
DQVE INSTINCTV AD ACCVSATIONEM ACCESSISSE VIDEATVR VT AB OMNIBVS TANTI
CONSCIIS VINDICTA POSSIT REPORTARI ☙
AVTEM QVOD ADEVNDI QVOQ. IVDICIS TAM STATVTIS PARENTVM NOSTRORVM QVAM
STRIS SANCTIONIBVS INTERCLVSA SIT FACVLTAS OMNIBVS COGNITVM EST CVM EIVSMODI
AVDIENTIA NON DEBEAT COMMODARI QVANDOQVIDEM EOS PRO TANTI SCELERIS AVDACIA
VENIAT SVBIVGARI ☙
NE SIVE LIBERTIS QVI DOMINOS VEL PATRONOS ACCVSARE AVT DEFERRE TEMPTANT EIVS
IVXTA ANTIQVI QVOQ. IVRIS STATVTVM OBSERVANDVM ESSE CENSVIMVS VT SCILICET
M ATROCIS AVDACIAE STATIM IN ADMISSI IPSIVS EXORDIO PER SENTENTIAM IVDICIS
R AC DENEGATA AVDIENTIA PATIBVLO ADFIXVS QVI AD EIVSMODI DESPERATIONEM
T EXEMPLVM CETERIS PRAESTET NE SVIS IN POSTERVM AVDACIAE SIMILI EXISTAT ☙
VNDIQ. VERSVM SECVRITATI INNOCENTIVM CONSVLATVR PLACET ETIAM FAMOSOS
N ADMITTI QVOS SIVE NOMINE PROPOSITOS SI QVI INVENERIT STATIM DESTRAHERE AD
E VEL IGNI DEBEBIT EXVRERE IN QVIBVS ETIAM IVDICIVM EIVSMODI OBSERVA. PER IGNEM
SIT VT SI FORTE AD SE TALIS LIBELLVS PERLATVS FVERIT IS EVM PRAECIPIAT CONCIT
IVSMODI SCRIPTVRAM AB AVDIENTIA IVDICIS PENITVS OPORTET SVBMOVERI MANEN
OS INQVISITIONE QVI LIBELLOS EIVSMODI PROPONERE AVSI FVERINT VT REPERTI DEBI
TATIS SVAE POTIVS SVBICIANTVR ☙
ITAQ. OMNIBVS TAM AD PRAEFECTOS NOSTROS QVAM ETIAM ET PRAESIDES ET RATI
MAGISTRVM PRIVATAE SCRIPTA DIREXIMVS QVORVM EXEMPLA ALIO EDICTO NOSTRO
SMODI LEGEM STATVTVMQ. CONTINENT PLENISSIME DECLARATVR ☙
STIS CONSCIENTIA VESTRA QVAE TESTIS EST PRAEBET EAM SVMMAM CLEMENTIAE
PECTIBVS ET FVISSE SEMPER ET ESSE CVRATVM VT BEATITVDO VRBIS ROMANAE
NOSTRIS OBTEMPERET ADVERSVS OMNES OMNINO CALVMNIAS QVAS IN VNIVERSVM
S CAESARIANORVM DESPERATIO PORRIGEBAT FIRMISSIMIS MVNITA SECVRITATIBVS ☙

Sunt fragmenta Legum nonnullarum a Constantino Magno Augusto promulgatarum. *Sane si quis alicui Majestatis crimen intenderit* &c. totidem pæne verbis legitur in Codicis Theodosiani Lib. 9. Tit. V. Lege unicâ. *De Libertorum* quoque *accusationibus* contra Patronos suos agitur Tit. eodem, & subsequenti VI. De *famosis Libellis* sunt aliæ Leges in eodem Libro Tit. 34. Ad *Cæsarianos* quod attinet heic memoratos, eorum mentionem habes in eodem Codic. Lib. X. Tit. 7. qui est de *Cæsarianis*, quorum infamiam ibi & alibi Gothofredus erudite prodit.

I *Parmae, in Museo Farnesio. Ex Sigonio.*

PRINCIPIVM FVIT PRO TRIBV

Q. VRB. QVEI. AERARIVM. PROVINCIAM. OPTINENT. EAM. MERCEDEM. DEFERTO
QVAESTORQVE. QVEI. AERARIVM PROVINCIAM
OPTINEBIT. EAM. PECVNIAM. EI. SCRIBAE. SCRIBEISQVE HEREDIVE
EIVS. SOLVITO. IDQVE. EI. SINE. FRAVDE. SVA. FACERE. LICETO. QVOD
SINE. MALO. PEQVLATV. FIAT. OLLEISQVE. HOMINIBVS. EAM. PECVNIAM. CAPERE. LICETO
COS. QVEI. NVNC. SVNT. IEI. ANTE. K. DECEMBRIS. PRIMAS. DE. EIS. QVEI
CIVES. ROMANEI. SVNT. VIATOREM. VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN
EA. DECVRIA. VIATOR. APPAREAT. QVAM. DECVRIAM. VIATORVM
EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. PRIMEIS. QVAESTORIBVS. AD. AERARIVM
APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT. EIDEM. COS. ANTE. K. DECEMBR
PRIMAS. DE. EIS. QVEI. CIVES. ROMANEI. SVNT. PRAECONEM. VNVM
LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECVRIA. PRAECO. APPAREAT. QVAM
DECVRIAM. PRAECONVM. EX. NONEIS DECEMBRIBVS. PRIMEIS
QVAESTORIBVS. AD. AERARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT
DEINDE. EIDEM. CONSVL. ANTE. K DECEMBREIS. PRIMAS. VIATOREM
VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECVRIA. VIATOR. APPAREAT. QVAM
DECVRIAM. VIATORVM. EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. SECVNDEIS
QVAESTORIBVS. AD. AERARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT
EIDEMQVE. COS. ANTE. K DECEMBREIS. PRIMAS. PRAECONEM
VNVM. LEGVNTO. QVI. IN. EA. DECVRIA PRAECO. APPAREAT. QVAM
DECVRIAM. PRAECONVM. EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. SECVNDEIS
QVAESTORIBVS. AD. AERARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT
DEINDE. EIDEM COS. ANTE. K. DECEMBREIS. PRIMAS. VIATOREM
VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECVRIA. VIATOR. APPAREAT
QVAM. DECVRIAM. VIATORVM. EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. TERTIEIS
QVAESTORIBVS. AD. AERARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT
EIDEMQVE. COS. ANTE. K. DECEMBREIS. PRIMAS. PRAECONEM
VNVM. LEGVNTO. QVEI. IN. EA. DECVRIA PRAECO. APPAREAT. QVAM
DECVRIAM. PRAECONVM. EX. NONEIS. DECEMBRIBVS. TERTIEIS
QVAESTORIBVS. AD. AERARIVM. APPARERE. OPORTET. OPORTEBIT
EOSQVE. VIATORES. EOSQVE. PRAECONEIS. OMNEIS. QVOS. EO
ORDINE DIGNOS. ARBITRABVNTVR. LEGVNTO. QVAM. IN. QVISQVE
DECVRIAM. ITA. VIATOR. LECTVS. ERIT IS. IN. EA. DECVRIA. VIATOR
ESTO. ITEM. VT. EI. CETERI. EIVS. DECVRIAE. VIATORES. ERVNT
QVAM. IN. QVISQVE. DECVRIAM. ITA. PRAECO. LECTVS. ERIT
IS. IN. EA. DECVRIA. PRAECO. ESTO. ITA. VT. EI. CETERI. EIVS. DECVRIAE
PRAECONES ERVNT. SIREMPSQVE EIS. VIATORIBVS DE. QVE
EIS. VIATORIBVS. Q. OMNIVM. RERVM. IVVS. LEXQVE. ESTO. QVASEI
SEI. EI. VIATORES. IN. EAM. DECVRIAM. IN. TRIBVS. VIATORIBVS
ANTEA. LECTEI. SVBLECTEI. ESSENT. QVAM. IN. QVISQVE. DECVRIAM
EORVM. EX. HAC LEGE. VIATOR. LECTVS. ERIT. SIREMPSQVE. EIS
PRAECONIBVS. DE. QVE. EIS. PRAECONIBVS. QVAESTORI. OMNIVM
RERVM. IVVS. LEXQVE. ESTO. QVASEI. SEI. EI. PRAECONES. IN. EAM
DECVRIAM. IN. TRIBVS PRAECONIBVS. ANTEA. LECTI. SVBLECTEI
ESSENT. QVAM. IN. QVISQVE. DECVRIAM. EORVM. EX HAC. LEGE. PRAECO. LECTVS. ERIT
QVOS. QVOMQVE. QVAESTORES. EX. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. VIATORES
LEGERE. SVBLEGERE. OPORTEBIT. EI. QVAESTORES. EO. IVRE. EA. LEGE
VIATORES. IIII. LEGVNTO. SVBLEGVNTO. QVO. IVRE. QVA. LEGE
QVEI. NVNC. SVNT. VIATORES. III. LEGERVNT. SVBLEGERVNT. QVOVSQVE
QVOMQVE. QVAESTORES. EX. LEGE. PLEBEIVE. SCITO. PRAECONES
SVBLEGERE. OPORTEBAT. EI. QVAESTORES. EO. IVRE. EA. LEGE PRAECONES
IIII. LEGVNTO. SVBLEGVNTO. QVO IVRE. QVA. LEGE. QVAESTORES. QVEI
NVNC. SVNT. PRAECONES. III. LEGERVNT. SVBLEGERVNT. DVM NI. QVEM
IN. EIS. VIATORIBVS. PRAECONIBVS. LEGVNDEIS. SVBLEGVNDEIS IN. EIVS
VIATORIS. PRAECONIS. LOCVM. VIATOREM. PRAECONEM. LEGANT
SVBLEGANT. QVOIVS. IN. LOCVM. PER. LEGES. PLEBEIVE. SCITA. VIATOREM
PRAECONEM. LEGEI. SVBLEGEI. NON. LICEBIT. ITAQVE. DE. EIS. QVATTVOR
VIATORIBVS. QVAESTOR. QVEI. QVOMQVE. ERIT. VIATORES. SVMITO
HABETO. VTEI. ANTE HANC LEGEM. ROGATAM DE. TRIBVS. VIATORIBVS
VIATORES. HABERE. SVMERE. SOLITEI. ITAQVE. DE EIS QVATTVOR
PRAECONIBVS. QVAESTOR. QVEI. QVOMQVE. ERIT. PRAECONES. SVMITO
HABETO. VTEI. HANC. LEGEM. ROGATAM. DE TRIBVS. PRAECONIBVS
PRAECONES. HABERE, SVMERE. SOLITEI. SVNT. ITEMQVE. EIS. VIATORIBVS
PRAECONIBVS. QVI. EX. HAC. LEGE. LECTEI. ERVNT. VICARIVM DARE
SVBDERE. IVS. ESTO. LICETO QVE. VTI. CETEREIS. VIATORIBVS. PRAECONIBVS
QVA. IN. QVISQVE. DECVRIA. EST. VICARIVM. DARE. SVBDERE. IVVS. ERIT
LICEBITQVE. ITEMQVE. QVAESTORES AB. IEIS. VICARIOS. ACCIPIVNDO
VTEI. A. CETEREIS. VIATORIBVS. PRAECONIBVS. VICARIOS. ACCIPEI. OPORTEBIT
VIATORES PRAECONES. QVEI. EX. HAC. LEGE. LECTEI. SVBLECTEI. ERVNT
EIS. VIATORIBVS. PRAECONIBVS. MAGISTRATVS. PRO. VE. MAG.
MERCEDIS. ITEM. TANTVNDEM. DATO. QVANTVM. EI. VIATORI
PRAECONI. DAREI. OPORTERET. SEI. IS VIATOR. DE. TRIBVS
VIATORIBVS. ISQVE. PRAECO. DE. TRIBVS PRAECONIBVS. ESSET
QVEI. ANTE. HANC. LEGEM. ROGATAM. VTEI. LEGERENTVR. INSTITVTEI. SVNT
QVAS. IN. DECVRIAS. VIATORVM. PRAECONVM CONSVL. EX. HAC
LEGE VIATORES. PRAECONES. LEGERIT. QVORVM. VIATORVM
PRAECONVM. NOMINA. IN. EIS. DECVRIEIS. AD. AEDEM. SATVRNI
IN. PARIETE. INTRA. CAVEAS. PROXVME. ANTE. HANC. LEGEM

Ex Tabula aenea, existente in Museo Farnesio, nunc Neapoli visendo, descripsit olim hanc Legem accuratissimus Sigonius. Quod Gruteri, & Reinesii diligentiam effugerit, monente Cl. V. Marchione Maffejo, huc inferendam censui. De *Scribis*, *Viatoribus*, & *Praeconibus* Populi Romani heic agitur: quod argumentum ab eruditis Viris abunde pertractatum Lector habet.

1 Romæ, in ædibus Nobilium de Capranica, Tabula ænea, divisa duabus calumnios, edita cum lacunis a Grutero pag. 500. Nunc suæ integritati restituta e schedis Ambrosianæ Bibliothecæ.

C. ANTOMIVS. M. F. CN. CORNEL.................................
C. FVNDANIVS C. F. TR. PL. DESS. PLEBEM
Col. I. ..... PREIMVS. SCIVIT

QVEI THERMESES MAIORES PEISIDAE FVERVNT QVEIQVE EORVM LEGIBVS THERMESIVM MAIORVM PEISIDARVM ANTE K. APRIL. QVAE FVERVNT L. CALLIO CN. LENTVLO COS (Anno U.C.681.) THERMESES MAIORES PISIDAE FACTI SVNT QVEIVE ABS IEIS PROGNATI SVNT ERVNT IEI OMNES POSTEREIQVAE EORVM THERMESES MAIORES PEISIDAE LEIBERI AMICEI SOCIEIQVE POPVLEI ROMANI SVNTO EIQVE LEGIBVS SVEIS ITA VTVNTO ITAQVE IEIS OMNIBVS SVEIS LEGIBVS THERMESIS MAIORIBVS PISIDEIS VTEI LICETO QVOD ADVORSVS HANC LEGEM NON FIAT

QVEI AGRI QVAE LOCA AEDIFICIA PVBLICA PREIVATAVE THERMESIVM MAIORVM PEISIDARVM INTRA FINEIS EORVM SVNT FVERVNT * L. MARCIO SEX. IVLIO COS (Anno U C.662.) QVAEQVE INSVLAE EORVM SVNT FVERVNTVE IEIS COSVLIBVS QVEI SVPRA SCRIBTEI SVNT QVODQVE EARVM RERVM IEIS COSVLIBVS IEI HABVERVNT POSSEDERVNT VSEI FRVCTEIQVE SVNT QVAEQVE DE IEIS REBVS LOCATA NON SVNT VTEI ANTEA HABEANT POSSIDEANT QVAEQVE DE IEIS REBVS AGREIS LOCEIS AEDIFICIEIS LOCATA SVN AC NE LOCENTVR SANCITVM EST SANCTIONE QVAE FACTA EST EX LEGE ROGATA L. CALLIO CN. LENTVLO COS EA OMNIA THERMESES MAIORES PISIDAE HABEANT POSSIDEANT IEISQVE REBVS LOCEIS AGREIS AEDIFICIEIS VTANTVR FRVANTVR ITA VTEI ANTE MITRIDATIS BELLVM QVOD PREIMVM FVIT HABVERVNT POSSEDERVNT VSEI FRVCTEIQVE SVNT

* Grut. FVERVNTVE

QVAE THERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM PVBLICA PREIVATAVE PRAETER LOCA AGROS AEDIFICIA SVNT FVERVNTVE ANTE BELLVM MITRIDATIS QVOD PREIMVM FACTVM EST QVODQVE EARVM RERVM IEI ANTEA HABVERVNT POSSEDERVNT VSEI FRVCTEIVE SVNT QVOD EIVS IPSEI SVA VOLVNTATE AB SE NON ABALIENAVERVNT EA OMNIA THERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM VTEI SVNT FVERVNT ITA SVNTO ITIDEMQVE IEIS EA OMNIA HABERE POSSIDERE VTEI FRVEIQVE LICETO

QVEI * THERMESES MAIORES PEISIDAE LEIBEROS SERVOSVE
Col. II. BELLO MITRIDATIS AMEISERVNT MAGISTRATVS PROVE MAGISTRATV QVEIA DE EA RE IVRISDICTIO ERIT * QVOIVE DE EA RE IN IOVIS * ADITVM ERIT ITA DE EA RE IOVS DEICVNTO IVDICIA RECVPERATIONES DANDO * VTEI IEI EOS RECVPERARE POSSINT

* Grut. QVOS
* Grut. ERITQ....
* Grut. IOVS
* Grut. DANTO

NEI QVIS MAGISTRATVS PROVE MAGISTRATV LEGATVS NEIVE QVIS ALIVS MEILITES IN OPIDVM THERMESVM MAIORVM PISIDARVM AGRVMVE THERMESVM MAIORVM PISIDARVM HIEMANDI CAVSSA INTRODVCITO NEIVE FACITO QVO QVIS EO MEILITES INTRODVCAT QVOVE IBEI MEILITES HIEMENT NISEI SENATVS NOMINATIM VTI * THERMESVM MAIORVM PISIDARVM IN HIBERNACVLA MEILITES DEDVCANTVR DECREVERIT NEIVE QVIS MAGISTRATVS PROVE MAGISTRATV LEGATVS NEV QVIS ALIVS FACIAT NEIVE IMPERATO QVO QVID MAGIS IEI DENT PRAEBEANT AB IEISVE AVFERATVR NISEI QVOD EOS EX LEGE PORTIA DARE PRAEBERE OPORTET OPORTEBIT

* Grut. VTEI

QVAE LEGES QVODQVE IOVS QVAEQVE CONSVETVDO L. MARCIO SEX IVLIO COS. INTER CIVEIS ROMANOS ET THERMESES MAIORES PISIDAS FVIT EAEDEM LEGES EIDEMQVE IOVS EADEMQVE CONSVETVDO INTER CIVEIS ROMANOS ET TERMENSES MAIORES PISIDAS ESTO QVODQVE QVIBVSQVE IN REBVS LOCEIS AGREIS AEDIFICIEIS OPPIDEIS IOVRIS TERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM IEIS CONSVLIBVS QVEI SVPRASCRIPTEI SVNT FVIT QVOD EIVS PRAETER LOCA AGROS AEDIFICIA IPSEI SVA VOLVNTATE AB SE NON ABALIENARVNT IDEM IN EISDEM REBVS LOCEIS AGREIS AEDIFICEIS OPPIDEIS TERMENSIVM MAIORVM PISIDARVM IOVS ESTO ET QVO MINVS EA QVAE IN HOC CAPITE SCRIPTA SVN ITA SINT FIANT EIVS HAC LEGE NIHILVM ROGATVR

QVAM LEGEM PORTORIEIS TERRESTRIBVS MARITIMEISQVE TERMENSES MAIORES PISIDAE CAPIVNDEIS INTRA SVOS FINEIS DEIXSERINT EA LEX IEIS PORTORIEIS CAPIVNDEIS ESTO DVM NEI QVID PORTORI AB IEIS CAPIATVR QVEI PVBLICA POPVLI ROMANI VECTIGALIA REDEMPTA HABEBVNT QVOS PER EORVM FINEIS PVBLICANEI EX EO VECTIGALI TRANPORTABVNT

Romæ, Tabula ænea &c. (Vide Tab. I.)

QVEM. H. L. AD COS. (a) PROFITEREI OPORTEBIT. SEI. IS. QVOM. EVM. PROFITEREI OPORTEBIT. ROMAE. NON. ERIT. TVM. QVEI. EIVS.
NEGOTIA. CVRABIT. IS. EAEDEM. (b) OMNIA. QVAE. EVM. QVOIVS. NEGOTIA. CVRABIT. SEI. ROMAE. ESSET. H. L. PROFITEREI
OPORTEBIT. ITEM. IISDEMQVE. DIEBVS. AD. COS. PROFITEMINO.

QVEM H. L. AD COS. PROFITEREI. OPORTEBIT. SEI. IS. PVP. (c) SEIVE. EA. VQ. ERIT. TVM. QVEI. EIVS. PVP. VQ. VE. TVTOR. ERIT. ITEM. EADEM
QVE. OMNIA. IN. IISDEM. DIEBVS. AD. COS. PROFITEMINO. ITA. VTEI. EI. QVAEQVIBVSQVE. DIIBVS. EVM. EAMVE. SEI. PVP. VQ. VE. NON
EST. H. L. PROFITEREI. OPORTERET

SEI. COS. ATQVE. H. L. (d) PROFESSIONES. FIERI. OPORTEBIT. ROMAE. NON. ERIT. TVM. IS. QVEM. PROFITEREI. OPORTEBIT. QVOD. EVM. PROFITEREI
OPORTEBIT. AD. PR. VRB. (e) AVT. SEI. IS. ROMAE. NON. ERIT. AD. EVM. PR. QVEI. INTER. PEREGRINOS. IVS. DEICET. PROFITEMINO. ITA. VTEI
EVM. AD. COS. SEI. TVM. ROMAE. ESSET. H. L. PROFITEREI. OPORTERET.

SEI. EX. EIS. COS. ET. PR. (f) AD. QVOS. H. L. PROFESSIONES. FIERI. OPORTEBIT. NEMO. EORVM. ROMAE. ERIT. TVM. IS. QVEM. PROFITEREI. OPORTEBIT
ET. QVOD. EVM. TVM. PROFITEREI. OPORTEBIT. AD. TR. PL. (g) PROFITEMINO. ITA. VTEI. EVM. AD. COS. PR. VRB. EVMQVE. QVEI. INTER. PEREGRI
NOS. IVS. DEICET. SEI. TVM. ROMAE. ESSET. H. L. PROFITEREI. OPORTERET.

QVOD. QVEMQVE. H. L. PROFITEREI. OPORTEBIT. IS. APVD. QVEM. EA. PROFESSIO. FIET. EIVSQVE. (h) PROFITEBITVR. NOMEN. ET. EA. QVAE. PRO
FESSVS. ERIT. ET. QVO. DIE. PROFESSVS. SIT. IN. TABVLAS. PVBLICAS. REFERVNDA. CVRATO. EADEMQVE. OMNIA. QVAE. VTEIQVE. IN. TABVLAS
RETTVLERIT. ITA. IN. TABVLAM. IN. ALBVM. REFERVNDA. (i) IDQVE. APVT. EORVM. ET. QVOM. FRVMENTVM. POPVLO. DABITVR. IBEI. VBEI. FRVMEN
TVM. POPVLO. DABITVR. COTTIDIE. MAIOREM. PARTEM. DIEI. PROPOSITVM. HABETO. V. D. P. R. L. P (k)

QVEICOMQVE. FRVMENTVM. POPVLO. DABVNT. DANDVMQVE. CVRABIT. NEIQVE. EORVM. (l) QVORVM. NOMINA. H. L. AD. COS. PR. TR. PL. IN. TA
BVLA. IN. ALBO. PROPOSITA. ERVNT. FRVMENTVM. DATO. NEVE. DARE. IVBETO. NEVE. SINITO. QVEI. ADVERSVS. EA. EORVM. QVEI. (m) FRVMENTVM
DEDERIT. IS. IN. TR. M. I. ┼. W (n) POPVLO. DARE. DAMNAS. ESTO. EIVSQVE. PECVNIAE. QVEI. VOLET. (o) PETITIO. ESTO.

QVAE. VIAE. IN VRBEM. ROM. PROPIVSVE. V. R. P. M. VBEI. CONTINENTE. (p) HABITABITVR. SVNT. ERVNT. QVOIVS. ANTE. AEDIFICIVM. EARVM. QVAE
VIAE ERANT. IS. EAM. VIAM. ARBITRATV. EIVS. AED. (q) QVOI. EA. PARS. VRBIS. H. L. OBVENERIT. TVEATVR. ISQVE. AED. CVRATO. VTI. QVORVM
ANTE AEDIFICIVM. ERIT. QVAMQVE. VIAM. H. L. QVEMQVE. TVERI. OPORTEBIT. (r) EI. OMNES. EAM. VIAM. ARBITRATV. EIVS. TVEANTVR. NEVE. EO
LOCO. (ſ) AQ CONSISTAT. QVOMINVS. COMMODE. POPVLVS. EA. VIA. VTATVR.

AED. CVR. AED. PL. QVEI. NVNC. SVNT. QVEICOMQVE. POST. H. L. R. FACTEI. (t) CREATEI. ERVNT. EVMVE. MAG. INIERINT. IEI. IN. DIEBVS. V. PROXVMEIS
QVIBVS. EO. MAG. DESIGNATEI. ERVNT. EVMVE. MAG. INIERVNT. INTER. SE. PARANTO. AVT. SORTIVNTO. QVA. N. PARTEI. VRBIS. QVISQVE
EORVM. VIAS. PVBLICAS. IN. VRBEM. ROMA. PROPIVSVE. V. R. P. M. REFICIVNDAS. STERNENDAS. CVRET. EIVSQVE REI. PROCVRATIONEM
HABEAT. QVAE. PARS. QVOIQVE. AED. ITA. (u) H. L. OBVENERIT. EIVS. AED. IN. EIS. LOCEIS. QVAE. IN. EA. PARTE ERVNT. VIARVM. REFICIEN
DARVM. TVEMDARVM. PROCVRATIO. ESTO. VTEI. H. L. OPORTEBIT.

QVAE. VIA. M. P. I. (x) AEDEM. SACRAM. IT. (y) AEDIFICIVM. LOCVMVE. PVBLICVM. ET. INTER. AEDIFICIVM. PRIVATVM. EST. ERIT. EIVS
VIAE. PARTEM. DIMIDIAM. IS. AED. QVOI. EA. PARS. VRBIS. OBVENERIT. IN. QVA. PARTE. EA. AEDIS. SACRA. ERIT. SEIVE. AEDIFICIVM
PVBLICVM. SEIVE. LOCVS. PVBLICVS. TVEMDAM. LOCATO

QVEMQVOMQVE. ANTE. SVVM. AEDIFICIVM. VIAM. PVBLICAM. H. L. TVEREI. OPORTEBIT. QVEI. EORVM. EAM. VIAM. ARBITRATV. EIVS. AED
QVOIVS. OPORTVERIT. NON. TVEBITVR. EAM. VIAM. AED. QVOIVS. ARBITRATV. EAM. TVEREI. OPORTVERIT. TVEMDAM. LOCATO
ISQVE. AED. DIEBVS. NE. MINVS. X. ANTEQVAM. LOCET. APVT. FORVM. ANTE. TRIBVNALE. SVOM. PROPOSITVM. HABETO. QVAM
VIAM. TVENDAM. ET. QVO. DIE. LOCATVRVS. SIT. EIS. QVORVM. ANTE. AEDIFICIVM. EA. VIA. SIT. EISQVE. QVORVM. ANTE. AEDIFICIVM
EA. VIA. ERIT. PROCVRATORIBVSVE. EORVM. DOMVM. DENVNTIETVR. FACITO. SE. EAM. VIAM. LOCATVRVM. ET QVO. DIE. LOCATVRVS
SIT. EAMQVE LOCATIONEM. PALAM. IN. FORO. PER. Q. VRB. EVMVE. QVEI. AERARIO. PRAERIT. FACITO. QVAMTA.PECVNIA. EAM.
VIAM. LOCAVERIT. TAMTAE. PECVNIAE. EVM. EOSQVE. QVORVM. ANTE. AEDIFICIVM. EA. VIA. ERIT. PROPORTION. QVAMTVM
QVOIVSQVAE. ANTE. AEDIFICIVM. VIAE. IN. LONGITVDINE. ET. IN. LATITVDINE. ERIT. Q. VRB. QVEIVE. AERARIO. PRAERIT. IN TABVLAS
PVBLICAS. PECVNIAE. FACTAE. REFERENDVM. CVRATO. EI. QVOI. EAM. VIAM. TVEMDAM. REDEMERIT. TAMTAE. PECVNIAE. EVM. EOS
VE. ADTRIBVITO. SINE. D. M. (z) SEI. IS. QVEI. ADTRIBVTVS ERIT. EAM. PECVNIAM. DIEBVS. XXX. PROXVMEIS QVIBVS. IPSE. AVT. PRO
CVRATOR. EIVS. SCIET. ADTRIBVTIONEM. FACTAM. ESSE. EI. QVOI. ADTRIBVTVS. ERIT. NON. SOLVERIT. NEQVE SATIS. FECERIT. IS
QVAMTAE. PECVNIAE. ADTRIBVTVS ERIT. TAMTAM. PECVNIAM. ET. EIVS DIMIDIVM. II. QVOI. ADTRIBVTVS ERIT. DAPEDIBITO (aa)
INQVE. EAM. REMIS. QVOIQVOMQVE. DE. EA. RE. ADITVM. ERIT. IVDICEM. IVDICIVMVE. ITA. DATO. VT. EI. IE. PECVNIA. CREDITA
IVDICIVM. DARI. OPORTEBIT

QVAM. VIAM. H. L. TVEMDAM. LOCARI. OPORTEBIT. AED. QVEM. EAM. VIAM. TVENDAM LOCARE OPORTEBIT. IS. IAM. VIAM. PER
Q. VRB. QVEIVE. AERARIO. PRAEERIT. TVENDAM. LOCATO. VTEI. EAM. VIAM. ARBITRATV. EIVS. QVEI. EAM. VIAM. LOCANDAM
CVRAVERIT. TVEATVR. QVAMTAM. PECVNIAM. ITA. QVAEQVE. VIA. LOCATA. ERIT. T. P. Q. VRB. (bb) QVEIVE AERARIO. PRAEERIT
REDEMPTOREI. QVOI. E. LEGE. LOCATIONIS. DARI. OPORTEBIT. HEREDEIVE. EIVS. DAMDAM. ADTRIBVENDAM. CVRATO.

QVOMINVS. AED. ET. IIII. VIR. VIEIS. IN. (cc) VRBEM. PVRGANDEIS. II. VIR. VIEIS. EXTRA. PROPIVSVE. VRBEM. ROM. PASSVS M.
PVRGANDEIS. QVEIQVOMQVE. ERVNT. VIAS. PVBLICAS. PVRGANDAS. CVRENT. EIVSQVE. REI. POTESTATEM. HABEANT
ITA. VTEI. LEGIBVS. PL. VE. SC. S. C. (dd) OPORTET. OPORTEBIT. EVM. H. L. N. R (ee)

QVOIVS. ANTE. AEDIFICIVM. SEMITA. IN. LOCO. ERIT. IS. EAM. SEMITAM. EO. AEDIFICIO. PERPETVO. LAPIDIBVS. PERPETVEIS
INTEGREIS. CONTINENTEM. CONSTRATAM. RECTE. HABETO. ARBITRATV. EIVS. AED. QVOIVS. IN. EA. PARTE. H. L. VIARVM
PROCVRATOR. ERIT.

QVAE. VIAE. IN. V. R. SVNT. ERVNT. INTRA. EA. LOCA. VBI. CONTINENTE. HABETABETVR. NE. QVIS. IN. IEIS. VIEIS. POST. K. IANVAR
PRIMAS. PLOSTRVM. INTERDIV. POST. SOLEM. ORTVM. NEVE. ANTE. HORAM. X. DIEI. DVCITO. AGITO. NISI. QVOD. AEDIVM
SACRARVM. DEORVM. IMMORTALIVM. CAVSSA. AEDIFICANDARVM. OPERISVE. PVBLICE. FACIVMDEI. CAVSA. ADVHEI. (ff) PORTA
RI. OPORTEBIT. AVT. QVOD. EX VRBE. EXVE. IEIS. LOCEIS. EARVM. RERVM. QVAE. PVBLICE. DEMOLIENDA. LOCA. ERVNT. PVBLI
CE. EXPORTAREI. OPORTEBIT. ET. QVARVM. RERVM. CAVSSA. PLOSTRA. H. L. CERTEIS. HOMINIBVS. CERTEIS. DE. CAVSEIS. AGERE
DVCERE. LICEBIT.

QVIBVS. DIEBVS. VIRGINES. VESTALES. REX. SACRORVM. FLAMINES. PLOSTREIS. IN. VRBE. SACRORVM. PVBLICORVM. P. R. CAVSSA
VEHI. OPORTEBIT. QVAEQVE. PLOSTRA. TRIVMPHI. CAVSSA. QVO. DIE. QVISQVE. TRIVMPHAVIT. (gg) DVCEI. OPORTEBIT. QVAEQVE
PLOSTRA. LVDORVM. QVEI. ROMAE. AVT. VRBEI. ROMAE. PVBLICE. FEIENT. INVE. POMPAM. LVDEIS. CIRCIENSIBVS. DVCEI. AGEI. OPVS
ERIT. QVOVEMINVS. EARVM. RERVM. CAVSSA. EISQVE. DIEBVS. PLOSTRA. INTERDIV. IN. VRBE. DVCANTVR. AGANTVR. E. H. L. N. R (hh)

QVAE. PLOSTRA. NOCTV. IN. VRBEM. INDVCTA. ERVNT. QVOMINVS. EA. PLOSTRA. INANIA. AVT. STERCORIS. EXPORTANDEI. CAVSSA
POST. SOLEM. ORTVM. H. X. DIEI. BVBVS. IVMENTEISVE. IVNCTA. IN. V. R. ET. AB. V. R. P. M. (ii) ESSE LICEAT. E. H. L. N. R.

QVAE LOCA. PVBLICA. PORTICVSVE. PVBLICAE. IN. V. R. P. VE V. R. P. M. SVNT. ERVNT. QVORVM. LOCORVM. QVOIVSQVE. PORTICVS
AEDILIVM. EORVMVE. MAG. QVEI. VIEIS. LOCEISQVE. PVBLICEIS. V. R. P. VE. V. R. P. M. PVRGANDEIS. PRAERVNT. LEGIBVS
PROCVRATIO. EST. ERIT. NEI. QVIS. IN. IEIS. LOCEIS. INVE. IEIS. PORTICIBVS. QVID. IN. AEDIFICATVM. INMOLITOMVE. HABETO
NEVE. EA. LOCA. PORTICVMVE. QVAM. (kk) POSSIDETO. NEVE. EORVM. QVOD. SEPTVM. CLAVSVMQVE. HABETO. QVOMINVS. EIS
LOCEIS. PORTICIBVSQVE. POPVLVS. VTATVR. PATEANTVE. NISI. QVIBVS. VTEIQVE. LEG. PL. VE. SC. S. VE. C. CONCESSVM. PERMISSVMVE. EST

QVIBVS LOCEIS. EX. LEGE. LOCATIONIS. QVAM. CENSOR. ALIVSVE. QVIS. MAG. PVBLICEIS. VECTIGALIBVS. VLTROVE. TRIBVTEIS
FRVENDEIS. TVENDEISVE. DIXET. DIXERIT. EIS. QVEI. EA. FRVENDA. TVENDAVE. CONDVCTA. HABEBVNT. VT. VTEI. FRVEI. LICEAT
VT. VTEI. EA. AB. EIS. CVSTODIANTVR. CAVTVM. EST. [illegible]TIS. LOCEIS. VTANTVR. FRV

Habes heic [illegible]mum venerandæ antiquitatis fragmentum, ante paucos annos effossum. Istud caro emtum intulit in suum Museum Franciscus Ficoronius, ævo nostro inter Antiquarios Romanos celeberrimus, sed non eam, qua[illegible]us erat, fortunæ comitatem in principe Urbe nactus. Tabula hæc ahenea pondus Librarum LVII. Romanarum æquat. In nonnullis locis litera T. exiguam cruciculam ┼ refert. Porro egregium Senatus-consultu, sive Legem, complectitur Tabula ista, in qua statuitur *Professio*, sive *Denuntiatio* facienda apud *Consules*, aut apud *Prætorem Urbis*, ab iis, qui aliena Negotia Romæ agunt, & præcipue quoties Frumentum Populo Romano dandum est. *Ædilibus Curulibus*, atque *Ædilibus Plebis* præscribitur, quid agendum in cura & tutela Viarum, & quei locanda sit earum rerum restauratio Redemtoribus Operum publicorum. *Plaustrorum* quoque per Urbem ducendorum ratio habetur, privilegio concesso Plaustris *Virginum Vestalium*, *Regis Sacrorum*, *Flaminum*, & *Triumphantium*. Agitur etiam de *Porticibus* expurgandis, ut cetera omittam. Porro mos [illegible] fuit Leges suffragio Populi Romani probatas Tabulis aheneis inscribere, easque in Templis aut Foro, aut Quadriviis expositas habere, ut cuivis legere volenti paterent. Esset heic locus saturandi complures pagi[illegible]s Eruditione antiqua. Postquam hæc scripseram, intellexi, æneam hanc Tabulam emigrasse in magnam Britanniam, ejusque inscriptionem publici juris factam fuisse a Clariss. Maittaire. Nuper etiam eamdem [illegible]didit Cl. V. Scipio Maffejus Marchio inter Observationes Litterarias Veronæ editas Tom. III. In altero latere ejusdem Tabulæ Græca inscriptio habebatur, quam prælaudati Viri pariter in lucem protulere. Erit ei loc[illegible] heic post istam.

(a) *Marcb. Ma*[illegible] *leg.* hac lege ad Consulem. (b) *leg.* eadem. (c) pupillus, pupilla. (d) Si Consul ad quem hac lege. (e) Prætorem Urbanum. (f) Consule & Prætoribus. (g) Tribunam Plebis. (h) *leg.* ejus, qui. (i) *leg.* apud Forum. (k) Unde de [illegible]lano recte legi possit. (l) ne cui eorum. (m) *leg.* cui *pro* alicui. (n) is intra mensem unum sestertiorum viginti quinque millia. (o) cui volet. (p) intra Urbem Rom. propiusve Urbem Rom. passus mille, ubi continenter. (q) Ædilis. (r) *leg.* in omnes. (f) aliquid. (t) Ædilis Curulis, Ædilis Plebis: quicumque post hanc legem rogatam (u) cuique Ædili. (x) mille passus inter. (y) *leg.* aut ædificium. (z) sine dolo malo. (aa) *leg.* dare debeto. (bb) Tribunus Plebis, Quæstor. (cc) Quatuorviri intra. (dd) Plebisve scitis, Senatus-consultis. (ee) ejus hac lege nihil rogatur. (ff) advehi. (gg) *leg.* triumphabit. (hh) ejus hac lege nihil rogatur. (ii) intra Urbem Rom. propiusve Urbem Rom. passus mille. (kk) *pro* aliquam, & aliquod.

Romæ in eâdem lamina apud Ficoronium.

ΕΦΟΡΟΣ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΑ.
ΜΗΣ ΑΠΕΛΛΑΙΟΣ· Α ΠΟΛΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙ ΟΡΙΣΤΑΙ·
ΓΕ· ΤΡΙΠΟΤΣ· ΦΙΛΩΝΤΜΟΣ ΖΩΠΤΡΙΣΚΩ.
ΠΕ· ΚΑΡΤΚΕΙΟΝ· ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΗΡΑΚΛΗΤΩ.
ΑΙ· ΠΕΛΤΑΙ· ΔΑΖΙΜΟΣ ΠΤΡΡΩ.
ΚΝ· ΘΡΙΝΑΞ· ΦΙΛΩΤΑΣ ΙΣΤΙΕΙΩ.
ΜΕ· ΕΠΙΣΤΤΛΙΟΝ· ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣ ΖΩΠΤΡΩ·

ΔΙΟΝΤΣΩ·

ΑΝΕΓΡΑΨΑΝ ΤΟΙ ΟΡΕΖΤΑΙ ΤΟΙ ΑΙΡΕΘΕΝΤΕΣ ΕΠΙ ΤΩΣ ΧΩΡΩΣ
ΤΩΝ ΕΑΡΩΣ ΤΩΣ ΤΩ ΔΙΟΝΤΣΩ ΦΙΛΩΝΤΜΟΣ ΖΩΠΤΡΙΣΚΩ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΗΡΑΚΛΗΤΩ ΔΑΖΙΜΟΣ ΠΤΡΡΩ ΦΙΛΩΤΑΣ ΙΣΤΙΕΙΩ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΑΣ ΖΩΠΤΡΩ· ΚΑΘΑ ΕΙΞΑΝ ΚΑΙ ΕΤΕΙΜΑΣΑΝ ΚΑΙ
ΣΤΝΕΜΕΤΡΗΣΑΝ ΚΑΙ ΕΜΕΡΙΣΑΝ ΤΩΝ ΗΡΑΚΛΕΙΩΝ ΔΙΑΓΩΝΤΩΝ
ΕΝ ΚΑΤΑΚΛΗΤΩ ΑΛΕΑ· ΣΤΝΕΜΕΤΡΗΣΑΜΕΣ Δ' ΑΡΞΑΜΕΝΟΙ ΑΠΟ
ΤΩ ΑΝΤΟΜΩΤΩ ΤΠΕΡ ΠΑΝΔΟΣΙΑΣ ΑΓΩΝΤΟΣ ΤΩ ΔΙΑΤΑΜΝΟΝΤΟΣ
ΤΩΣ ΤΕ ΕΑΡΩΣ ΧΩΡΩΣ ΚΑΙ ΤΑΝ ΕΙΔΙΑΝ ΓΑΝ ΕΠΙ ΤΟΝ ΑΝΤΟΜΩΤΟΝ
ΟΡΙΖΟΝΤΑ ΤΩΣ ΤΕ ΤΩ ΔΙΟΝΤΣΩ ΧΩΡΩΣ ΚΑΙ ΤΟΝ ΚΩΝΕΑΣ ΟΔΙΩΝ
ΟΣ ΕΠ' ΑΜΩΧΗ· ΚΑΤΕΤΑΜΟΝΕΣ ΔΕ ΜΕΡΙΔΑΣ ΤΕΤΟΡΑΣ· ΤΑΝ
ΜΕΝ ΠΡΑΤΑΝ ΜΕΡΙΔΑ ΑΠΟ ΤΩ ΑΝΤΟΜΩΤΩ ΠΑΡ ΤΑ ΗΡΩΙΔΕΙΑ
ΑΓΟΝΤΟΣ· ΕΤΡΟΣ ΠΟΤΙ ΤΑΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΠΕΔΟΝ ΤΑΝ ΔΙΑ ΤΩΝ
ΕΑΡΩΝ ΧΩΡΩΝ ΑΓΩΣΑΝ· ΜΑΧΟΣ ΔΕ ΑΝΩΘΑ ΑΠΟ ΤΑΝ ΑΠΟΡΟΑΝ
ΑΧΡΙ ΕΣ ΠΟΤΑΜΟΝ ΤΟΝ ΑΚΙΡΙΝ· ΚΑΙ ΕΓΕΝΟΝΤΟ ΜΕΤΡΙΩΜΕΝΑΙ
ΕΝ ΤΑΤΤΑ ΤΑ ΜΕΡΙΔΑ ΕΡΡΗΓΕΙΑΣ ΜΕΝ ΔΙΑΚΑΤΙΑΙ ΜΙΑ ΣΧΟΙΝΟΙ
ΣΚΙΡΡΩ ΔΕ ΚΑΙ ΑΡΡΗΚΤΩ ΚΑΙ ΔΡΤΜΩ ΕΞΑΚΑΤΙΑΙ ΤΕΤΡΩΚΟΝΤΑ
ΕΞ ΣΧΟΙΝΟΙ ΗΜΙΣΧΟΙΝΟΝ· ΤΑΝ ΔΕ ΔΕΤΤΕΡΑΝ ΜΕΡΙΔΑ ΕΤΡΟΣ
ΑΠΟ ΤΑΙΣ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΠΕΔΩ ΕΠΙ ΤΟΝ ΑΝΤΟΜΟΝΤΟΝ ΠΡΑΤΟΝ.
ΜΑΚΟΣ ΔΕ ΑΠΟ ΤΑΣ ΑΠΟΡΟΑΝ ΑΧΡΙ ΕΣ ΠΟΤΑΜΟΝ. ΚΑΙ
ΕΓΕΝΟΝΤΟ ΜΕΤΡΙΩΜΕΝΑΙ ΕΝ ΤΑΤΤΑ ΤΑ ΜΕΡΕΙΑ ΕΡΡΗΓΕΙΑΣ
ΜΕΝ ΔΙΑΚΑΤΙΑΙ ΕΒΔΕΜΗΚΟΝΤΑ ΤΡΙΣ ΣΧΟΙΝΟΙ ΣΚΙΡΡΩ
ΔΕ ΚΑΙ ΑΡΡΗΚΤΩ ΚΑΙ ΔΡΤΜΩ ΠΕΝΤΑΚΑΤΙΑΙ ΣΧΟΙΝΟΙ· ΤΑΝ
ΔΕ ΤΡΙΤΑΝ ΜΕΡΙΔΑ ΕΤΡΟΣ ΑΠΟ ΤΩ ΑΝΤΟΜΩΤΩ ΠΡΑΤΩ ΤΩ
ΠΑΡ ΤΑΝ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΠΕΔΟΝ ΑΓΟΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΟΝ ΑΝΤΟΜΟΝΤΟΝ
ΔΕΤΤΕΡΟΝ ΑΠΟ ΤΑΣ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΠΕΔΩ· ΜΑΚΟΣ ΑΠΟ ΤΑΝ ΑΠΟΡΟΑΝ
ΑΧΡΙ ΕΣ ΠΟΤΑΜΟΝ ΚΑΙ ΕΓΕΝΟΝΤΟ ΜΕΤΡΙΩΜΕΝΑΙ ΕΝ ΤΑΤΤΑ
ΤΑ ΜΕΡΕΙΑ ΕΡΡΗΓΕΙΑΣ ΜΕΝ ΤΡΙΑΚΑΤΙΑΙ ΔΕΚΑ ΔΤΟ ΣΧΟΙΝΟΙ
ΗΜΙΣΧΟΙΝΟΝ ΣΚΙΡΩ ΔΕ ΚΑΙ ΑΡΡΗΚΤΩ ΚΑΙ ΔΡΤΜΩ ΠΕΝΤΑΚΑ-
ΤΙΑΙ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΕΠΤΑ ΗΜΙΣΧΟΙΝΟΝ· ΤΑΙ ΔΕ ΤΕΤΑΡΤΑΝ ΜΕΡΙΔΑ
ΕΤΡΟΣ ΑΠΟ ΤΩ ΑΝΤΟΜΩΤΩ ΔΕΤΤΕΡΩ ΑΠΟ ΤΑΣ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΠΕΔΩ
ΕΠΙ ΤΟΝ ΑΝΤΟΜΟΝΤΟΝ ΟΡΙΖΟΝΤΑ ΤΑΝ ΤΕ ΙΕΡΑΝ ΚΑΙ ΤΑΝ ΕΙΔΙΑΝ
ΓΑΝ· ΜΑΚΟΣ ΔΕ ΑΠΟ ΤΑΝ ΑΠΟΡΟΑΝ ΑΧΡΙ ΕΣ ΠΟΤΑΜΟΝ· ΚΑΙ
ΕΓΕΝΟΝΤΟ ΜΕΤΡΙΩΜΕΝΑΙ ΕΝ ΤΑΤΤΑ ΤΑ ΜΕΡΕΙΑ ΕΡΡΗΓΕΙΑΣ
ΜΕΝ ΤΡΙΑΚΑΤΙΑΙ ΟΚΤΩ ΣΧΟΙΝΟΙ ΗΜΙΣΧΟΙΝΟΝ ΣΚΙΡΩ ΔΕ ΚΑΙ
ΑΡΡΗΚΤΩ ΚΑΙ ΔΡΤΜΩ ΠΕΝΤΑΚΑΤΙΑΙ ΤΕΤΡΩΚΟΝΤΑ ΜΙΑ ΗΜΙ-
ΣΧΟΙΝΟΝ· ΚΕΦΑΛΑ ΠΑΣΑΣ ΕΡΡΗΓΕΙΑΣ ΧΙΛΙΑΙ ΕΝΕΝΗΚΟΝΤΑ
ΠΕΝΤΕ ΣΧΟΙΝΟΙ· ΣΚΙΡΩ ΔΕ ΚΑΙ ΑΡΡΗΚΤΩ ΚΑΙ ΔΡΤΜΩ ΔΙΣΧΙ-
ΛΙΑΙ ΔΙΑΚΑΤΙΑΙ ΕΙΚΑΤΙ ΠΕΝΤΕ· ΤΑΝ ΔΕ ΝΑΣΟΝ ΤΑΝ ΠΟΤΙΓΕΓΕ-
ΝΗΜΕΝΑΝ ΕΣ ΤΑΝ ΤΑΣ ΑΡΡΗΚΤΟΝ ΓΑΝ ΣΤΝΕΜΕΤΡΗΣΑΜΕΣ· ΑΠΟ
ΤΑΤΤΑΣ ΤΑΣ ΑΠΟΛΩΛΗ ΕΡΡΗΓΕΙΑΣ ΜΕΝ ΤΡΙΑΚΑΤΙΑΙ ΤΡΙΣ
ΣΧΟΙΝΟΙ ΗΜΙΣΧΟΙΝΟΝ ΣΚΙΡΩ ΔΕ ΚΑΙ ΑΡΡΗΚΤΩ ΚΑΙ ΔΡΤΜΩ
ΤΕΤΡΑΚΟΣΙΑΙ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΠΕΝΤΕ ΣΧΟΙΝΟΙ· ΕΜΜΕΝ ΤΑ ΠΡΑΤΑ
ΜΕΡΕΙΑ ΤΑ ΠΑΡ ΤΑ ΗΡΩΙΔΕΙΑ ΕΡΡΗΓΕΙΑΣ ΜΕΝ ΕΒΔΕΜΗΚΟΝΤΑ
ΕΞ ΣΧΟΙΝΟΙ. ΣΚΙΡΩ ΔΕ ΚΑΙ ΑΡΡΗΚΤΩ ΚΑΙ ΔΡΤΜΩ ΕΚΑΤΟΝ
ΟΓΔΟΗΚΟΝΤΑ ΠΕΝΤΕ ΣΧΟΙΝΟΙ· ΕΝ ΔΕ ΤΑ ΤΕΤΑΡΤΑ ΤΑ ΜΕΡΕΙΑ
ΠΑΡ ΤΑ ΦΙΝΤΙΑ ΕΡΡΗΓΕΙΑΣ ΜΕΝ ΔΙΑΚΑΤΙΑΙ ΕΙΚΑΤΙ ΕΠΤΑ
ΣΧΟΙΝΟΙ ΗΜΙΣΧΟΙΝΟΝ ΣΚΙΡΩ ΔΕ ΚΑΙ ΑΡΡΗΚΤΩ ΚΑΙ ΔΡΤΜΩ
ΔΙΑΚΑΤΙΑΙ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ΣΧΟΙΝΟΙ· ΚΕΦΑΛΑ ΠΑΣΑΣ ΓΑΣ ΑΣ
ΚΑΤΕΣΩΣΑΜΕΣ ΤΩ ΔΙΟΝΤΣΩ ΕΚΤΑΚΑΤΙΑΙ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΟΚΤΩ
ΣΧΟΙΝΟΙ ΗΜΙΣΧΟΙΝΟΝ. ΤΑΤΤΑΝ ΤΑΝ ΓΑΝ ΚΑΤΕΣΩΣΑΜΕΣ......
.... ΤΟΙΣ ΤΑΝ ΙΑΡΑΝ ΓΑΝ...... ΚΑΤΑΒΙΩ.......

Ideſt:

Quum eſſet Ephorus Ariſtarchus Heraclidis filius;
Menſe Apellæo, Civitas ac Terminatores
Ge. Tripus. Philonymus Zopyriſci filius.
Pe. Carycion. Apollonius Heracleti filius.
Ae. Clypei. Dazimus Pyrrhi filius.
Cn. Tridens. Philotas Iſtiei filius.
Me. Epiſtylion. Heraclides Zopiri filius;

Libero Patri.

Scripſerunt Terminatores electi ad agros
ſacratos Liberi, Philonymus Zopyriſci filius,
Apollonius Heracleti filius, Dazimus Pyrrhi filius, Philotas Iſtiei fi-
lius, Heraclides Zopyri filius, ſecundum quod voluerunt, judicave-
runt, menſi fuerunt, & diviſerunt, ſedentibus Heracleenſibus
in conſilio convocato. Dimenſi concorditer fuimus, incipientes ab
Antomoto excurrente ſuper Pandoſia & dividente
ſacros agros, & propriam terram uſque ad Antomotum
finem agrorum Liberi, & viam Koneæ
in Amoche. Partiti ſumus in quatuor partes.
Primam partem ab Antomoto uſque ad Sepulcrula
pedum XXX. latitudinis, per
ſacros agros excurrentem: longitudo ſuperior a fontibus
uſque ad fluvium Acirim. Per menſuram habentur
in hac parte ſchœni CCI. terræ cultæ, & ſchœni DCXLVI.
& ſemis terræ incultæ & nemoris.
Secundam partem latitudinis
pedum XXX. in Antomotum primum;
longitudo verò a fontibus uſque ad flumen. Et
menſurati fuerunt in hac parte
CCLXXIII. ſchœnis terræ cultæ,
& D. terræ incultæ & ſylvæ.
Tertiam autem partem latitudinis ab Antomoto primo
per XXX. pedes currentem in Antomotum
ſecundum a Trigintapede. Longitudo a fontibus
uſque in fluvium. Et menſurati fuerunt in iſta
parte ſchœni CCCXII. & ſemis
terræ cultæ; terræ verò incultæ & nemoris
ſchœni DXXXVII. & ſemis. Quartam partem
longitudinis ab Antomoto ſecundo a Trigintapede
uſque ad Antomotum terminantem terram ſacram & propriam;
latitudinis a fontibus uſque ad fluvium. Atque
in iſta parte menſurati ſunt
ſchœni terræ cultæ CCCVIII. & ſemis: terræ autem incultæ
& nemoris ſchœni DXLI. & ſe-
mis. Summâ totius terræ cultæ dat ſchœnos MDCCCCV.
terræ verò incultæ & nemoris ſchœnos
MMCCXXV. Inſulam prope efformatam
dimenſi ſumus uti terram incultam. Ex has
autem terra culta perierunt ſchœni CCCIII.
& ſemis; & ex terra inculta & nemore
ſchœni CDXXXV. In prima
parte apud Sepulcrula terræ cultæ ſchœni LVI.
terræ verò incultæ & ſylvæ CLXXXV.
In quarta parte
prope Phintias terræ cultæ ſchœni CCXXVII.
& ſemis, terræ verò incultæ & nemoris
ſchœni CCL. Summa totius terræ, quam
Libero adſignavimus, dat ſchœnos DCCXXXVIII.
& ſemis. Atque hanc terram adſignavimus .....
... ſacram terram ....

Plinius Lib. 3. Cap. 9. in tertia Regione Italiæ inter fluvios *Sirin & Acirin* collocat *Heracleam* Urbem. Hæc in ſinu Tarentino ad mare ſita fuit, ipſorumque *Tarentinorum Colonia* appellatur a Cicerone pro Archia. Ibi termini poſiti fuerunt inter agros ad Liberi Templum ſpectantes, & Reipublicæ, ut puto. Finitorum, ſeu Terminatorum nomina heic habes. Retinui *Schœnos*, menſuræ genus, incertus, quid per eam vocem ſignificaretur olim.

1

Romæ,
olim in Villa Montaltina.
E schedis meis.

L. CEIONIO COMMODO
D. NOVIO PRISCO
III. NON. IAN
MAGISTERIO. C. MATIDI PATRVINI PROMAGISTRO L. VERATIO QVADRATO COL
LEGI FRATRVM ARVALIVM NOMINE VOTA NVNCVPAVERVNT PRO SALVTE
IMP. VESPASIANI CAESARIS AVG. TRIB. POT. COS. VIII. ET T. CAESARIS AVG. F
VESPASIANI COS. VI. VICTIMIS IMMOLATIS IN CAPITOLIO QVAE SVPERIORIS
ANNI MAGISTER VOVERAT PERSOLVIT ET IN PROXIMVM ANNVM
NVNCVPAVIT PRAEEVNTE L. VERATIO QVADRATO IN EA VERBA QVAE SSS
IOVI OPTIMO MAXIMO BOVEM MAREM IVNONI REGINAE VACCAM MINERVAE
VACCAM SALVTI VACCAM
ITEM PRO IMP. VESPASIANO CAESARE AVG. EISDEM VERBIS Q. SS. IOVI OPT
MAXIM. BOVEM MAREM IVNONI REGINAE VACCAM MINERVAE VACCAM SALVTI VACC.
IN COLLEGIO ADFVERVNT L. VERATIVS QVADRATVS. C. PADIVS MEFLIANVS
Q. TELLIVS SASSIVS L. MAECIVS POSTVMVS L. IVLIVS QVADRATVS C. VIPSTANVS
APRONIANVS ISDEM COS. VI ID. IAN. IN AEDE CONCORDIAE ADSTAN
TIBVS FRATRIBVS ARVALIBVS MAG. C. MATIDI PATRVINI PROMAG. L. VERAT.
QVADRATO COLLEGI FRATRVM ARVALIVM SACRVM INDICTVM DEAE DIAE
PRAEEVNTE L. MAECIO POSTVMO IN DIEM VI. IVN. DOM
IIII. K. IVN. IN LVCO ET DOMI IN COLLEGIO ADFVERVNT
L. VERATIVS QVADRATVS C. VIPSTANVS APRONIANVS L. MAECIVS POSTVMVS
C. IVNIVS PADIVS MEFLIANVS A. IVLIVS QVADRATVS. ISDEM COS. K. MART.
IN AEDE CONCORDIAE ADSTANTIBVS FRATRIBVS ARVALIBVS EX TABELLA IMP.
CAESARIS VESPASIANI AVG. MISSA C. SALVIVM LIBERALEM NONIVM BASSVM
IN LOCVM C. MATIDI PATRVINI DEMORTVI COOPTAMVS IN COLLEGIO AD
FVERVNT L. VERATIVS QVADRATVS. C. VIPSTANVS APRONIANVS. L MAECIVS
POSTVMVS C. SALVIVS LIBERALIS NONIVS BASSVS ISDEM COS. MAG. C. SALONI
MATIDI PATRVINI IN CVIVS LOCVM SVCCESSIT OBIIT MAGISTERIVM EODEM
ANNO ISDEM COS. K. MART. P. SALLVSTIVS BLAESVS ISDEM COS. V. ID. MART
IN AEDE CONCORDIAE MAG. P. SALLVSTIVS BLAESVS COOPTATVS IN LOCVM
C. MATIDI PATRVINI COLLEGIO FRATRVM ARVALIVM CONVOCAVIT FLAM.
L. VERATIVM QVADRATVM
IN COLLEGIO ADFVERVNT P. SALLVSTIVS BLAESVS L. VERATIVS QVADRATVS
L. MAECIVS POSTVMVS C. IVNIVS METLIANVS A IVLIVS QVADRATVS
NONIVS BASSVS

Fragmentum hoc dederat Sponius in Miscellaneis Section. I. Artic. 2. Et quidem testatus, non sine magno labore se descripsisse. Ejus diligentiam longe antea præcesserat Auctor schedarum mearum, qui multo plura inde collegit, uti exemplum meum conferenti cum Sponiano patebit. Spectat hoc fragmentum ad Annum Christi 78.

I

Romæ,
in domo Caroli Aſtalli,
fragmenta Faſtorum Fratrum Arvalium.
E ſchedis meis.

CN. F. LENTVLVS. AVGVR. MAG. IN. LOCVM
FRATRES. ARVALES. RETTVLIT. ARBOREM
EM. DIAE. VETVSTATE. CECIDISSE. Q. D. E. R. F. P. D. E. R. I. C.
R. VETVSTATE. IN. LVCO. DEAE. DIAE. CECIDISSET. VT
O. AD. SACRIFICIVM. CONSVMERETVR. NEVE. QVID
EXPORTARETVR
T. L. DOMITIVS. CN. F. AHENOBARBVS. L. CALPVRNIVS
ONTIFEX. PAVLLVS. FABIVS. Q. F. MAXIMVS
DEM. COS. PRIDIE. EIDVS. MAIAS. IN. REGIA
CN. LENTVLVS. AVGVR. MAG. IN. LOCVM. L.
PAVLLI. DRVSVM. CAESAREM. TI. F. AVGVSTI. N.
ARVALEM. COOPTAVIT. ET. AD. SACRA. VOCAVIT
CN. POMPEIVS. Q. F. L. DOMITIVS. AHENOBARBVS
PISO. PONTIF. F. QVINCTIVS. CRISPINVS
PER TABELLAS. COOPTARVNT
AVGVSTVS. TI. CAESAR. AVGVSTI. F. GERMANICVS
PAVLLVS. FABIVS. MAXIMVS
EIDVS. XVIII. K. IANVARIAS. IN. REGIA
VS. CN. F. LENTVLVS. AVGVR. MAG. IN. LOCVM. CN.
POMPEIVM. AVGVREM. ET. IN. LOCVM. IMP.
AVGVSTI - - - - - - - - FRATRES. ARVALES
AD. SACRA. VOCAVIT
CAESAR. TI. F. L. PISO. PONTIFEX. T. QVINCTIVS
M. CORNVTVS. PER. TABELLAS. COOPTAVIT
AVGVSTVS

LIVM. AD
FELICEM
QVI. VALET
ESSE. NON
IN EIVS. LO
NVS. SV
ADFVERVNT
VALERIAN
CAESAR
ANI
MESSALI

MAM. AEM.
CN. TREM.
III. K. IVNII.
QVOD. T. QVI.
VALERIA.
ARVALIVM.
TVLIT. IN.
DEMORTVI
IBVS. AD. SA.
CRAECIN
FVERVNT.
VALER.

Portionem Faſtorum ſacrorum, quos identidem Fratres Arvales conſcribendos curabant, jam dedit Gruterus pag. 117. & ſequenti: aliam verò evulgavit Fabrettus pag. 442. Ego quoque ſupra in Claſſem Conſular. Inſcriptionum aliquot egregia eorum fragmenta intuli. Optandum foret, ut plura haberemus, quum inde multum lucis effluere poſſet in veterum Sæculorum eruditionem. Fragmentum, quod nunc profero, omnium hactenus editorum vetuſtiſſimum eſt: quippe ſcriptum imperante *Tiberio Auguſto*, cujus filius *Druſus* dicitur heic cooptatus in Collegium Fratrum Arvalium; tanta erat dignitas atque exiſtimatio ejuſdem Collegii; quod etiam oſtendi ſupra ex aliis lapidibus Claſs. III. & IV. productis. Alia quoque eorumdem Faſtorum fragmenta, a Gorio V. Cl. inter Donianas Inſcriptiones publici juris facta, ſubjicere Lectorum oculis juvat, quæ cum iis, quæ protulit Gruterus pag. 116. & 117. conferenda erunt. Attamen Donianis, Gorianiſque hujuſmodi fragmentis unum mihi modò præmittendum eſt, pervetuſtum ſane, ſummâque diligentiâ ab Anonymo deſcriptum in ſchedis meis.

1 *Romae, in aedibus Coritianis. Ex Donio.*

ADFVIT. M. AENNIVS. VINICIANVS
IN. CAPITOLIO
PROMAGISTRO. MAGISTERII
FRATERCVLI. CONLEGI. FRATRVM. ARVA
LIVM. OB. NATALEM. GERMANICI. L
IOVI. BOVEM. MAREM. IVNONI. VACCAM. TAVR
IMMOLAVIT. M
M. ENNIVS. VINICIANVS. M. SILANV. C. CAECINA. M
LARGVS TAVR. STATILIVS. CORVINVS
K. IVNIS
ADFVIT. PROMAGISTRO. MAGISTERII
FRATERCVLI CONLEGI. FRATRVM AR
VALIVM. NOMINE. AD. DEAM. DIAM. VACCAM
IMMOLAVIT ADFVERVNT
IMP. CAES. AVG. GERMANICVS
C. CAECINA. LARGVS. TAVRVS. STATILIVS
CORVINVS. M. ENNIVS. VINICIANVS. C.
CALPVRNIVS PISO. M. SILANVS
N. IVN. IN. CAPITOLIO
ADFVIT. PRO. MAGISTRO. MAGISTERII
FRATERCVLI. CONLEGI. FRATRVM
ARVAL. NOMINE. OB. NATALEM
GERMANIC. AVG. IOVI. BOVEM. MAREM
IVNONI. VACCAM. MINERVAE. VACCAM
ADFVERVNT. C. CAECINA. LARGVS. M. SILANVS
M. ENNIVS. VINICIANVS. C. CALPVRNIVS. PISO

2 *Ibidem. Ex Eodem.*

CN. LENTVLO. GAETVLICO. T. CVRTILIO. MAG. F. A
III. IDVS. DECEMBR. IN. SACRA. VIA
P. MEMMIVS. REGVLVS. PRO. MAGISTRO. FRATRVM. ARVALIVM
NERONIS. CLAVDI. CAES. AVG. GERMANICI. PRINCIPIS
DOMVM. DOMITIANAM. OB. MEMORIAM. DOMITI. PATRIS
XVIII. K. IANVAR. IN. CAPITOLIO
P. MEMMIVS. REGVLVS. PROMAGISTRO. FRATRVM. ARVALIVM
NERONIS. CLAVDI. CAESARIS. AVG. GERMANICI. PRINCIPIS
IMMOLAVIT. IOVI. O. M. BOVEM. MAREM. IVNONI. VACCAM
IN. COLLEGIO. FRATRVM. ARVALIVM
P. MEMMIVS. REGVLVS. PROMAGISTRO. FRATRVM. ARVALIVM
FAVSTVS. CORNELIVS
CN. LENTVLO. GAETVLICO. T. CVRTILIO. M. F. A

1 *Romæ.*
Ex eodem Donio.

PERSICVS. IOVI. BOVEM
MAREM. ADFVIT. M. I... S
IX. K. OCT
NATALE. DIVI. AVG. IN CAPITO
LIO. IMMOLAVIT. L. VITELLIVS
MAGISTER. PRO. COLLEGIO
FRATRVM. ARVALIVM. IOVI
BOVEM. MAREM. AD. ARAM
GENTIS. IVLIAE. VACCAM
ADFVERVNT. C. CAECINA. LARGVS
SILANVS. STATILIVS
VIII. K. OCT
IN. PALATIO. L. VITELLIVS. MAGISTER
PRO. COLLEGIO. FRATRVM. ARVA
LIVM. IMMOLAVIT. DIVO. AVG.
BOVEM. MAREM. ET. DIVAE. AVG.
VACCAM

2 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Exscribendum curavit Franciscus Blanchinius V. Cl.

CAESARIS DIVI
I. O. M. BOVEM

CN. DOMITIVS
ERISCO COS
FRA. ARV. II. KAL. IAN.
COLL.

E. S
IVN. DO
O. ADFVERVN
ECIVS TAVRVS
COS. IIII. IDVS
IO. SER. GALBAE IMI
NO COLEG. FR
OPTIONE

OALI
AGISTE
ARIS AVG
COLLEGI NOMIN
NT. L. CANINIVS
FABIVS PERSICVS
IN CAPITOLIO

DIVI AVGVSTI I. O. M. B
ADFVERVNT PAVLLVS FA
GALLVS TAVRVS STATILIVS
XVI. K. DEC. IN
IDEM PRO MAGISTRO EX DEC
TI CAESARIS DIVI AVGVSTI
TRIBVNIC. POTESTATE XXXV
IMMOLAVIT
ADFVERVNT PAVLLVS FAB
LLVS TAVRVS STATILIVS
INIO. Q. PLAVTIO
GALLO MAGISTRO FRATR
IANVARIAS IN CAPITOLI
MAGIS. FRATRVM. ARVAL
CAESARIS AVG. PONTIFI
MOLATIS QVAS SVPERIO
PROXIMVM ANNVM PRA
I. O. M. SI
MAXIMVS TRIB. POTES. X
R. QVIRITVM ERVNT
LIS SI QVA SVNT FRV
MQVE IN EODEM

3 *Athenis,*
in Palatio Hadriani Augusti.
E schedis Cyriaci.
Misit N. V. Abbas Pompejus Compagnonius,
apud Eminentiss. Cardinal. Barberinum
audiendis Caussis Præfectus.

ΚΑΝΟΝΕΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΑΥΤΟΚ
ΟΙ ΤΟ ΕΛΑΙΟΝ ΓΕΟΡΓΟΥΝΤΕΣ
ΤΟ ΤΡΙΤΟΝ ΚΑΤΑΦΕΡΕΤΟ

Idest:

Canones Hadriani Imperatoris.

Qui Olei Culturæ Dant Operam,

Tertium Adferant . . . .

. . . .

4 *Romæ,*
in Museo Albano.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

EXTRA HOC LIMEN ALIQVID DE SACRO
SILVANI EFFERRE FAS NON EST

1 *In Oppido Sancti Nicandri*
octo passuum millibus ab Urbe Aquila,
in ædibus Baronalibus;
deducta ex ruinis Furfonæ.
Misit Antonius Antinorius Aquilanus V. doctiss.

L. AIENVS. L. F. Q. BAEBATIVS. SEX. F. AEDEM DEDICARVN
IOVIS. LIBERI. FVRFONE. A. D. III. IDVS. QVINCTILEIS. L. PISONE. A. GABINIO. COS. MENSE. FLVSARE
COMVLATEIS. OLLEIS. LEGIBVS. ILLEIS. REGIONIBVS. VTEI. EXTREMAE. VNDAE. QVAE. LAPIDE
FACTA. HOIVSQVE. AEDIS. ERGO. VTEI. QVE. AD. EAM. AEDE. SCALASQVE. LAPIDES. TAVCTVENDO
COLVMNAE. STANT. CITRA. SCALAS. AD. AEDEM. VERSVS. STIPITESQVE. AEDIS. HVMVS. TABVLA
MENTA. QVE. VTEI. TANGERE. SARCIRE. TEGERE. DEVEHERE. DEFIGERE. MANDARE. FERRO OETI
PROMOVERE. REFERRE. FAS. QVE ESTO. SEI. QVOD. AD. EAM. AEDEM. DONVM. DATVM. DONATVM. DEDICATVM
QVE. ERIT. VTEI. LICEAT. OETI. VENVM. DARE. VBEI. VENVM. DATVM. ERIT. ID. PROFANVM. ESTO. VENDITIO
LOCATIO. AEDILIS. ESTO. QVEM. QVOM. QVE. VEICVS. FVRFENS. FECERINT. QVOD. SE. SENTIVNT. EAM. REM
SINE. SCELERE. SINE. PIACVLO. ALIS. NE. POTESTO. QVAE. PEQVNIA. RECEPTA. ERIT. EA. PEQVNIA. EMERE
CONDVCERE. LOCARE. DARE. QVOD. ID. TEMPLVM. MELIVS. HONESTIVS. SEIT. LICETO. QVAE. PEQVNIA. AD. EAS
RES. DATA. ERIT. PROFANA. ESTO. QVOD. D. M. NON. ERIT. FACTVM. QVOD. EMPTVM. ERIT. AERE. AVT. ARGENTO
EA. PEQVNIA. QVAE. PEQVNIA. AD. ID. TEMPLVM. DATA. ERIT. QVOD. EMPTVM. ERIT. EIS. REBVS. EADEM
LEX. ESTO. QVASEI. SEI. DEDICATVM. SIT. SEI. QVI. HEIC. SACRVM. SVRVPVERIT. AEDILIS. MVLTATIO. ESTO
QVANTI. VOLET. IDQVE. VEICVS. FVRF. MI. PARS. FIFELTARES. SEI. APSOLVERE. VOLENT. SIVE. CONDEMNARE
LICETO. SEI. QVEI. AD. HVC. TEMPLVM. REM. DEIVINAM. FECERIT. IOVI. LIBERO. AVT. IOVIS. GENIO. PELLEIS
CORIA. FANEI. SVNTO.

ΛΕΙΣ Ο ΤΑΜΙΑΣ ΘΕΑΡΟΔΟΚΟΣ ΑΓΟΡΑΙ
ΣΟΣ ΠΡΑΞΙΑ ...

Hæc ita Latine reddidit Gorius.

. . . . . Et in pompam ire & agere bovem, ut conspicua sit; quare cognationem, amicitiamque debeat amplius promovere. Visum est Civitati respondere Legatis, quod Civitas Hermionensium instaurat cognationem & amicitiam, quæ Civitati erat, cum Civitate Asinæorum, & amplius provehet. Et quoniam admittit Civitas benigne Sacrificium, quod factura est Civitas Asinæorum, & Cereri Chthoniæ . . . . constituere, & . . . . accedentes simul Sacerdotes ad Sacrificium . . . . . Inferorum, ... atque etiam Legatos . . . . quod factum est pro dignitate utriusque Civitatis. Dare etiam Hospitalia dona Legatis . . . . . . maxima ex legibus. Scribas verò . . . . concedere Decretum istud in publicos Opifices . . . . columnam & describere Decretum, & dedicare in Templo Cereris Chthoniæ, ut sit monumentum utrarumque Civitatum sempiternum. Vocent verò Archontæ in publicum epulum Legatos quot & dies XXI. publicam hanc impensam largiatur ad hæc. Apelles Quæstor . . . . . Thearodocus . . . . faciat . . . . . .

Conterminæ fuerunt in Peloponneso, atque in Provincia Argeja, inter Argos & Epidaurum, Civitates maritimæ *Asine* & *Hermione*, a Strabone, Pausania, Ptolemæo, Polybio, & aliis memoratæ. Eodem Pausaniâ teste, in *Hermionensi* Civitate nobile Templum habebatur *Cereris Chthoniæ*, cujus sacra magnâ celebritate agebantur, estque in hoc lapide illius mentio. Homerus Lib. II. Iliad. vers. 560. ante omnes commendavit Ἑρμιόνην τ' Ἀσίνην τε βαθὺν, idest *Hermionem, Asinemque profundam*. Monumentum hoc inlustre amicitiæ inter eas Urbes restauratæ, feliciter evasit temporis injurias.

1 *Pisauri,*
in Foro,
tabula in plures partes confracta.
Ex Donio.

P. ALFIO P. F. CAM. SEMNIANO
EQVO PVBLICO
QVAESTORI II VIRO QVINQ
HVIC. PRIMO. OMNIVM. OB. EXIMIAS
LIBERALITATES. ET. ABVNDANTISSIMAS
IN. EXEMPLVM. LARGITIONES. BIG. POS
PLEBS. VRBANA. EX. AERE. CONLATO
DECVR. DECR

Hanc etiam dederat Gruterus pag. 447. num. 6. sed non una labe deformem. Castigatiorem postea exhibuit Fabrettus pag. 699. non omnibus tamen vitiis sublatis. Nunc suæ integritati redditam habes. Viris, qui potissimùm in editione Spectaculorum, ære suo procuratâ, Populum oblectarant, in præmium tantæ liberalitatis Populus ipse *Bigam* ex *Decreto Decurionum* constituere consuevit, hoc est ejus effigiem in *Bigâ* positam marmore insculpere. Sunt apud Gruterum alia hujus moris exempla, in Indice Historico videnda.

2 *Prope Antrum Insulæ Antipari.*
Ex Tournefortio misit N. V. Joseph Bimardus
Baro Montis Seleuci.

ΕΠΙ
ΚΡΙΤΩΝΟΣ
ΟΙΔΕΙΛΘΟΝ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ
ΣΟΧΑΡΜΟΣ
ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ
ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΣ
ΙΠΠΟΜΕΔΩΝ
ΑΡΙΣΤΕΑΣ
ΦΙΛΕΑΣ
ΓΟΡΓΟΣ
ΔΙΟΓΕΝΗΣ
ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ
ΟΝΕΣΙΜΟΣ

Ideſt:

Sub Prætore
Critone
Venerunt
Menander,
Socharmus,
Menecrates,
Antipater,
Hippomedon,
Aristeas,
Phileas,
Gorgus,
Diogenes,
Philocrates,
Onesimus.

Continet Inscriptio hæc, uti me doctissimus Bimardus monui eorum nomina, qui ad invisendum mirabile antrum Insulæ *Antipari* advenerunt. De præclaro hoc naturæ portento multa habet in suo Itinerario Tournefortius.

3 *Ex Tournefortio.*
P. Montfauconius.

Ο ΔΗΜΟΣ
ΔΗΜΟΚΛΗΝ
ΔΗΜΟΚΛΕΟΥΣ

Ο ΔΗΜΟΣ
ΔΗΜΟΚΛΗΝ
ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ

ΤΟΝ ΠΙΝΥΤΩΝ ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΚΑΙ ΕΞΟΧΟΝ ΕΝ ΠΟΛΙΗΤΑΙΣ
ΑΝΕΡΑ ΓΗΡΑΛΕΟΥ ΤΕΡΜΑΤ' ΕΧΟΝΤΑ ΒΙΟΥ
ΑΙΔΕΩ ΝΥΧΙΟΙΟ ΜΕΛΑΣ ΥΠΕΔΕΞΑΤΟ ΚΟΛΠΟΣ
ΕΥΣΕΒΕΩΝ Θ' ΟΣΙΗΝ ΕΥΝΑΣΕΝ ΕΣ ΚΛΙΣΙΗΝ
ΜΝΗΜΑ Δ' ΑΠΟΦΘΙΜΕΝΟΙΟ ΠΑΡΑ ΤΡΗΧΕΙΑΝ ΑΤΑΡΠΟΝ
ΤΟΥΤΟ ΠΑΙΣ ΚΕΔΝΗΙ ΤΕΥΞΕ ΣΥΝ ΕΥΝΕΤΙΔΙ
ΞΕΙΝΕ ΣΥ Δ' ΑΕΙΣΑΣ ΔΗΜΟΚΛΕΟΣ ΥΙΕΑ ΚΑΙΡΕΙΝ
ΔΗΜΟΚΛΕΟΥΣ ΤΥΧΟΙΣ ΑΒΛΑΒΕΣ ΙΧΝΟΣ ΕΧΩΝ

Ideſt:

Populus
Democlen
Democlis (filium)

Populus
Democlen
Amphilochi (filium)

(hoc monumento donat.)


Hunc Prudentem In Omnibus, Eximiumque Inter Cives
Virum, Qui Ad Longevæ Vitæ Terminum Pervenerat,
Inferni Tenebrosi Niger Excepit Sinus,
Isque In Sancto Piorum Cubili Requiescit.
Sepulcrum Autem Defuncti In Aspera Via Positum
Hoc Filius Cum Honorabili Uxore Fuit Heic Tumulatus.
Hospes, Tu Qui Democlis Filio Accinens Dicis, Ut Valeat,
Democlis Innoxiam Viam Tenere Possis.

1 *Fragmentum Græcum.*
Romæ ap. Ficoronium.
Ibi recensentur tituli Tragœdiarum aliquot Euripidis,
de quibus accurate egit Fabricius in Bibliotheca Græca.

		Adnotatio.
ΑΛΚΕΣΤΙΣ	*Alcestes.*	Exstat.
ΑΡΧΕΛΑΟΣ	*Archelaus.*	Deperdita.
ΑΙΓΕΥΣ	*Ægeus.*	Deperdita.
ΑΙΟΛΟΣ	*Æolus.*	Deperdita.
ΑΛΟΠΗ	*Alope.*	Deperdita.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ	*Antigone.*	Deperdita.
ΑΛΚΜΑΙΩΝ	*Alcmæon.*	Deperdita.
ΑΝΔΡΟΜΕΔΑ	*Andromeda.*	Deperdita.
ΜΕΣΑΝΔΡΟΣ	*Mesander.*	Nemini memorata. Sed quum per Alphabetum hi tituli digesti sint, suspicioni locus est, latere heic posse vitium.
ΑΥΓΗ	*Auge.*	Deperdita.
ΑΝΔΡΟΜΑΧΗ	*Andromache.*	Exstat.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ	*Antigone.*	Deperdita.
ΑΥΤΟΛΥΚΟΣ	*Autolycus.*	Deperdita.
ΒΑΚΧΑΙ	*Bacchæ.*	Exstat.
ΒΕΛΛΕΡΟΦΟΝΤΗΣ	*Bellerophontes.*	Deperdita.
ΒΟΥΣΕΙΡΙΣ	*Busiris.*	Deperdita.
ΔΙΚΤΥΣ	*Dictys.*	Deperdita.
ΔΑΝΑΗ	*Danaë.*	Exstat ejus initium.
ΕΙΦΙΓΕΝΕΙΑ	*Iphigenia.*	Duplex exstat.
ΕΛΕΝΗ	*Helena.*	Exstat.
ΕΙΝΩ	*Ino.*	Deperdita.
ΕΚΑΒΗ	*Hecuba.*	Exstat.
ΕΡΕΧΘΕΥΣ	*Erectheus.*	Deperdita.
ΕΥΦΥΣΤΕΥΣ	*Euphysteus.*	Nemini memorata, nisi sit *Euristeus.*
ΕΠΕΟΣ	Corruptum nomen suspicor.	
ΗΡΑΚΛ.....	*Heraclidæ*, aut *Hercules furens*, quæ exstant.	
....		

Cetera desiderantur.

2 *Romæ ap. Cl. Ab. Ficoronium.*
Misit Joh. Jos. Ramaginius.



1 *Fragmentum Actorum antiquissimorum Senatus Romani.*
Ex Johanne Georgio Grævio V. Cl.

V. K. APRILES
FASCES. PENES. AEMILIVM
BENE. MANE. SACRIFICAVIT. AD. APOLLINIS
CVR. FECIT LAVREATVS
HORA. OCTAVA. SENATVS. COACTVS. IN. HOSTILIA
SC. FACTVM. VTI. PRAETORES. EX. SVIS
PERPETVIS. EDICTIS. IVS. DICERENT
Q. MINVTIVS. SCAPVLA. ACCVSATVS. DE. VI. A. P. LENTVLO
APVD. CN. BAEBIVM. PR. VRB.
DEFENSVS. A. C. SVLPICIO
SENTENTIIS. CONDEMNATVS. XV
AMPLIATVS. XXXII
IV. K. APRILES
FASCES. PENES. LICINIVM
FVLGVRAVIT. TONVIT. ET. QVERCVS. TACTA. IN
SVMMA. VELIA. PAVLLVM. A. MERIDIE
RIXA. AD. IANVM. INFIMVM. IN. CAVPONA. ET
CAVPO. AD. VRSVM. GALEATVM. GRAVITER. SAVCIATVS
C. TITINIVS AEDILIS. PL. MVLTAVIT. LANIOS
QVOD. CARNEM. VENDIDISSENT. POPVLO. NON. INSPECTAM
DE. PECVNIA. MVLTATICIA. CELLA. EXTRVCTA
AD. TELLVRIS. LAVERNAE
III. K. APRILEIS
FASCES. PENES. AEMILIVM
LAPIDIBVS. PLVIT. IN. VEIENTI
POSTVMIVS. TRIB. PL. VIATOREM. MISIT. AD. COS.
QVOD. IS. EO. DIE. SENATVM. NOLVISSET. COGERE
INTERCESSIONE. P. DECIMI. TRIB. PL. RES. EST. SVBLATA
Q. AVFIDIVS. MENSARIVS. TABERNAE. ARGENTARIAE. AD. SCVTVM
CIMBRICVM. CVM. MAGNA. VI. AERIS. ALIENI. CESSIT
FORO. RETRACTVS
EX. ITINERE. CAVSSAM. DIXIT. APVD. P. PONTEIVM
BALBVM. PRAET.
ET. CVM. LIQVIDVM. FACTVM. ESSET. EVM. NVLLA. FECISSE
DETRIMENTA. IVS. EST. IN. SOLIDVM. AES. TOTVM
PRID. K. APRILEIS
FASCES. PENES. LICINIVM
LATINAE. CELEBRATAE ET. SACRIFICATVM. IN. MONTE
ALBANO. ET. DATA. VISCERATIO
INCENDIVM. IN. CAELIOLO. INSVLAE. DVAE. ABSVMPTAE
SOLO. TENVS. ED. AEDES. QVINQVE. AMBVSTAE. QVATVOR
DEMIPHON. ARCHIPIRATA. CAPTVS. A. CN. LICINIO
NERVA. LEGATO. IN. CRVCEM. ACTVS
VEXILLVM. RVBEVM. IN. ARCE. POSITVM
SACRAMENTO. NOVO. ADLEGERVNT. IVVENTVTEM
IN. CAMPO. MARTIO
KAL. APRIL.
L. AEMILIO PAVLLO. II. C. LICINIO. CRASSO. COS.
PAVLLVS. COS. ET. CN. OCTAVIVS. PRAET. PALVDATI
EGRESSI. SVNT
VRBE. IN. PROVINCIAM. MACEDONIAM. PROFECTI
INGENTI. ATQVE
INVSITATA. FREQVENTIA. PROSEQVENTE
- - - - - - - - - - - - - - - - - TOTA. SACRA. VIA
EX. AEDIBVS - - - - - VSQVE. AD. CARINAS. ET. SACELLVM. STRENIAE
MAGNA. CONSTERNATIONE. VICINORVM
FVNVS. MARCIAE. SEX. F. CVM. MAIORE. POMPA. IMAGINVM
QVAM. FREQVENTIA. HOMINVM.
PONTIFEX. SEMPRONIVS. EDIXIT. MEGALESIA
IV. NON. APRIL
VER. SACRVM. VOTVM. DE. PONTIFIC. SENTENTIA. A. BOEBIO. PRAETORE
LAVTIA. LEGATIS. AETOLVM. DATA ↀ ↀ AERIS. GRAVIS. IN. SINGVLOS
DIMIDIVM. EIVS. COMITIBVS
M. AEBVTIVS. IN. PROVINCIAM. SVAM. SICILIAM. PROFECTVS. EST
EPVLVM. IN. FVNERE. MARCIAE. POPVLO. DATVM. A. FILIIS. EIVS
Q. ET. L. METELLIS. ET. LVDI. SCAENICI. FACTI
CLASSIS. CARTHAGINENSIS. OSTIAM. INGRESSA. CVM. TRIBVTO
III. NON. APRIL.
G. POPILIVS. LAENAS. C. DECIMVS. C. HOSTILIVS. LEGATI
MITTVNTVR. AD. REGES. SYRIAE. ET. AEGYPTI. AD. BELLVM
INTER. IPSOS. COMPONENDVM
LEGATI. BENE. MANE. CVM. TVRBA. CLIENTIVM. ET. PROPINQVORVM
SACRIFICARVNT. AD. CASTORIS. DIS. PENATIBVS. P. R.
TAVRO. FECERVNT. ET. PERLITARVNT
PONT. MAX. - - - - - - - IN. AEDE. VESTAE
L. L. V. V.

Classem istam claudat nobilissimum Fragmentum Actorum Senatus Romani, spectans ad Annum U C. 580. ante Æram Christi 168. quo Consules processere *L. Æmilius Paullus II.* & *C. Licinius Crassus*. Debemus hoc V. Cl. Johanni Georgio Grævio, qui primus in Notis ad Svetonium editis, Hagæ Comitis Anno 1691. evulgavit, acceptum a Johanne Laeck Britanno, & excerptum ex perantiquo Codice Comitis de Carbury. Præclara heic habes vestigia vetustissimæ Romanæ Eruditionis. In Ephemerides conjiciebantur quæcumque memoriâ digna singulis diebus contingebant, aut in Senatu peragebantur. Fasces Consulares alternis diebus apud unum ex Consulibus erant. Par est credere, tunc ei primum locum, & primam vocem datam fuisse. Reliqua erudito Lectori expendenda relinquo.

SPECTACULORUM, LUDORUM, ET ALIORUM POPULI OBLECTAMENTORUM.

CLASSIS IX.

Dignum plane foret argumentum *de Spectaculis* & *Ludis* antiquorum, quod singulari aliquo Libro, atque ex professo pertractaretur ab Erudito quopiam. Particulas habemus: nemo hactenus, quod sciam, totam materiem exhausit, cui vix spissus Tomus sufficeret. Atque heic potissimum luxuriata est vetus Græcia. Variæ Ludorum ac Certaminum species; magnificentia summa, incredibilis Populorum concursus, æmulatio inter Urbes non levis, expensæ supra modum. Romani Gladiatorum pugnis, & Circensibus potissimùm delectabantur. Sed ubi ad Spectacula Ferarum, ab Imperatoribus exhibita oratio descendit, tunc admirationi frena laxantur. Ego hunc in locum congeram, quæ mihi se se obtulere de ejusmodi argumento; multa quippe ad istam Eruditionis partem spectantia e priscis lapidibus deducuntur.

1 *Petræ, in Urna fictili. Ex Paulo Luca misit Cl. V. Joseph Bimardus, Montis Seleuci Baro.*

ΑΓΑΣΙΑΣ ΑΡΧΩΝ

ΤΩΝ ΑΘΗΝΗΘΕΝ ΑΘΛΩΝ

Idest:

Agasias Præfectus

Ludorum Athenis.

2 *Thermis in Sicilia. Ex Gualterio.*

DIIS MANIBVS. SAC
CALLISIO. IRAECI. TREB
FECIT. SPECES. EQVES.
CONS. BENEMERENTI

Erroribus affluens; neque sepulcralis tabula, sed Tessera mihi creditur, qua *Callisio* iste (siquidem sanum ad nos pervenit illud nomen) certiorem facit Populum, se *Spectaculum* edidisse, aut editurum esse. In ejusmodi Tesseris Dies, Mensis, & Annus exprimi consueverunt. Vestigia Consulatus habes in lineâ postremâ. Alias id genus Tesseras dedi inter Consulares.

3 *Romæ, in Cœmeterio Callisti, Tessera eburnea. Ex Boldetto.*

L. FLAVIO FICMATI
SALVIVS
CALPVRNI
SP. XIII. K. AVG.

Nullus dubito, quin Consules nobis exhibeantur in lineâ primâ, sed heic non licet agnoscere. Accuratiori examine tabella hæc indigeret, dum tamen literæ injuriam temporis effugerint. Anno U. C. 720. *Lucium Flavium* Consulem suffectum invenio. At illud FICMATI ad nullum e Collegis accedit. *Salvius* iste *Calpurnii* Servus fuit. Uti nunc Equos ad bravium destinatos viri nobiles alunt; ita olim Servos Gladiatores alebant.

4 *Beneventi, in muro Claustri Sancti Modesti. E schedis Ambrosianis.*

P. CERRINIVS

L. CRASSICIVS

II. VIR. I. D.

VIAM. STRAVER.

ET LACVS FECER.

PRO LVDIS

LACVS heic fortasse loca profunda, in quibus Feræ ad Ludos enutritæ stabulabantur.

1 *Flabini in Africa.*
Misit Cl. V. Antonius Maria Salvinius.

SACRVM
PAPIRIA. CILONIANVS
MIVS. HONORARIA. SVMMA
M. LVPAE. CVM. INSIGNIBVS
VIANIAE. POPVLO. DIEM. LVDO
LVM. EDIDIT. D. D.

3 Scherez *in oppido agri Hispalensis.*
E schedis meis.

L. FABIO. L. F. CORDO
IIII. VIRO
POPVLVS. M. C. OB. XX. PARIA
GLADIATORVM DATA PRO
SALVTE ET VICTORIA CAESARVM
LOCVS ET INSCRIPTIO. D. D
PER. TABELLAM DATA

Quodnam sit *Municipium* hoc C. eruditis Hispanis investigandum relinquo.

5 *Veronæ,*
in Museo publico.
Ex editis a Cl. V. Marchione Maffejo.

D M
GENERO
SORETIARI
O INVICTO
PVGNARVM
XXVII N ALE
XANDRIN QVI
PVGNAVIT VIR

Ediderat hanc antea, sed non adeo accurate ex archetypo, Gruterus pag. 383. num. 8. *Retiarii* e classe Gladiatorum fuere; qui Fuscinâ sive Tridente armati, *Rete* etiam deferebant, quod adversario injicere conabantur. Juvenalis Satyr. 2.

Vicit & hoc monstrum tunicati Fuscina Gracchi.

Idem Satyr. 8. de eodem Graccho loquens ait:

- - - - - - - - *movet ecce Tridentem,*
Postquam vibratâ pendentia Retia dextrâ
Nequicquam effudit - - - - - - - -

Præterea Isidorus Lib. 18. Origin. Cap. 54. *Rete* ab hisce Gladiatoribus adhibitum Jaculum appellavit, eo quod jaceretur in caput adversarii. Atque hinc habes, cur *Fuscina* ad latus Epigrammatis sculpta fuerit. De *Retiariis* erudite Lipsius Lib. 2. Cap. 8. Saturnal. *Generosum* hunc in Indicem Gruterianum minime intulit Scaliger, epithetum, ut puto, arbitratus. At proprium nomen est viri, qui *Natione Alexandrinus* fuit.

2 *Perusiæ,*
in Palatio Prætorio.
Misit doctiss. P. Philippus Camerinius,
Presbyter Oratorii Camertis.

D. ANTONINO PIO
C. EGNATIVS SEXTVS AEDILIS. II. VIR
HVIC. CVM. PLEBS. VRBANA. LVDOS. PVBL.
EDENTI. AD. STATVAM. SIBI. PONENDAM
PECVNIAM. OPTVLISSET. IS. HONORE
CONTENTVS. IMPENSAM. REMISIT
ET. IMPETRATA. VENIA. AB. ORDINE
PERVSINORVM. OPTIMO. MAXIMOQ. PRINCIPI
DE. PECVNIA. POSVIT. CVIVS
OB. DEDICATIONEM. DARI IVSSIT
AB. HEREDE. SVO. DECVRIONIBVS
SING. H-S. IIII. N. PLEBI. HS. II. N
L . D . D . D

Decreta fuit *Egnatio* huic *Sexto* statua ob Ludos publicos, ab eo editos. At is postposito honore proprio statuam Antonino Pio Augusto erigendam curavit.

4 *In Oppido Civitatis Laviniæ,*
apud Dominicum Faustum Frezza.
Ex P. Vulpio e Societate Jesu.

FLACCVS
C. L. L. SVMMACHVS
S. L. L. DOROTEVS
C. Q. L. VERNA
LVDOS. TRIDVOM. FECER

6 *Aquilejæ.*
E schedis Belloniis apud Apostolum Zeno V. Cl.

D M
PASSERI
RET
AELIA CONIVNX
BENEMERENTI

Si recte descripta Inscriptio a Bellonio fuit, fieri potest, ut & heic alterum *Retiarium* habeamus.

7 *Paulæ in Maritima.*
Misit Illustriss. Henricus Henriquez,
Gubernator Maritimæ & Campaniæ.

S MONTANVS IIII VIR. I. D. M. O
NLVM AMPHITHEATRVM SVA
EMQVE MVNERE GLADIATORIO
ET VENATIONE DEDICAVIT. L. D. D. D

1 *Florentiæ, apud Abbatem Andreinium, in Gemma, ubi Herculis imago. Ex Gorio.*

ΗΦΑΙΣΤΙΩΝ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ

ΑΓΟΝΟΘΕΤΗΣ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΩΝ

ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ideſt:

Hephæſtio Apollodori Filius

Agonotheta Thyatirenorum

Dicavit.

2 *Seriniani in Comitatu Vindaſcenſi. Miſit Baro de* Bimard *V. Cl.*

II. VIR LVDOS FE


ET OLEVM PRI

FLAM. ROM. ET A

HVIC DD STA

Ignoto huic viro *Flamini Romæ, & Auguſti, Decurionum Decreto* Statua poſita fuit, quod *Ludos* edidiſſet, *Oleumque* Athletis præbuiſſet, uti doctiſs. Bimardus opinatur, in Arauſionenſi Colonia.

3 *Lugduni, lapis effoſſus Anno Chriſti 1715. Ex Monum. Literat. PP. Trevoltienſium Societatis Jeſu.*



D ET. MEMORIAE M

AETERNAE. HYLATIS

DYMACHERO. SIVE

ASSIDARIO. P. VII. RV. I

ERMAIS. CONIVX

CONIVGI. KARISSIMO

P. C. ET S AS D.

Illuſtratam habes raram hanc inſcriptionem a doctiſſimo Viro L'Ainé, Lugdunenſis Monetæ Directore in Actis Patrum Trevoltienſium ad Majum Anni 1715. Quamquam *Dymacherus* ibi ſcriptum ſit, *Dimachærum* is recte ſignificari cenſet, hoc eſt Gladiatorem duobus enſibus in pugna utentem, quales agnovit Lipſius. *Aſſidarium* quoque pro *Eſſedario* heic poſitum erudite opinatur, ſcilicet qui ex *Eſſedo* ſive Curru pugnabat. Ejuſmodi Gladiatores Lipſius ex Artemidoro hauſit. Siglas in quartâ lineâ P. VII. RV. I. idem interpretatur *Pugnarum Septem*, *Rudiario Invicto*. Adnotare quippe mos fuit in iſtorum elogiis numerum Pugnarum. *Rudiarii* appellati Gladiatores emeriti, ac veterani, *Rude* ideſt Baculo, ſive Gladio ligneo donati, in libertatis, aut auctoritatis ſignum. Poſtremæ ſiglæ P. C. ET S. AS. D. ita explicandæ: *Ponendum Curavit & ſub Aſcia Dedicavit*. De celebriori hac formula erit mihi ſermo fuit ſupra in Tom. I. Claſs. VII.

4 *Brixiæ, ad Forum Piſcarium. Ex Vinacceſio.*

D . M

IANTINO

RETIARIO

QVI VIXIT ANNOS

XXIIII.

M. IIII. NATIO

TRIX. PVCHA

RVM. V. INGENVA

POSVIT CONIVGI

RARO CVM QVO

VIXIT AN. V. M. II.

De *Retiariis* vide ſupra. *Jantinus* iſte *Thrax*, ſeu *Threx*, (pro quo *Trix* in lapide ſcriptum opinor) natione exſtitit. Gladiatores *Threces* pluribus illuſtravit prælaudatus Lipſius. Hinc habes id eis nomen acceſſiſſe a Natione & Patria. *Pucharum* nomen feminæ, ut *Glycerium*, *Melanium* &c. Dicitur *V. Ingenua*, ideſt *Uxor*, aut *Vivens Ingenua*; quod animadverſione dignum eſt. Quum non liceret *Ingenuæ* mulieri ducere *Servum* in maritum: hinc conſequitur, *Jantinum* e Servorum grege eſſe expungendum. Quum tamen is fuerit Libertus, aut Libertini generis, propterea Mulier ſuperioris, quàm vir, dignitatis, quia *Ingenua*, id honoris causâ expreſſum voluit.

1 *Prope Tiburtinam Civitatem.*
E schedis Cyriaci, & Fratris Jucundi,
& e schedis N. V. Antonii Scotti Canonici Tarvisini, atque etiam ex Donianis.

L. ATILIO. C. F. TROMEN. ATILIANO. PRAEF. FABR.
PRAEF. COH. TR. MIL. PROC. AVG. PATRONO. COLON.
QVI. ROGATVS AB ORDINE PARITER ET POPVLO VT
GLADIATORII MVNERIS PVBLICI CVRAM
SVSCIPERET FECIT ET EXPLICITO QVOD
PROMISERAT IMPENDIVM BIGAE. QVAM
POPVLVS EX COLLATIONE LEGATIVI EPVLI
OFFEREBAT REMISIT EO ANNO QVO ET
OPTIMVS IMPERATOR HADRIANVS AVGVSTVS
ETIAM DVVMVIRATVS HONOREM SVSCE
PIT. L. STERTINIVS L. LIB. PARTHENOPAEVS
AMICO INCOMPARABILI
L . D . D . D

Vide hanc in Gruteriano Thesauro pag. 421. num. 1. mutilam, atque ab exemplo isto in nonnullis aliis diversam. Etiam apud eumdem Gruterum legitur EX COLLATIONE LEGATIVI AC DONATIVI EPVLI. *Legativum*, ut est in l. *Munerum civilium* ff. *de Munerib. & honor.* dicitur viaticum Legatorum. At de ea voce nonnulli dubitant. Heic fortasse designat Epulum Atiliano isti destinatum, quum Legatus occurreret Hadriano Augusto, de quo hæc habet Spartianus: *Per Latina Oppida Dictator, & Ædilis, & Duumvir fuit.* Hoc *Tibure* factum Inscriptio ista prodit. Donius eam ponit *Cajetæ*.

2 *Hispelli,*
in Sancti Stephani in Via Aquatini.
E schedis Ferdinandi Abbatis Passarini.

MANILIVS. M. F
EX. D. D. VIAE. SVBSTRVCTIONEM
EX PECVN. LVD. FACIEND.
CVR. IDEMQ. PROB.

4 *Romæ.*
Ex Malvasia.

SARINO INFANTI GYMNICO DVLCISSIMO
QVI V. A. IIII. M. III. D. III. PARENTES

In Gymnastica Arte *Sarinus* iste puellulus educabatur. Vereor tamen, ne pro Annis IIII legendum sit Annis VIII. aut XIIII.

3 *Velitris,*
apud Gregnos.
Ex P. Vulpio Societ. Jesu, V. Cl.

M. OTASIVS
FIRMVS MARVS
CORNELIVS MARI F.
CIV. COSSINVS
TRIBVNVS MILITVM
LEG. XIIII. GEMINAI CIR
CVRATOR LVSVS IVVEN
II VIR PATRONVS COLON
FORTVNIS ANTIATIBVS
D D

Pro GEMINAI CIR. legendum censeo GER. idest *Geminæ Germanicæ*. Marus iste *Civis Cossinus*, scilicet in oppido Etruriæ *Cosâ*, Romanorum olim Coloniâ, natus. *Velitras* quoque, ubi lapis existit, Coloniam Romanorum fuisse, notum est. Si illuc non aliunde exportatum fuit hocce Marmor, fuerit *Marus* ejusdem Veliternæ Coloniæ Patronus. De *Fortunis Antiatibus* videndi Clariss. Viri Philippus a Turre in Monum. Vet. Antii, & P. Vulpius in vet. Latio.

1 *Spoleti.*
E ſchedis Minervii.

SOSIDIO. A. L
PHILINO PATRONO
LICIOS FECIT
LVDOS VICTORIAE
TESTAMENTO
ET RATVM EST

Quinam fuerint *Ludi Victoriæ* heic memorati, non ſatis liquet. Matius in Epiſtola ad Ciceronem hæc ſcribit: *At Ludos, quos Cæſaris Victoriæ Cæſar adoleſcens fecit . curavi. At id ad privatum officium, non ad ſtatum Reipublicæ pertinebat.* Suetonius quoque in Octavii Cæſaris Vitâ Cap. 10. teſtatur, eumdem Auguſtum *Ludos Victoriæ Cæſaris non audentibus facere, quibus obtigerat id munus, ediſſe.* Poſt devictum in Hiſpaniâ Pompejum teſtis eſt Dio Lib. 43. inſtitutum fuiſſe, ut Palilibus Ludi in Circo fierent; & ſacra celebrarentur, non quod is dies natalis Urbis eſſet, ſed quod pridie ejus diei ſub veſperam nuntius Victoriam Cæſaris Romam attulerat. Quum verò Dio ipſe alibi doceat, varios Ludos in memoriam Victoriarum fuiſſe celebratos, ignotum adhuc ſupereſt, de quibus heic agatur, ubi eorum dignoſcendorum ſpem edacitas ac injuria temporis in prærupto hoc marmore nobis eripuit.

2 *Capuæ,*
ex ruderibus Amphitheatri.
Ex Cl. V. Alexio Mazochio.

L. VETTIVS TRIBVNVS
AID. Q. ITERAVIT
MVNVS. GLADIATO
IDEM. POPVLO
MODIOS BINOS. DED.

Cenſet doctiſſimus Canonicus Mazochius, legendum eſſe in ſecundâ lineâ ITERAVIT. Ego mancam Inſcriptionem ſuſpicor, legeremque lubentius AEDILIS QVINQVENNALIS SECVNDVM, COERAVIT MVNVS &c.

3 *Ex Arcu Tripolitano exſcripta Menſe Julio Anni Chriſti 1731.*
E ſchedis D. de la Condamine *hauſit Bimardus V. Cl.*

IMP. CAES. M. AVRELIO. ANTONINO. AVG. PP. ET. IMP. CAES. L. AVRELIO VERO. ARMENIACO. AVG.
SEX. CORNELIVS. ORFITVS. PROCOS. CVM VITEDIO MARCELLO LEG. SVO. DEDICAVIT
C. CALPVRNIVS. CELSVS. CVRATOR. MVNERIS. PVB. MVNERARIVS. II. VIR QQ. FLAMEN PERPETVVS
ARCVM. PECVNIA. SVA. CONSTRVEND. CVR. ET. MARMORE. SOLIDO. FECIT

Ediderat Sponius pag. 26. Eam quoque vidit in ſchedis D. de la Condamine Clariſs. Marchio Maffejus, ediditque *Gall. Sel. Antiqu.* pag. 170. ſed fugientium literarum ductus ab exſcriptore adnotatos neglexit, neque cum editione Sponii contulit. In poſtremâ lineâ puto Sponium ex conjecturâ reſtituiſſe SVA CONSTRVEND. CVR. ET. quæ verba in marmore alia fuiſſe videntur, quum fugientes literæ habeant ICA..., TIVNIA.... P. EI

4 *Albacinæ,*
in agro Fabrianenſi.
Ex Donio.

L. TIT
FELICI
ORNAME
MVNICIP. T
ET. SEPTEM. PP.
COLLEGIVM. FABR. M
TVTICANI. MERTIL
EDITIONEM MVNERIS GLA
DIATORII. QVOD. PRO
IMP ANTON
AVG. EX. PECVNIA. SVA. EDID
ET. MOX. HONESTA. EPVLATIONE
VNIVERSOS SIT PROSECVTVS
CVIVS. DEDICAT. DECVRION.
SING. H-S. VIII. N̄. ET. CETERIS
VTRIVSQVE. SEXVS. H-S. IIII. DEDIT
L. D. D. D

In Hirpinis non longe a Benevento oppidum olim fuit *Tuticum*, ſeu *Equus Tuticus*. Niſi Fabrianenſis ager ab eo loco nimium diſtaret, *Municipii Tuticani* mentionem heic fieri fuiſſem opinatus. Sed fortaſſis aliunde lapis Albacinam deportatus fuerit. Oppidum quoque Piceni *Septempeda* heic commemoratum in quinctâ lineâ videtur. *Ob editionem Muneris Gladiatorii* poſita fuit Statua *Lucio Titio* huic *Felici*.

1 *Prope Philippopolim.*
Ex Paulo Luca misit Bimardus.

C. VIBIVS. C. F. VOL. DAPHNVS
ORN. DEC. HON. AN. V. M. IX. H. S. E
C. VIBIVS. C. F. VOL. FLORVS. DEC
II. VIR. ET. MVNERARIVS. PHIL
IPPIS. FIL. CARISS. C.

Munerarius, ideſt qui munera, vel ſpectacula Gladiatoria edebat, aut ut apud Homerum Achilles, & apud Vergilium Æneas, muneri forte præſidebat. Sic Florus Lib. 3. Cap. 20. *Muneratorem*, hoc eſt Munerarium, vocat Muneris editorem, ſeu Ludi dominum. Vide infra Inſcriptionem *Papiriani Honeſtmi*, qui *Curator* fuit *Muneris publici*, hoc eſt Gladiatorii Spectaculi.

2 *Canuſii*,
juxta Portam in columella.
Ex Donio.

VORTVMNO. SACRVM
P. CVRTIVS. P. F. SABINVS
P. TITIVS. L. F. IIII. VIR
DE MVNERE. GLADIATORIO
EX . S . C .

Quatuorviros binos heic habes, *Gladiatorio Muneri* præfectos.

3 *Aquæſpartæ*,
apud Capuccinos.
E ſchedis meis.
Miſit etiam Franciſcus Maria Campelli Comes.

O. VIBI. F. CLV. PATRI
LIO. TI. F. CLV. FRATRI
IAE. MATRI
LIVS. TI. F. PVP. CLEMENS. SCR. XXVI
LIVS. A. POPVLO IIVIR. IVRE DICVNDO. CAR
SVLIS. EX. S. C. PRIMVS MVNVS
GLADIATORIVM MVNICIPIO

Carſulos, ſive *Carſulas* Straboni, Tacito, aliiſque memoratas, Urbem olim Umbriæ, nunc excisam, *Municipii* prærogativâ ornatam, ex hoc lapide ediſcimus. Atque hinc etiam, uti ex innumeris aliis veterum locis, intelligere potes, quantâ æmulatione certarent non tantùm Romani, ſed Urbes quælibet, ut ſpectacula Gladiatorum, ſanguinaria quamvis & crudelia, ederent. Hinc iis ſumma voluptas, ita ut arduum poſtea Chriſtianis Imperatoribus fuerit, deteſtandam, ſed inveteratam conſuetudinem eradicare, edictis non ſemel fruſtra promulgatis. Obtendebatur utilitas Reipublicæ, quod Populus ad arma & cædes ratione iſtâ educaretur. Trajanus quoque Gladiatoribus, quamquam omnium abjectiſſimâ gente, in bello Germanico utiliter eſt uſus.

4 *Præneſte, in horto Johannis Petri Aloiſii. E Suareſio.*

L. VRVINO L. L. PHILOMVSO
MAG. CONLIB. LIBERT.
PVBLICAE SEPVLTVRAE ET STATVAE
IN FORO LOCVS DATVS EST QVOD IN
TESTAMENTO SVO LAVATIONEM POPVLO
GRATIS PER TRIENNIVM GLADIATORVMQ.
PARIA. X. ET FORTVNAE PRIMIGENIAE CORONAM
AVREAM. P. I. DARI IDEMQVE LVDOS EX
HS. CCIƆƆ. IƆƆ. PER DIES V. FIERI IVSSIT
PHILIPPVS L. MONVMENTVM DE SVO FECIT

Peregrinum Officium habes heic in ſecundâ lineâ marmoris hujus, *Magiſtrum* nempe *Conlibertorum* fortaſſis & *Libertarum*. Mihi tamen ſuſpicio eſt, pro CONLIB. aliquam aliam vocem fuiſſe exaratam, puta CONTVB; ita ut *Urvinus* hic *Philomuſus* fuerit *Magiſter Contubernii Libertorum*, aut quid ſimile. LAVATIONEM in quintâ lineâ pro Balnei uſu Populo gratis dato heic ſumo. Hanc quoque Inſcriptionem inter Donianas protulit Gorius V. Cl. Is Philomuſum iſtum *Servilis conditionis hominem* appellat. *Libertinæ* animus ei fuit ſcribere.

1 *Mediolani,*
in ædibus Nobb. Archintorum;
E schedis meis.
Misit etiam doctiss. P. Petrus Gratiolus,
Clericus Regularis e Congregat. Sancti Pauli.



VRBICO. SECVTORI.
PRIMOPILO. NATION. FLO
RENTIN. QVI. PVGNAVIT. XIII.
VIXSIT. ANN. XXII. OLYMPIAS.
TERTIA. QVEM. RELIQVIT. MESTVM
ET FORTVNETIS. FILIAE
ET. LAVRICIA. VXSOR
MARITO. BENEMERENTI
CVM. QVO. VIXSIT. ANN. VII.
TE MONEO. VT. QVISQVEM
NORIT
AMATOR
V S

Pater Gratiolus legit in quartâ lineâ OLIMPIAS IIII. QVEM &c. Exesæ literæ, aut sphalmata marmorarii hasce tenebras creant. *Secutores* appellati Gladiatores illi, qui *Retiarium* insequebantur, si Isidoro fides, qui & illorum singularia arma describit. De his quoque consulendus Lipsius Lib. II. Saturnal. Prælaudatus P. Gratiolus legit quoque in secundâ linea PRIMO PALO. Mihi veri videtur similius legendum PRIMOPILO, scilicet translato nomine ex Militia in Scholam Gladiatoriam, aut scribendum *Secutori Primipili*. Quippe alibi occurrit *Secutor Tribuni*, *Secutor Cæsaris* &c. *Urbici* autem istius *Secutoris* effigies, quam ex Libro edito ejusdem P. Gratioli mutuatus sum, egregie prodit, quibus armis atque amictu uterentur in pugnâ *Secutores*.

5 *Ibidem.*
Misit idem Ponticellius.

VTO. SVO. DEDIT. EX. QVORVM
COLONIS. AVXIMATIBVS. DAR
PARIA. SENA. ALTERNIS. ANNIS. EMERE
K. IVNIAS. AVXIMI PVGNARENT
QVI. QVOT. ANNIS
EOQVE. CONSVMERENT

Paria sena sunt Gladiatorum: hoc enim nomine sæpe occurrunt apud veteres.

2 *Telesiæ in Samnio.*
Ex Matthæo Ægyptio V. Cl.

L. MVMMIVS. L. F. C. MANEIVS. OF
PR. DVO. VIR. PRO. LVDEIS TVRRIS DVAS
D. D. S. FACIVNDAS COERARVNT

3 *Kirvani in Africa.*
Misit Antonius Maria Salvinius.

PISSIMO. ROM. Q. PRINCIPI
S. C. MINISTRATIONE. PROCOS. PA
INSTITVTIS. NVNC. SOLIO. VNO. INFIMO
CONGESTIONI. ET PARIETI. IN
STVLINVS. GENEROSA. FAMILIA. PROGENITVS
PERFECIT. EXCOLVIT. LVDOS DEDIT DEDICAVIT

4 *Auximi.*
Ex Ligorio.
Misit etiam Fridericus Paullus Ponticellius.

LVDOS. FECIT. GLADIATORES. DEDIT
COENAM. SEXVIRALEM. PRIMVS DEDIT
LEGAVIT.COLONIS.AVXIMATIBVS.SINGVLIS
ET DECVRIONIBVS. SINGVLIS. H-S. XX
ET. LEGAVIT. COLONIS. COLONIAE. AVXIMAT
H-S. CCC.

6 *Pituli in Umbria.*
Ex Ligorio.

L. PAPIRIANO. HONESIMO
II. VIRO. AVGVST
CVRATORI. MVNERIS. PVBLICI
DECRETO. D P. P
L. VALERIVS. L. F. LEM. AMARIM
NVS. LIBERTVS. ET. C. CAECILIVS
PHOEBVS. LIBERTVS. CVR

Quum *Munus* audis in ejusmodi Inscriptionibus, & apud veteres, Spectaculum Gladiatorium intellige. Hinc *edere Munus*. Hinc *Munerarii*, & *Curatores Muneris publici*, quibus nempe Cura erat Spectaculorum & auctoritas. Pro II. VIRO AVGVSTALI fortasse legendum VI VIRO.

1 *In Urbe Teatinâ.*
Misit P. Johannes Antonius de Sancta Anna,
Clericus Regularis Scholarum Piarum.

C. PVBLICIO DONATO
EQVITI ROMANO
AEDILI IIII VIRO QVINQ.
ET CVRATORI MVNERIS
PVBLICI

2 *Romæ,*
in domo Petri Collutii.
E schedis Lollii Ferrariensis.

D. LVTATIVS. D. L. SEXTIO
CVRATOR. PRIM. ET. SE
CVND. CORONA. DECRE
TA. AB. AMICIS
CLAVDIA. Q. L. PRIMA

Aliquid heic desideratur. Nam cujusnam rei *Lutatius Sextio* iste *Curator* fuit? Supple *Ludi*, aut *Muneris*.

3 *Præneste.*
Ex Donio.

Q. VERRIO. Q. F. PAL
FLACCO
SEVIRO AVGVSTALI
CVRATORI MVNERIS
PVBLICI
DECRETO. STATVAM. ET. FAS.
ORDO. DECVRIONVM. ET. AVGVSTALIVM
ET. PLEPS. VNIVERSA. S. P. P. D. D

Vitiatam Inscriptionem hanc dederat Sponius pag 194. STATVA. ET. FAS. ideſt *Faſtigium* mihi creditur, uti etiam censuit doctissimus Gorius, qui & egregium locum ex Philippica II. Ciceronis adfert. *Et tu* (alloquitur ille M. Antonium) *in Cæsaris memoria diligens? Tu illum amas mortuum? Quem is honorem majorem consequutus erat, quàm ut haberet Pulvinar, Simulacrum, FASTIGIVM, Flaminem.* Et sane Suetonius in Cæsaris vitâ cap. 76. & ipse testatur, eumdem Augustum *ampliora etiam humano FASTIGIO* ædificia *decerni sibi passum fuisse*. Nihil autem aliud fuisse mihi creditur *Fastigium*, nisi Ædiculam, seu Tegumentum Ædiculæ vel Statuæ impositum, & quatuor Columnis suffultum. Et sane istiusmodi fere formâ fabrefacta videmus quoque in sacris Ædibus *Ciboria*, *Ciborii* quippe vocabulo ejusmodi *Fastigia* olim donabantur. Chrysostomus Homil. 42. in Acta Apostolor. ad verba illa *Faciebat delubra argentea Dianæ*, hæc habet: Πῶς ἐνὶ ναοὺς ἀργυροῦς γινέσθαι; ἴσως ΚΙΒΩΡΙΑ μικρά. *Quomodo possibile erat fieri delubra argentea? Fortassis Ædiculas & Coopercula, quæ Ciboria appellant.* Raynerius, Scriptor Sæculi a Christo nato Septimi, in Historia Translationis Sanctorum Eutychetis, & Acutii, in eam sententiam scribit: *Cujus claustri prominens pulchritudine decenti FASTIGIVM, Columnis ambitum* (ideſt circumdatum) *argenteum bajulat, quod vulgo CIBORIVM dicitur. Sub cujus Umbraculo Altare similiter statuitur.* In Vitis Anastasii sæpe *Fastigia* occurrunt, eâdem, ut arbitror, significatione.

4 *Præneste.*
Ex Ligorio,
Geminæ bases unius tenoris.

T. FLAVIO. T. F. GERMANO
CVRATORI. TRIVMPHI. FELICISSIMI
GERMANICI. SECVNDI. DONATO. DONIS
MILITARIB. TORQVIB. II. ET. ARMILL. II.
CORONA AVR. HAST. PVR. EXORNATO
SACERDOT. SPLENDIDISSIMO. PONTIF. MINORI
PROC. XX. HER. PROC. PATRIMONI. PROC. LVDI
MAGNI. PROC. LVDI. MATVTINI. PROC. REG. VRBI
I. D. FVNCTO. SIBI. OFFICIO. VIARVM
STERNENDARVM. VRBIS. PARTIBVS. DVABVS
PROC. XX. HER. VMBRIAE. TVSCIAE. PICENI
ET. REGIONIS. CAMPANIAE. PROC. AD. ALIMENTA
ITALIAE. BRVTT. CALABR. ET APVLIAE
CVRATIONVM. TECTORVM. OPERVM. PVBL.
ET. PRAEF. FABR. AED. II VIR. FLAM. DIVI. AVG.
CERD. LIB. PATRONO. INCOMPARABILI
II. VIR. QQ. PATRONO. COLONIAE
CVM. FLAVIS. MAXIMINO. ET. GERMANO
ET. RVFINO. FILIS. EQVO. PVBLI. ORNATIS

Hanc ipsam habes in Thesauro Gruteriano pag. 411. num. 1. sed non sine lacunis. Integram Ligorius dedit, sive quod longe ante Smetium lapidem videns, incolumem invenerit, sive quod ex altera basi (geminas enim similes ætate suâ exstitisse scribit) alteram suppleverit. *Flavius* iste *Germanus* fuit *Procurator Ludi Magni*, & *Ludi Matutini*. Gruteriana Inscriptio præfert in fine: L. VALERIVS ZABDAE MERCATORIS VENALICI LIB. ARIES. Hæc in Ligorianâ non leguntur, & fortasse rectius. Quum enim a *Cerdone Liberto* positum fuerit elogium: quei se interserit *Valerius* iste, alterius hominis Libertus? Immo nomen hoc superis invitis irrepsisse huc ex altera diversa Inscriptione pæne certum duco. Vide apud Gruterum pag. 637. num. 5. Inscriptionem, quæ ex hisce ipsis verbis exordium sumit: L. VALERIVS ZABDAE &c. Liceat ergo heic majorem Ligorio, quàm Smetio, aut Grutero fidem habere. Ceterum, ut Eruditi norunt, *Ludi Scholæ* fuerunt, ubi Gladiatores educabantur, artemque pugnandi ediscebant. Proinde habemus in lapidibus *Ludum Magnum*, *Ludum Gallicum*, *Mamertinum*, *Dacicum*, *Matutinum*, & alios. Censet Lipsius, *Bestiarios*, pugnaturos nempe cum feris, eruditos fuisse in *Matutino*. Reliquam Officiorum nobilium seriem, quibus vir iste functus fuit, exponere, nequaquam vacat.

1 *Salerni. Ex eodem Ligorio*

DEO ❦ MAGNO
LIBERO. PATRI
SACRVM
T. TETTIENVS. T. F
FELIX. SCRIBA. LIB.
AEDIL. CVR. VIATOR
AEDIL. PLEBIS. ACT.
COS. PATRON. COL. NOL
AN. PROC AVG. PATRIM
FLAMEN. DIVI. COMM.
ET. DIVI. ANTONINI
FELI ❦ XV. VIR. SAC
FAC. CVRAT. LVD. MA
GN. MAG. VIC. REGION
VIII. FOR. R. PRAEFEC
COH. V̄I. VIGIL. STAT
EX. AER. ARGEN. S. P. P

Qui de Ligorii fide tam facile dubitant, *Dei Magni* titulum Libero datum, suſpectum habebunt. At non ii, qui etiam *Deæ Magnæ Nortiæ*, aut *Sarapidis Dei Magni* mentionem audierunt, neque ii, quibus notum eſt Liberum Patrem *Pantheum* ab Auſonio appellari. Legitur apud Gruterum pag. 94. num. 11. altera Inſcriptio, ubi hic idem *T. Tettienus Felix* Ædem Pomonis exornat, neque tot Officia ac Dignitates ei tribuuntur; quod & ſuſpicioni fovendæ aptum videbitur. Quaſi hic poſt primum lapidem aliis, iiſque majoribus, honoribus exornari nequiverit. In Gruteriano marmore erat ille jam tum Auguſtalis. Hoc unum munus non vulgarem jam virum prodit, ac dignum, in quem majora conferrentur. Ceterum, quod noſtrum eſt, is fuit *Curator Ludi Magni*, & *Statuam ſuâ Pecuniâ poſuit*. Franciſcus Modius Brugenſis Lib. I. Cap. 18. de Ludis & Spectacul. Veter. in eam deſcendit ſententiam, Circenſes Ludos nimirum, qui & Jovis Ludi nuncupati fuerunt, *Magnorum* vocabulo fuiſſe donatos. Rurſus in ſubſequenti Inſcriptione *Ludi Magni* mentio occurrit.

2 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Miſit P. D. Petrus Paulus Ginanni.
Prior Benedictinus.

TROPHIMVS AVGVSTI. L
SECVNDA. AVDIS. FAMILIAE. GLADIATORIAE
CAESARIS. LVDI. MAGNI. SIBI. ET
PVLLIENAE. M. F. BASSILLAE. VXORI. CARISSIM. ET
C.VADIENO.L.F.SECVNDO.NVTRICIO.SVO.ET.PINDARO
VERNAE.LIB.SVO.LIBERTIS.LIBERTAB.POSTERISQ.EORVM
M. PVLLIENVS. PARTHENIO
PVLLIENAE. M. F. BASSILLAE. PATRONAE
M.PVLLIENO.BASSO.PATRONO.PVLLIENAE. ET ETHIDI
LIB.SVAE.LIBERTIS.LIBERTABVS.POSTERISQVE.EORVM

Quid in ſecundâ lineâ hujuſce lapidis pro SECVNDA AVDIS reſtituendum ſit (quippe veluti certum ſtatuo, vitium hiſce vocibus ineſſe) nondum inveni. Pro AVDIS fortaſſe ſcribendum LVDIS. Ac ne ſic quidem ſenſus conſtaret.

3 *Beneventi,*
in Ponte Leproſo extra Civitatem.
Ex Donio.

IDEM BASILICAM IN QVA TABVL MVNE
RIS. AB. EO. EDITI POSI |||||| SVNT CONSVMMAVIT
LVDOS PALMARES OB DEDICATIONEM EARVM
NOMINE EVPLOEAE SVAE EXHIBVIT
PORTICVM OMNI ORNATV ELEGANTIAE
IN QVA EDITIO PRIMI LVSTRI MVNERIS
QVINQVENNAL. MVNIFICENTIA PRINCI
PALI CONTINETVR EX VOLVNTATE
EVPLOEAE SVAE FECIT

Ludi Palmares, niſi Palmis, ſive Manibus peragebantur, ii fuiſſe videntur, in quibus **Palma** victoribus dabatur. Et ſane in medio ſtadio, circo-ve ramum Palmæ locari olim conſueviſſe, conjicere poſſumus ex Vergilio Lib. V. Æneid. ubi ait:

Munera ante oculos, Circoque locantur
In medio, ſacri Tripodes, virideſque Coronæ,
Et Palmæ pretium Victoribus. — — —

Quo etiam aſpexit Sanctus Johannes Chryſoſtomus in Sermone *Diligamus quoque perſequentes* &c. Editionis Nivellianæ Ann. 1581. hæc inquiens: *Quo neglecto victoriæ Palmam prodis* (ideſt *Fratrem*) *qui In Palmæ Morem In Medium Adſtat, & tibi, ſi viceris, futurus in præmium, ſi vero negligenter feceris, Sine Palma abibis*. EVPLOEA apud Græcos eſt *Navigationis facilitas*. Sed hoc nihil ad rem. Si Mulieris Nomen excogitare liceret, quæ illuſtris hujus viri Conjux fuiſſet: recte ſenſus procederet.

1 *Extra Ameriam,*
in Ecclesia Montiscolli.
Ex Ligorio.

SEXTIO
CLAVSENO. SEX. F. SEX
NEP. SEX. PRON. CLV. ALLIANO
PONTIFICI. FLAMINI. VIC
TORIAE. ET. FELIC. CAESAR
PERPETVO. PRAEF. COH.
III. ASTVR. IIII. VIR. QQ. IIII. VIR
I. D. II. SACER. V. F. C. CVR. LVSVS
IVVENVM. VIVIRI. AVGVSTAL
PATRONO. OB. AMOREM. EIVS
ERGA. SINGVLOS. VNIVERSOSQ.

Curator Lusus Juvenum legitur in altera Inscriptione apud Gruterum pag. 1028 num. 1 quæ & ipsa, Ligorio teste, exsistebat *Ameriæ in Templo maximo*, non autem *Romæ*. Hanc etiam ediderunt Gruterus idem pag. 388. num. 3. & prælaudatus Donius pag. 141. At mihi ista emendatior videtur. Satis norunt Eruditi, *Juvenales Ludos*, sive *Juveniles*, olim pro Juventutis salute fuisse institutos, quemadmodum pro libertate Plebis inventi fuere *Plebeji*. Nero Augustus, quum barbam deponeret, uti scribit Suetonius in ejus Vitâ Cap. XI. *Spectaculorum plurima & varia genera edidit: Juvenales, Circenses, Scœnicos Ludos, Gladiatorium munus. Juvenilibus Senes quoque Consulares, anusque Matronas recepit ad Lusum.* Ludos hosce *Juveniles* non illepide descripsit Sidonius Apollinaris de Laudibus Narbonis.

4 *Ibidem,*
in Via Appia.
Misit Bimardus.

DIS. MANIBVS
CORNELIAE. FRONTINAE
VIXIT. ANNIS. XVI. M. VII
M. VLPIVS. AVG. LIB. CALISTVS
PATER. PRAEPOSITVS. ARMAMENTARIO
LVDI. MAGNI. ET. FLAVIA. NICE. CONIVXS
SANCTISSIMA. FECERVNT. SIBI
LIBERTIS. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EOR

Ludi Magni, in quo Gladiatores, fortassis & aliorum Spectaculorum actores educabantur, alibi mentio est. Ad eorum usum *Armamentarium* constitutum fuit, cui *Præpositus* fuit *Calistus* iste Augusti Libertus.

7 *Ibidem.*

MELANOPVS
AGITATOR. OL
LAS. VIII.

Agitatores appellati olim, qui in Circensibus Ludis equos & currus, sive Bigas regebant.

2 *Ariciæ.*
Ex eodem.

LVNAE INVICTAE
CAMPESTR
SACRVM
D. IVNIVS. SEX. F. IA
NVARIVS. PROCVR
LVD. GALLIC. ET
IVNIA. CASTA. CVM. SVIS
VOT. SOLVER

3 *Romæ,*
in Vinea Cardinalis Carpensis.
Ex eodem Ligorio.

INVICTAE. DIANAE. VICTRICI. PRO
CVRATORES. LIB. COMM. LVDI. MATVTINI
CAESARIS

E Smetio Gruterus pag. 41. num. 10. hanc exhibens, corrupte legit in principio NVCIA L DIANAE, & in fine CAESARIVS.

5 *Ibidem,*
in Sepulcreto,
ad Portam Pincianam.
Ex eodem.

HIPPARCHVS
AGITATOR. OLLAE. II.

6 *Ibidem.*

LAMPICVS
AGITATOR
OLLAS. IIII.

8 *Ibidem.*
Misit N. V. Alexander Marchio Capponius.

ΖΩΙΛΟϹ Η
ΝΙΟΧΩΝ Π
ΡΟϹΕΡΕϹΤ
ΑΤΟϹ ΕΝΘΑ
ΔΕ ΚΕΙΤΑΙ

Idest:

Zoilus Aurigarum Laudatissimus Heic Jacet.

Græcam vocem HNIOXON eamdem esse ac Latina *Agitator*, sive *Auriga*, jam norunt Græcæ Linguæ periti.

1 *Romæ, in domo Laurentii Bonincontri. Ex Ligorio.*



O. VTINAM. VIVO. POTVISSEM
PRAEMIA. MORVM. REDDERE. NVNC
LACRIMAS. ACCIPE. PRO. MERITIS. NAM
SEMPER. FATEOR TACITA. TE. MENTE. PROBAVI
DETEXIT. SENSVS. VLTIMA. FLAMMA. MEOS
TV. COLVMEN. RERVM. SEMPER. TV. CVRA
MEARVM. NVNC. ERIS. ET. LVCTVS. TV
QVOQVE. CAVSSA. MEI. OSSIBVS. INFVNDAM
QVAE. NVNCQVAM. VINA. BIBISTI
DIS. MANIBVS
ONESIMI. ANICETVS. CARISSIMO. FECIT. DOMINO

Ergo abſtinere a vino Agitatores conſueverunt. En *Bigæ* figura. Accipe & alteram.

2 *Romæ. Ex eodem.*



FLORVS EGO HIC IACEO
BIGARIVS INFANS QVI CITO
DVM CVPIO CVRRVS CITO DECIDI ADVMBR
IANVARIVS ALVMNO DVLCIS SIMO

Produxerat etiam Gruterus Inſcriptionem hanc, ſed ſine figuris, pag. 656. num. 1. Quales eſſent *Bigæ* in Circenſibus adhibitæ, anaglyphum iſtud cum præcedenti ſatis prodit. Difficile ad ſenectutem perveniebat, qui hiſce utebatur. Ceterum qui de velocitate victoriam reportabant, coronari conſueviſſe, ſatis nos docet Romana vetus Hiſtoria. Dio Xiphilini in Antonini Caracallæ Vita meminit Eurepis cujuſdam celebris Aurigæ, ſeu Agitatoris, duas & octoginta Coronas conſequuti, quot nemin in alium antea coronatum fuiſſe dicit. Facile propterea intelligis, cur *Floro* huic *Bigario*, ſeu Agitatori, præibat figura equeſtris, coronam lauream dextrâ manu tenens, & Floro ipſi, ſi viciſſet, promittens.

1 *Romæ,*
in Via Portuensi.
Ex eodem.

C. VIBIO. C. F. SVC
TIRONI
PROC. FAC. RVSSATAE
VIX. AN. XXXVIII
C. VIBIVS. C. F. SVC
QVINCTILIVS. FRATRI
PIISSIMO FECIT

Trita eruditio eſt, Circenſium Agitatores, ſeu Aurigas diviſos fuiſſe in plures *Factiones*, quibus e colore veſtium acceſſit nomen. Hinc Factio *Alba*, ſive *Albata*, *Rubea*, vel *Ruſſata*, cui adſcriptum vides *Vibium* iſtum. *Praſina*; *Veneta*. Pro his in Romano Populo grandis æmulatio, ſed præcipue Conſtantinopoli ſub Imperatoribus Chriſtianis.

3 *Romæ,*
in Sancti Petri.
Ex Ligorio.

DIS. MANIBVS
M. ANTONIO. LIB
CONDITORI
FACTIONIS. PRASINAE
MARCIA FESTA
FECIT. CONIVGI
BENEMERENTI
LIBERTIS. LIBER
TABVSQVE
POSTERISQVE
EORVM

Dederat & Gruterus pag. 1035. num. 3. ſed mancam. Fuere olim diverſa cujuſque Factionis officia atque functiones; nam præter *Aurigarios*, eos ſcilicet, qui ornandi intruendique Agitatores curam gerebant, *Conditores* quoque, *Succonditores*, *Tentores* item, ac *Viatores*, poſtremo *Medicos* ſuos quælibet Factio habuit, quemadmodum ex vetuſtis marmoribus diſcimus, ut taceamus *Magiſtros*, *Socios*, *Dominos*, *Patreſque* Factionum in lapidibus memoratos. De *Conditoribus* egere Turnebus, Salmaſius, & alii.

5 *Ibidem,*
in Via Aurelia.
Ex eodem.

DIS MANIBVS
C. MEMMIVS. C. LIBER
APPVLEIVS
MEDICVS
LVDI. MAGNI. FECIT
SIBI. ET. MEMMIAE
VXORI. SVAE. BENE
MERITAE. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE
SVORVM
IN FR. P. XII. IN AGR. P. XVI

2 *Conſtantinopoli,*
in ingenti columna.
Miſit Cl. V. Joſeph Bimardus,
Montis Seleuci Baro.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΚΩΝCΤΑΝΤΙΝΟΥ
ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑCΙΛΕΩC
ΤΟΥ ΕΥCΕΒΕCΤΑΤΟΥ
ΝΙΚΗΤΟΥ
Η ΒΕΝΗΤΩΝ
ΕΥΝΩΟΝΤΩΝ

Ideſt:

Quod felix fauſtumque ſit.
Conſtantini
Magni Imperatoris
Piiſſimi
Victoris
Factio Venetorum
Erga Eum Bene Affectorum.

In ſextâ linea ſupplendum aut ſubaudiendum cenſeo Η ΑΙΡΕCΙC ΒΕΝΕΤΩΝ, hoc eſt *Factio Venetorum*, Aurigarum nempe, qui Factioni huic nomen dederant.

4 *Romæ,*
in Via Appia.
Ex eodem.

DIIS. MANIBVS. H. SACRVM
L. ANNIVS. CASSIVS. MITH
RADORVS. MEDICVS. IIII.
FACT. CIRCEN. FECIT
SIBI. ET. LIBER. SVIS. POSTE
RISQVE. EORVM. LOC
OLLAR. ADIC. N̄. LXXV
IN. FR. P. XXX. IN AGRO. P. X̄V.

6 *Arelate.*
Miſit Joſeph de Bimard,
Montis Seleuci Baro.

NIVS
CAMARS
IVD. TRIB. MIL
R. EQVIT. ROM. TVRM
LEB. PRAET. PROCOS
PR. PROV. AFRICAE
S. SIBI. ET. L. ANNIO
X. ARG. LIBRIS CODED
QVAR. MANV. PRET
IS. OMNIBVS. ANNIS
T. III. ET. AR. AVT. CIRCENS
TVR
MORIAE. AETERNITAT
EXTRVXIT

1 *Ferrariæ.*
Ex Donio.

CARPVS
SOCIOR. VICENS
SIBI. ET. HERACLAE
FRATRI. FECIT

Quid ſit SOCIOR. VICENS, divinatoribus explicandum relinquo. Mihi aliqua ſuſpicio ſuborta eſt pro VINCENS, ſeu *Victor*, Marmorarium obtrudiſſe nobis VICENS. Hinc ſenſus eſſet, *Carpum* hunc unum ex *Sociis* Aurigarum ſeu Agitatorum Circenſium exſtitiſſe, qui victoriam in Ludo reportavit. Non enim ignotum eſt *Socii* munus & nomen ejuſmodi Spectaculis, ut liquido conſtat ex Inſcriptione, quæ Lanuvii exſtat, poſitâ *M. Aurelio Libero Patri, Magiſtro, ET SOCIO, Domino, Et Agitatori Factionis Praſinæ*, apud Lævinum Torrentium in Notis ad Neronem Suetonii Cap. 5.

2 *Romæ in Via Flaminia,*
in urnâ, in quâ ſculptus Vir agitans quadrigam Circenſem.
Infra Leones Cervam & Tauros devorant.
Ex eodem.

L. LICINIO. FELICI
AVRIGATORI
LICINIA. MVSA
PATRON
ET. LICINIVS. LIB
PATRON

3 *Romæ,*
in Via Flaminia.
Ex P. Mabillonio V. Cl.

P. AELIVS MARI ROGATI FILIVS
GVTTA CALPVRNIANVS
EQVIS HIS VICI IN FACTIONE VENETA
GEMINATOREM AF. LXXXXII.
SILVANOR. AFR. CV. NITID. GIL. AF. LII
SAXONEN. AF. LX. ET. VICI. PRAEMIA
M. L. I. XL. I. XXXXVII

EX NVMERO PALMARVM SVPRASCRIPTARVM ∞ XXVII
VICI IN FACTIONE ALBATA CII. REMISSVS. II. XXXI. XLI
A POMPA IV. EQVORVM ANAGONVM. I. SINGVLARVM
LXXXIII. BINARVM VII. TERNARVM II. IN FACTIONE RVS
SATA VICI LXXII. X. REMISSVS SEMEL XXXI. QVATERNA
RVM I. SINGVLARVM XLII. BINARVM XXXII. TERNARVM
III. QVATERNARVM SEMEL. IN FACTIONE VENETA VICI
LXXXIII. XXX. XVII. SEIVGE I. XL. IX. LI. A POMPA
XXXV. TRIGAS XV. II. TRIGAS XXVI. EQVORVM ANAGO
NVM I. SACRO QVINQVENNALIS CERTAMINIS. I. REMISSVS
SEMEL SINGVLARVM CCCXXXIV. BINARVM CLXXXI. V.
TERNARVM LXV. IN FACTIONE PRASINA VICI CCCLXI. V.
XXX. I. XLII. PEDIBVS AD QVADRIGAM LXI. A POMPA
VI. SINGVLARVM. CXVI. BINARVM CLXXXIV. TERNARVM
XLIV. HOC MONVMENTVM VIVVS FECI

P. AELIVS MARI ROGATI FILIVS GVTTA CALPVRNIANVS MILLE
PALMAS COMPLEVI IN FACTIONE PRASINA EQVIS
HIS DANDO B. AF. XI. X. OCEANO. N. CCIX. VICTORE
R. CCCCXXI. X. VINDICE B. CLVII. ET VICI
PRAEMIA MAIORA XL. POSTEA III. XXXIII.

Mos fuit in elogiis eorum, qui victores e Circenſibus Ludis prodibant, ſignare numerum Palmarum, & Equorum nomina. Heic habes *Ælium Calpurnianum*, qui nedum Bigarium, ſed Trigarium, & Quadrigarium egit in Factionibus Veneta, Ruſſata, & Praſina, e quibus victor exſtitit fere innumerabilibus palmis. In quartâ, quinctâ, & ſextâ lineâ ſcribe GEMINATORE Equo AFRO. SILVANO. NITIDO. GILDAE. SAXONENSI. Siglæ in ſeptimâ lineâ referre videntur Palmas primas MLI. Secundas XLI. Tertias XLVII. Tria quippe præmia victoribus proponebantur. Sic reliquas Siglas interpretare. Atque heic habes, Agitatores non ita uni Factioni nomen dediſſe, ut ad alias, quum occaſio poſcebat, tranſire non potuerint.

I *Florentiæ, in Museo Mediceo. Ex Gorio.*

INTROIVGIS. VI

MENIPPO. CINIS X HILARO
AEGYPT. PE. I. MACVL
PEGASO. AF. I AQVILIN
EVTONO. AF. I PEGASO. A
I. ADVOLA. AF. I COTYNC. AF
I DROMO. HISP. I SICA. AF
I PASSER. AF. I CIRRATO. AF. I
AF. I LVPO. AF. I MELISS. AF. I
GAL. I LVCIN. AF. I. DELICAT. NAV. I
AF I SILVAN. AF. I PARATO. AF.
AF III EVTONO. AF. V. BALLIST. AF.
AF III PYRALL. AF. IV. ANDREM. AF.
AF III PARDO. AF IV SPICVLO. GAL V
AF III ROMVLO. LAC. V. ROMVLO. AF V
IV RAPACE. AF. V LVPO. AF VI.
IV BAETIC. AF VI. PALVMB. AF VIII
IV CAMM. AF VI. ROMVLO. AF VIII
IV DAEDAL. AF VI. GLAPHY. SPH. X
IV GAETVL AF VI BALLIST. AF. XIII
IV ALCIMO VI MEMNO. LAC. XIIII
L M S SIBI COMPLEVIT QVO SI
CC D. AF ∞ HILARO AF

II. PRAEMISIT. ET. C. T
OCCVPAVIT. ET VICIT. CCC

I. HILARO. HIS. I. BARR. AFR I. VICTO
I. ZMARAGD. AF. I. CALID. CYR. I HELIO
I. DRAVCO. AF. I. THELO. AF. I SIL
I. ARANIO. AF. I. ARIONE. AF. I
I. EXACT. MAV. I. HELIO AF. I. B
I. PISTO. CYR. I. HIRPIN. HEV. II. LAII
I. PVGIO. AFR. I. PALMAT. AF. II. ASTE
I. ANDRE. AF. I. PASSER. TH. II. OSS
I. ROMAN. GAL. I. CVTTA. AF. II. DAN
I. CANDID. AF. I. PVGIO. AF. II. CALI
AF. VIII. ABASC. THE. XX. EXCELL.
AF. VIII. ARCAD. AET. XVI. ARACIN.
GAL. VIIII. LVPO. HISP. XXII. CALLID.
AF. VIIII. SAGITT. AF. XL. XIIX. XL
AF. VIIII. ATACTE. AF. XXX. XXII. AQVILE
AF. VIIII. AETHER AF. XXX XXX
AF. VIIII. INGEN. ING. XXIIX AQVIL. M
SPH. X. ARGO. APH. XXX PECVL
AF. XIII. VICTORE. AF. XXXII. XL
LAC. XIIII. INNOCE. AF. XXIIX. HILAR
EQVOS CE

En Equorum nomina, eorumque Patrias, per quos Agitator iste, cujus excidit nomen, tot Palmas retulerat:

1 *In Jovis Olympii Templo.*
E Pausaniæ Lib. VIII.

ΣΟΝ ΠΟΤΕ ΝΙΚΙΣΑΣ ΖΕΤ ΟΛΤΜΠΙΕ ΣΕΜΝΟΝ ΑΓΩΝΑ
ΤΕΤΡΙΠΠΩΙ ΜΕΝ ΑΠΑΞ ΜΟΤΝΟΚΕΛΗΤΙ ΔΕ ΔΙΣ
ΔΩΡ ΙΕΡΩΝ ΤΑΔΕ ΣΟΙ ΕΧΑΡΙΣΣΑΤΟ ΠΑΙΣ Δ ΑΝΕΘΗΚΕ
ΔΕΙΝΟΜΕΝΗΣ ΠΑΤΡΟΣ ΜΝΗΜΑ ΣΤΡΑΚΟΣΙΟΤ

Ideſt :

Qui Tuo, Juppiter Olympie, In Certamine Victor Fuit,
Quadrigâ Semel, Uno Autem Equo Bis,
Dona Hæc Tibi Hieron Voverat, Filius Autem Dedit
Dinomenes Patris Monumentum Syracusii.

2 *Brixiæ,*
apud Montios.
Ex Octavio Rubeo.



COPORVS QVE
VSCI SALTVS PASCVA
NEC SICVLA
VOLVCRIS ANTE IRE VAGA
QVI FLAMINA CHORI
VINCERE SVETVS ERAS
HOC STABVLAS TVMVLO

Poſitum Epigramma fuit Equo, ex velocitate celebri in Ludis Circenſibus, cui COPORVS nomen erat. Sunt & aliæ id genus Inſcriptiones.

1 *Niciæ,*
in aulà Episcopi.
Ex Joffredo.

C. MEMMIO
MACRINO
Q̄. N̄. VIR. MASSIL.
Q. II VIR. Q̄. Q̄. ITEM
PRAEFECTO
PRO. II VIRO. QQ
AGONOTHETAE
EPISCOPO
NICIENSIVM
AMICI

Joffredus Q. N. VIR. *Quintumviro* interpretatur. *Quintumviros* nullus alius lapis exhibet, proptereaque somniatum officium mihi creditur. *Quincti Nepoti* potius videtur. *Viro Massiliensi*, *Quæstori*. *Duumviro Quinquennali*. Item *Præfecto Provinciæ*. Quod postremum tamen nequaquam præsto. Cur enim iterum is *Duumvir Quinquennalis* appelletur? Num ergo *Præfectus pro Duoviro Quinquennali*? Celebre nomen est apud Græcos *Agonotheta*, idest *Certaminis Præses*. Ab ἐπισκοπεῖν Græcorum efformatum fuit *Episcopi* nomen, in Christiana Religione summe venerandum. *Superintendens*, Hieronymo & Augustino testibus, *Visitator*, *Inspector*, *Speculator*, *Custos*, Latine dicitur. Fuerunt Atheniensibus Επίσκοποι τῆς χώρας, videlicet *Inspectores Regionis*. Tullius Lib. 7. Epist. 10. ad Atticum: *Vult*, ait, *me Pompejus esse, quem tota hæc Campania & maritima ora habeat Episcopum, ad quem delectus & negotii summa referatur*. Adde L. *Munerum civilium* ff. *de Munerib. & honorib.* ex qua quodnam *Episcoporum* apud Ethnicos munus foret, intelliges. *Item Episcopi, qui præsunt pani, & ceteris venalibus rebus, quæ Civitatum Populis ad quotidianum victum usui, sunt, personalibus muneribus funguntur*. Ergo iis Ædilicii ministerii portio commissa fuit. Græci Massiliam incolentes uti *Agonothetæ*, ita *Episcopi* nomen Niciam intulerint.

2 *In Elide,*
ad currum Cleosthenis.
E Pausania.

ΚΛΕΟΣΘΕΝΗΣ Μ' ΑΝΕΘΗΚΕΝ Ο ΠΟΝΤΙΟΣ ΕΞ ΕΠΙΔΑΜΝΟΥ
ΝΙΚΗΣΑΣ ΙΠΠΟΙΣ ΚΑΛΟΝ ΑΓΩΝΑ ΔΙΟΣ

Idest:

Cleothenes Me Posuit Pontius Ex Epidamno,
Qui Equis Vicit Pulchrum Agonem Jovis.

3 *Elide in Olympia,*
ad currum Lyci.
Ex eodem.

ΩΚΥΔΡΟΜΑΣ ΛΥΚΟΣ ΙΣΘΜΙ ΑΠΑΞ ΔΥΟ Δ ΕΝΘΑΔΕ ΝΙΚΑΙΣ
ΦΕΙΔΩΛΑ ΠΑΙΔΩΝ ΕΣΤΕΦΑΝΩΣΕ ΔΟΜΟΥΣ

Hoc est:

Velox Equis Heic Semel Lycus, Bis Verò Isthmia Vicit,
Phidolæ Filiorum Domum Celebrem Reddidit.

1 *Thebis,*
in Apollinis Templo,
in Tripode.
Ex Herodoto.

ΣΚΑΙΟΣ ΠΤΓΜΑΧΕΩΝ ΜΕ ΕΚΗΒΟΛΩΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ

ΝΙΚΗΣΑΣ ΑΝΕΘΗΚΕ ΤΕΙΝ ΠΕΡΙΚΑΛΛΕΣ ΑΓΑΛΜΑ

Ideſt:

Scæus In Certamine Pugilum Victor Apollini
Longe Jaculanti Specioſum Hoc Munus Sacravit.

2 *Romæ.*
Ex Falconerio,
& Schedis Ptolomeis.

ΙΩΑΝΝΕϹ ΠΑΛΑΙϹΤΗϹ ϹΜΥΡΝΑΙΟϹ

ΑΠΤΩΤΟϹ

OB FORTITVDINIS MERITA ET VIRTVTIS CV
MVLVM HOC QVOD EXCELLENS ARTIS RO
BVR EXEGIT PRAECEPTO INVICTISSIMORVM
PRINCIPVM DDD. NNN. FFF. III. VALENTI
NIANI. THEODOSII ET ARCADII IOHAN
NES MERVIT VT INTER OMNIS (*ſic*) POLLENS
LOCATIONE STATVAE VIDEATVR

Ideſt:

Johannes Palæſtrita Smyrnæus
Cadendi Expers.

Præter Reineſium pag. 379. & 380. conſule Falconerium, ut ediſcas, quanto in honore aliquando fuerint *Athletæ* in Urbe. Tres nobiles Inſcriptiones, ad eos ſpectantes, ſuppeditarant mihi ſchedæ Franciſci Ptolomei. Sed editas a laudatis iis viris deprehendens, ab iis rurſus edendis abſtineo. Siglæ in ſextâ lineâ DDD. NNN. FFF. III. heic ſignificant *Dominorum Noſtrorum Felicium Invictorum. Inter omnis* eſt pro *Inter omnes.*

1 *Romæ.*
Ex eodem Falconerio.

Μ. ΑΥΡ. ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΑ ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΝ
ΠΑΝΚΡΑΤΙΑCΤΗΝ ΠΕΡΙΟΔΟΝΕΙΚΗΝ ΑΛΕΙΠΤΟΝ ΑΣΙΜΕ ΞΩΣΤΟΝ
ΑΝΕΚΛΗΤΟΝ ΝΕΟΚΟΡΟΝ ΤΟΝ ΜΕΓΑΛΟΥ
ΣΑΡΑΠΙΔΟC ΚΑΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΜΟΥCΕΙΩ
ΣΙΤΟΥΜΕΝΩΝ ΑΤΕΛΩΝ ΦΙΛΟΣΟΦΩΝ
ΑΡΧΙΗΡΕΑ ΤΟΥ CΥΜΠΑΝΤΟC ΞΥCΤΟΥ
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΞΥCΤΑΡ ΚΑΙ ΕΠΙ ΒΑΛΑΝΕΙΩ ΤΟΥ
CΕΒΑCΤΟΥ

Ideſt:

- -
Marcum Aurelium Aſclepiadem Alexandrinum, Hermopolitem,
Pancratiaſtem, Periodonicum, Invictum, De Statu a Nemine Deturbatum,
A Nemine Provocatum, Neocorum Magni
Serapidis, Ex Iis Qui In Muſeo
Aluntur, Immunium Philoſophorum,
Pontificem Totius Xyſti,
Perpetuum Xyſtarcham Et Balneo
- *Auguſti*
- -

Eraton Eucharidi (Filius) *Opuntius*, *Pentathlum*.
Huliades Artemisii (Filius) *Chrysaorus*, *Luctam*.
Damocrates Timoclis (Filius) *Coius*, *Ludum Pugnorum*.
Diocles Dioclis (Filius) *Athenienſis*, *Pancratium*.
Apollodorus Apollodori (Filius) *Cyzicenus Ignobilis*, *Stadium*.
Dionysius Nicareti (Filius) *Plateensis*, *Pentathlum*.
Pantaleon Demophontis (Filius) *Myndius*, *Luctam*.
Alcimus Menophili (Filius) *Nicæensis A Bithynia*, *Ludum Pugnorum*.
Sostratus Dorothei (Filius) *Demetrieus*, *Stadium*.

1

Smyrnæ, in basi.
Misit Bimardus V. Cl.

In dextro latere.

Αγαθη' ΤΥΧΗΙ
ΕΝ ΤΗ ΠΡΩΤΗ ΤΗΣ ΑΣΙΑΣ ΚΑΛΛΕΙ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΕΙ
ΚΑΙ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ ΚΑΙ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΙ ΚΑΙ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩ
ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΤΑ ΔΟΓΜΑΤΑ ΤΗΣ ΙΕΡΩΤΑΤΕΣ
ΣΥΝΚΛΗΤΟΥ ΚΑΙ ΚΟΣΜΟΥ ΤΗΣ ΙΩΝΙΑΣ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ
ΑΥΡ ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΣ ΘΥΑΤΕΙΡΗΝΟΣ ΚΑΙ
ΣΜΥΡΝΑΙΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΑΔΕΛΦΕΟΣ ΚΑΙ ΒΥ
ΖΑΝΤΙΟΣ ΚΑΙ ΑΛΛΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΠΟΛΕΙΤΗΣ
ΒΟΥΛΕΥΤΗΣ ΔΟΛΙΧΑΔΡΟΜΟΣ ΝΕΙΚΗΣΑΣ
ΑΓΩΝΑΣ ΤΕ ΤΟΙΣ ΥΠΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΟΙΣ
ΠΙΘΙΚΟΝ ΠΥΘΙΑ ΕΝ ΔΕΛΦΟΙΣ ΠΥΘΙΑ
ΕΝ ΣΙΔΗ ΑΥΓΟΥΣΤΕΙΑ ΕΝ ΘΥΑΤΕΙ

In latere sinistro.

ΤΕΙΜΗΘΕΙΣ ΔΕ ΞΥΣΤΑΡΧΙΑΙΣ ΠΑΡΑ ΤΩΝ
ΚΥΡΙΩΝ ΗΜΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΟΥΑ
ΛΕΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΓΑΛΛΙΕΝΟΥ ΣΕΒΒ
ΕΝ ΤΗ ΛΑΜΠΡΑ ΦΙΑΛΔΕΛΦΕΩΝ ΠΟΛΕΙ
ΚΑΙ ΕΝ ΤΗ ΛΑΜΠΡΑ ΒΥΖΑΝΤΙΩΝ ΠΟΛΕΙ

Hæc ita vertit Bimardus.

Quod Felix Faustumque Sit.
In Prima Asiæ, Pulcritudine Et Magnitudine
Splendidissima Metropoli, & Ter Neocoro
Augustorum, Secundùm Sacri Senatus Consulta,
Et Joniæ Ornamento Smyrnæorum Civitate.
Aurelius Apollinaris Thyatirenus,
Smyrnæus, Philadelphiensis, Et By-
zantius, Aliarumque Civitatum Civis,
Decurio, Dolichodromus, Qui Vicit
Certamina Infrascripta,
Pythicum, Pythia Delphis, Pythia
Sidæ, Augustalia Pythia Thyatiræ,
. . . .

Xysti Verò Præfecturis Honoratus A
Dominis Nostris Imperatoribus Va-
leriano Et Gallieno Augustis
In Splendida Philadelphensium Civitate,
Et In Splendida Civitate Byzantinorum.

2

Romæ,
apud Gentilem Delphinium.
Ex Ligorio, & schedis Ptolomeis.

Κ Η Ρ Υ Ξ   Κ Α Ι   Τ Α Φ Ο C   Ε Ι Μ Ι
Β Ρ Ο Τ Ο Υ   Π Α Ρ Ο C   Α Ρ Χ Ε Χ Ο Ρ Ο Ι Ο
Ε Υ Τ Υ Χ Ο Υ C   Α Ι Α Ζ Ω Ν   Κ Η Ρ Α
Μ Ι Ν Υ Ν Θ Α   Δ Ι Ο Ν
Ο C   Θ Ν Η Τ Ο Ι C   Ψ Υ Χ Η Ν   Π Ε Ι
C Α C   Ε Π Ι   C Ω Μ Α C Ι Ν   Ε Λ Θ Ε Ι Ν
Τ Η Ν   Α Υ Τ Ο Υ   Μ Ε Λ Ε Ο C   Ο Υ Κ   Α Ν
Ε Π Ε Ι C Ε   Μ Ε Ν Ε Ι Ν

Tetrastichon hocce ita vertit Benedictus Egius Spoletinus;

Sum Præco Excelsi Felicis Et Urna Choragi,
Cui Vitam Exiguam Fata Dedisse Queror.
Qui Potuit Revocare Animas In Corpora Cantu
Mellifluo: Tenuit Non Tamen Ipse Suam.

Eutiches proprium est huic viro nomen in Græco textu. *Felicem* reddidit Egius; incaute; ut puto. ΑΡΧΕΧΟΡΟΣ, seu *Choragus*, qui Cantorum choro præest. Italice diceres *Mastro di Cappella*.

1 *Apud Thebas Bœotiæ,*
ad Aulam Regiam in ornatiſſimo Marmore.
E ſchedis meis.
Miſit quoque e ſchedis Barberinis Cyriaci Anconitani
Abbas Pompejus Compagnonius.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

ΕΝΕΙΚΩΝ ΕΠΙ ΦΛΑΟΥΙΩ ΠΑΥΛΕΙΝΩ ΑΓΩΝΟΘΕΤΟΥΝΤΙ ΜΟΥCΩΝ

ΕΝΑΡΧΟΝΤΙ ΜΗΤΡΟΔΩΡΩ ΟΝΙCΙΦΟΡΟΥ

ΠΟΙΗΤΗC ΠΡΟCΩΔΙΩΝ ΕΥΜΑΡΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΘΕΟΠΙΕΥC ΚΑΙ

ΑΝΤΙΦΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟC ΚΗΡΥΞ

ΠΟΜΠΗΙΟC ΖΩCΙΜΟC ΘΕΟΠΙΕΥC CΑΛΠΙCΤΑC

ΖΟCΙΜΟC ΕΠΙΚΤΟΥ ΘΗΒΑΙΟC ΕΓΚΩΜΙΟΓΡΑΦΟC ΕΙC ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ

ΠΟΥΠΛΙΟC ΑΝΤΩΝΙΟC ΜΑΞΙΜΟC ΝΕΟΚΟΡΕΙΤΗC ΕΓΚΩΜΙΟΝ ΕΙ ΜΟΥCΑC

ΠΟΥΠΛΙΟC ΑΝΤΩΝΙΟC ΜΑΞΙΜΟC ΝΕΟΚΟΡΕΙΤΗC ΠΟΙΗΤΗC ΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ

ΑΙΜΙΛΙΟC ΕΠΙΚΤΗΤΟC ΚΟΡΙΝΘΙΟC ΠΟΙΗΜΑ ΕΙC ΤΑC ΜΟΥCΑC

ΔΑΜΟΝΕΙΚΟC ΔΑΜΩΝΟC ΘΕΟΠΙΕΥC ΡΑΨΩΔΟΥC

ΕΥΤΥΧΙΑΝΟC ΚΟΡΙΝΘΙΟC ΠΥΘΑΥΛΑC

ΦΑΒΙΟC ΑΚΤΙΑΚΟC ΚΟΡΙΝΘΙΟC ΚΙΘΑΡΙCΤΑC

ΘΕΟΔΩΡΟC ΘΕΟΔΟΤΟΥ ΝΕΙΚΟΜΙΗΔΕΥC ΤΡΑΓΩΔΟΣ ΠΑΛΑΙΑC ΤΡΑΓΩΔΙΑC

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟC ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΑCΠΕΝΔΙΟC ΠΟΙΗΤΗC ΚΑΙΝΗC ΚΩΜΩΔΙΑC

ΑΝΤΙΦΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟC ΥΠΟΚΡΙΤΗC ΚΑΙΝΗC ΚΩΜΩΔΙΑC

ΑΝΤΙΦΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟC ΠΟΙΗCΕΩC ΚΑΙΝΗC ΤΡΑΓΩΔΙΑC ΑΡΤΜΙΟΝ

ΑΡΤΕΜΩΝ ΑΡΤΕΜΩΝΟC ΑΘΗΝΑΙΟC ΥΠΟΚΡΙΤΗC ΚΑΙΝΗC ΤΡΑΓΩΔΙΑC

ΑΓΑΘΗΜΕΡΟC ΠΥΘΟΚΛΕΟΥC ΑΘΗΝΑΙΟC ΧΟΡΑΥΛΗΣ

ΘΟCΙΟC ΠΕΡΓΑΜΗΝΟC ΝΕΑΡΩΔΟΥC

Α. ΚΛΩΔΙΟC ΑΧΙΛΛΕΥC ΚΟΡΙΝΘΙΟC CΑΤΥΡΟΓΡΑΦΟΣ

Μ. ΑΙΜΙΛΙΟC ΥΜΗΤΤΙΟC ΔΙΑ ΠΑΝΤΩΝ

ΕΥΜΑΡΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΘΕΟΠΙΕΥC

Ideſt:

Quod Bene Vertat.
Vicerunt Sub Flavio Paulino Muſarum Certaminis Præfecturam Agente,
Auſpicante Metrodoro Oniſiphori
Poëta Cantilenam Eumaron Alexandri Theopieus, Atque
Antiphon Athenienſis Præco.
Pompejus Zoſimus Theopieus Tubicines.
Zoſimus Epicti Thebanus Encomiographus Imperatoris.
Publius Antonius Maximus Neocorites Encomium In Muſas.
Publius Antonius Maximus Neocorites Poëta In Imperatorem.
Æmilius Epictetus Corinthius Poëma In Muſas.
Damonicus Damonis Theopieus Rhapſodiarum Cantores.
Eutychianus Corinthius Pythii Carminis Cantores.
Fabius Actiacus Corinthius Cithariſtas.
Theodorus Theodoti Nicomedienſis Tragœdus Veteris Tragœdiæ.
Apollonius Apollonii Aſpendius Poëta Recentis Comœdiæ.
Antiphon Athenienſis Hiſtrio Novæ Comœdiæ.
Antiphon Athenienſis Poëſeos Novæ Comœdiæ Artmium.
Artemon Artemonis Athenienſis Hiſtrio Novæ Tragœdiæ.
Agathemerus Pythoclis Athenienſis Choraules.
Thoſius Pergamenus Novas Odas Recitans.
A. Clodius Achilles Corinthius Satyrographus.
M. Æmilius Hymettius Diapanton.
Eumaron Alexandri Theopieus.

Ad illuſtranda certamina Græcorum *Muſica*, *Theatralia*, *Literaria*, egregium Marmor. Quædam in textu Græco emendationem poſcere mihi videntur; ſed manum continui, peritioribus medicis curam hanc reſervatam volens.

1 *Romæ*,
in domo Francifci Novellii, lapis Corâ advectus.
E fchedis Ambrofianis.

MAGISTRI MENT
SIGNVM DANT
FVRIVS. P. F. VIR.
Q. VIBIVS. Q. L. SABB.
P. OLLIVS. L. L. HILAR.
P. [redacted] PVBLIL. L. PV
BLILIVS. POMPON.
LVDOS SCAENICOS FECER.
LOCVS EX S. C. DATVS

Si MENT. ad *Signum* referas, fortaffis erit *Simulacrum Mentis*, cui pro Dea habitæ, votivas tabellas pofitas aliunde didicimus. Si ad *Magiftros*, tuum erit interpretari.

2 *Anagniæ*,
in Thermis Fabii Valentis.
Mifit Francifcus Ficoronius V. Cl.

P. VEGELLIO PP PVB. PRIMO
E. Q. R. II. VIR. Q. ALIM. CVR. PIO
ANNON. Q AERAR. ARCAE. PV
B. CVR. R. P. TREBANORVM. EX
SEMPLIS MVNIFICENTIAE SVA
E OPTIME MERENTI COLLEGIVS (*fic*) I
VVENVM PATRONO DIGNISSIMO
OB RENOVATAM AB EO LVSVS IVVE
NVM QVOD VETVSTATE TEMPORVM
FVERAT OBLITERATVM. OB QVAM HON
ORIS HVIVS OBLATIONEM DIE NATA
LIS SVI EIDEM COLLEGIO V. KAL. OCT

Siglæ priores interpretandæ videntur *Præfecti Prætorio Publico Primo*, ideft *Servo*. Sed cum fequentibus interpretatio minime conciliari poffe mihi creditur; nam E. Q. R. in fecundâ lineâ vix aliter explices, nifi *Equiti Romano*. Et quamvis *Publicus* Servum referat non conditione, fed munere, quod ex ipfo nomine *P. Vegellii* difcimus: attamen *Equitis Romani* dignitatem, & *Publici* munus ftir · fimul potuiffe non arbitror. Itaque legendum potius: P. VEGELLIO. P. F. PVB. (ideft *Publiliâ* Tribu) PRIMO &c. Fuit ille etiam *Curator Reipublicæ Trebanorum*. Ad Anienem fluvium *Treba* oppidum, nunc *Trevi*, fitum eft. *Treba Augufta* a Frontino appellatur non fine indicio Coloniæ illuc deductæ. Ex hac autem Infcriptione lucem mutuari poteft Suetonii locus, quem non fatis affequuti fuiffe videntur Lævinus Torrentius, & quidam alii Suetonii ipfius Commentatores. Is enim in Vita Tiberii Cæfaris Cap. 31. fcribit: *Cenfente iterum* eodem Augufto, *ut Trebianis legatam in opus novi Theatri pecuniam ad munitionem Viæ transferre concederetur*, *obtinere* Tiberium *non potuiffe*, *quin rata voluntas legatoris effet*. Non itaque immutandum heic eft, ut cenfuit Torrentius, vocabulum *Trebianis*, neque pro eo legendum *Otriculanis*, vel *Trebulanis*, ut nonnullis placuit, fed potius difcendum eft, Trebæ incolas *Trebanos* & *Trebianos* fuiffe appellatos, quorum oppidum Theatro ornari meruit. Ceterum Vegellius ifte commendatur ob renovatos *Lufus Juvenum* in Civitate Anagnia. Neronis ævo & inftituto Scenici fuere hi Ludi, Tacito Lib. XV. Annalium teftante, Neronem *per domum aut hortos ceciniffe Juvenilibus Ludis*, & Plinio quoque fcribente, Auguftum eumdem *peculiari Theatro in hortis primum cantaffe*, *& Pompejano prælufiffe*. Manfit verò nomen Ludorum pofteriori ævo, & Imperatores, quos in Palatio Ludos dabant Kalendis anni novi, *Juvenalia* ab exemplo hoc Neronis nuncuparunt. Vide Sidonium Apollinarem de Laudib. Narbon. Demum *Curatores Lufus Juvenum* fupra vidimus in Infcriptione *Sexti Claufeni*. Occurrunt etiam in geminis Gruterianis lapidibus.

1 *Romæ.*
Ex Ligorio, ac Donio.



Ideſt:

Tychico
Liberto
Choraulæ.

2 *Ibidem.*
Ex eodem Ligorio.



Ideſt:

Tychicus
Felix.

Fortaſſis ad præcedentem Tychicum referenda.

3 *In Euaporario*
Abbatialis domus Tranſaquarum.
Ex Phœbonio.

MELANTVS. P. DECI
ET. COLLEGAE MAG. HE
TRIBVNAL NOVVM A SOLO FECERE
THEATRVM ET PROSCENIVM REFE
CERE LVDIS SCENICIS BIDVO DE
DICARVNT
D . S . P

Scribendum erat MELANTHVS in primâ lineâ. Exciderit quoque litera aliqua in vocibus ſecundæ lineæ MAG. HE, quas interpretari poſſis *Magiſtri Herculis*.

4 *Hiſtonii, ſive Vaſti,*
in Foro.
Miſit P. Alexander Berti *Lucenſis,*
e Congregatione Matris Dei.

L. VALERIO. L F.
PVDENTI
HIC. CVM. ESSET. ANNO
RVM. XIII. ROMAE
CERTAMINE. SACRO
IOVIS. CAPITOLINI
LVSTRO. SEXTO. CLA
RITATE. INGENII
CORONATVS. EST
INTER. POETAS. LA
TINOS. OMNIBVS
(*ſic*) SENTENTIS. IVDICVM
HVIC. PLEBS. VNIVER
SA. MVNICIPVM. HIS
TONIENSIVM. STATVAM
AERE. COLLATO. DECREVIT
CVRAT. REI. P. AESERNINOR. DATO AB
IMP. OPTIMO. ANTONINO. AVG. PIO

Nobilem Inſcriptionem hanc jamdiu dederant Panvinius, Lazius, & Gruterus, ſed mutilam. Integram heic habes. *Hiſconienſium* pro *Hiſtonienſium* mendoſe legitur apud eumdem Gruterum. Poſtrema verba cum primis conjungenda ſunt, legendo *Curatori Reipublicæ Æſerninorum* &c.

1 *Panormi.*
Ex Gualterio.

LIANI. QVOD. MERA. FIDE. ADMI
CVR. PORTENSIS. KAL. QVOD. SINGVLARI
LAVDABILI. MVNERARIO. INDVLGENTIA
EXHIBVIT. ILLVT. MERVIT. OPTANDO. QVOD. VOLVIT
EDITIONEM. GRATISSIMAM. REDDIDIT. QVOD. DIE
S. HORAS. THEATRI. VOLVPTAS. TENVIT. ET. HILARIS
ERIDIE. TRANSIIT. IN. QVA. MIRATVS. HONESTISSIMVM
GENERE. HERBARIARVM. ET. NVMEROSAS. ORIENTALES
MERIDIE. IN VTRIVSQVE. CAVEIS. VARIS. MISSIONIBVS
ENTIA. SACRA. SPECIALITER. MERVIT. AT. CVLTVM
AMPLISSIMO. APPARATV. CIVES. SVOS. VNIVERSOS
VOLVPTATES. HONESTE. EXHIBITAS. AD. AVGENDAM
ENTISSIMIS. VOCIBVS. BIGAS. CENTVRIATIM
VNDIA. QVOD. ESSET. DVABVS. BIGIS. ET. EQVESTRIB

Munerarii appellati, qui exhibebant aliquod *Munus*, five Gladiatorium, five Circenfe, five Theatrale. Dolendum eft, quod infignis hæc Infcriptio non integra ad nos pervenerit; varietatem enim Ludorum complectitur, quibus maxima admiratio ac voluptas Italicis Populis tunc creabatur. Hujufmodi Spectaculorum defcriptio a Vopifco facta in Vita Probi Augufti, digna potiffimùm eft, quæ legatur. Ibi recenfentur *damæ*, *ibices*, *oves*, *feræ*, *& cetera Herbatica Animalia*. Peregrina vox in octavâ lineâ HERBARIARVM, nefcio, an hinc aliquid lucis mutuari poffit. Animalia heic indicata videntur, quæ Herbâ pafcuntur.

2 *Tafii in Infula.*
E fchedis Farnefiis, & Capponiis.

POPVLVS SYRACVSANORVM
HVIVSCE TIMOLEONTIS TIMO
DEMI FIL. EX CORINTHO FVNERI
DVCENTAS MINAS TRADIT
HONORAT ETIAM IN OMNE FVTVRVM
TEMPVS CERTAMINE MVSICO
EQVESTRI GYMNICO QVONIAM
ET TYRANNOS DELEVIT ET
BARBAROS BELLO DEVICIT ET
MAXIMAS EVERSARVM CIVITATVM
RESTITVT POSTREMO ET
LEGES SICVLIS
POSVIT

Timoleontis egregii viri, & Siculorum Liberatoris Vitam habes apud Plutarchum. Immo ex Plutarchi ipfius Græcis verbis expreffa videtur Infcriptio hæc, atque adeo Latina verfio, non archetypum Latinum mihi creditur. Neque intelligo, cur Marmor iftud in Infula Thaffo ftatuatur. Certe multis poft ipfius Timoleontis obitum annis pofita fuerit Infcriptio hæc homini memoriâ digniffimo.

3 *Arimini, in Bibliotheca* Gambalonga.
E fchedis meis.

D . M
AEMILIAE IRENE QVAE VIXIT
ANN. XXVI. DIEBVS. XIIII. AVRELIVS
EVTYCHES STVPIDVS IN GREG. VRB
CONIVGI KARISSIME

Apud Plautum *Gregem* Scænicorum non femel habemus. Quare *Eutyches* ifte mihi creditur egiffe perfonam *Stupidi* in *Grege Urbano Hiftrionum*. Vide prope finem Claffis XI. Militar. recenfitum *Stupidum* inter Scænicos.

1 *Romæ,*
apud Franciſcum Ficoronium V. Cl.
Miſit ipſe.

 D  M 

TI. CLAVDIVS. ESQVILINA. AVG TIBERINVS
HIC. SITVS. EST. FECIT. TAMPIA. HYGIA. MATER. FILIO PIENTISSIMO
TV. QVICVMQVE. MEI. VEHERIS. PROPE. LIMINA. BVSTI
SVPPRIME. FESTIVVM. QVAESO. VIATOR. ITER
PERLEGE. SIGNVM. QVAM. DOLEAS. PRO. FVNERE. ACERVO
INVENIES. TITVLO. NOMINA. FIXA. MEO. ROMA. MIHI. PATRIA. EST. MEDIA
DE. PLEBE. PARENTES. VITA. FVIT. NVLLIS. TVNC. VIOLATA. MALIS
GRATVS. ERAM. POPVLO. QVONDAM. NOTVSQVE. FAVORE. NVNC. SVM. DEELETI. PARVA
FAVILLA. ROGI. QVIS. BONA. NON. HILARI. VIDIT. CONVIVIA. VOLTV
ADQVE. MEOS. MECVM. PERVIGILARE. IOCOS. QVONDAM. EGO. PIERIO. VATVM
MONIMENTA. CANORE. DOCTVS. CYGNEIS. ENVMERARE. MODIS
DOCTVS. MAEONIO. SPIRANTIA. CARMINA. VERSV. DICERE. CAESAREO. CARMINA. NOTA. FORO
NVNC. AMOR. ET. NOMEN. SVPEREST. DE. CORPORE. TOTO. QVOD. SPARGIT. LACRIMIS
MAESTVS. VTERQVE. PARENS. SERTA. MIHI. FLORESQVE. NOVOS. MEA. GAVDIA. PONVNT
FVSVS. IN. ELYSIA. SIC. EGO. VALLE. MOROR. QVOD. MEAT. IN. STELLIS. DEDIT. HINC. QVOD. PEGASVS. ALES
TOT. MEA. NATALES. FATA. DEDERE. MIHI

Tiberius iſte *Claudius*, *Eſquilinâ Tribu Auguſti* (ſcilicet Libertus). *Tiberinus* in vivis fuit ſub Tiberio Claudio Auguſto. Ars illi canere veterum Poëtarum, ac præcipue Homeri carmina ad Potentum convivia. Perſonatum inceſſiſſe perſuadent perſonæ tres in marmore ſculptæ; atque id mos poſcebat, quod pluribus confirmare poſſem. Egregia de *Perſonis* monumenta antiquitatis jam protulit in ſingulari Opere Franciſcus Ficoronius V. Cl. Romanorum Antiquariorum ætate noſtrâ princeps.

2 *Ibidem.*
Miſit idem.

P. VINICIVS
P. L. LACES
COMOEDVS
COMOED. V. A. XXXI.

3 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum
Liviæ Auguſtæ.

EVPHRO TERTI
AEDITVVS
ATIMETVS COMOEDVS

Tam *Euphronis* hujus *Æditui* (quem Italice *Sagriſtano* appellare poſſis) quàm *Atimeti Comœdi* conditio Servilis fuiſſe videtur, aut ſaltem Libertina.

1 *Smyrnæ,*
lapis, in quo ſculpta viſitur figura ſtans cum ſerpente
circa columnam.
Ex Donio.

ΑΔ ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΝ ΧΑΤΕΧΕΙ ΚΟΝΙΣ ΟΜΒΡΙΜΟΣ ΑΙΔΑΣ
ΕΙΡΥΣΕΝ ΑΗΘΕΩΝ ΕΛΙΚΟΣ ΕΞ ΑΓΕΛΑΣ
ΑΡΤΙ ΓΑΡ ΕΥΜΟΧΘΟΥ ΕΠΙ ΓΥΜΝΑΣΙΑΣ ΑΓΝΟΝ ΕΦΗΒΟΥ
ΣΧΗΜΑ ΛΑΧΩΝ ΕΡΑΤΑΝ ΩΛΕΣΕΝ ΑΛΙΚΙΑΝ
ΑΡΤΙ Δ' ΑΡΙΘΜΟΝ ΕΤΩΝ ΕΞ ΚΑΙ ΔΕΚΑ ΤΕΡΟΣ ΑΜΕΙΒΩΝ
ΖΜΕΡΤΟΜΑΡΑΙ ΣΤΥΓΕΡΟΝ ΜΑΤΡΙ ΛΕΛΟΙΠΕ ΓΟΟΝ

Ex Verſione
Antonii Mariæ Salvinii V. Cl.

Hic Heraclidem Retinet Cinis. Hunc Gravis Orcus
Æquali Juvenum De Grege Proripuit.
Gymnados, Heu! Duræ Quum Luderet Inter Ephebos,
Nuper Jucundam Perdidit Ille Animam.
Sexque Decemque Annis Exactis, Liquit Amœnus
Zmertomaræ Matri Terribiles Lacrymas.

2 *Auguſtæ Taurinorum,*
in Regia Scientiarum Academia.
Miſit Excellentiſs. Comes Ludovicus Caiſſottus,
Præſes Senatus Taurinenſis.

ΝΑΝΔΡΟΣ
Ν ΣΤΗΣΑΙ ΣΥΝ ΕΡΩΤΙ ΦΙΛΩ ΣΕ ΜΕΝΑΝΔ
ΕΤΕΛΕΙΣ ΟΡΓΙΑ ΤΕΡΠΝΑ ΘΕΟΥ
ΟΡΕΟΝ ΑΙΕΙ ΘΕΟΝ ΟΠΠΟΤΕ ΚΑΙ ΝΥΝ
ΦΗΝ ΚΑΤΙΔΩΝ ΑΤΤΙΚΑ ΠΑΣ ΣΕ ΦΙΛΕΙ
ΤΑΙΡΟΝ ΕΡΩΤΟΣ ΟΡΑΣ ΣΕΙΡΗΝΑ ΘΕΑΤΡΩΝ
ΕΝΑΝΔΡΟΝ ΑΙΕΙ ΚΡΑΤΑ ΠΥΚΑΖΟΜΕΝΟΝ
ΘΡΩΠΟΥΣ ΙΛΑΡΟΝ ΒΙΟΝ ΕΞΕΔΙΔΑΞΑΣ
ΝΗΝ ΔΡΑΜΑΣΙ ΠΑΣΙ ΓΑΜΩΝ
ΕΣΤΗΣΑ ΚΑΤ' ΟΦΘΑΛΜΟΥΣ ΣΕ ΜΕΝΑΝΔ
ΗΡΕΙΗΣ ΦΙΛΤΑΤΕ ΜΟΙ ΚΕΦΑΛΗ
ΕΤΑΞΕ ΣΟΦΟΣ ΚΡΙΝΕΙΝ ΜΕΤ' ΕΚΕΙΝΟ
ΟΣ ΚΛΕΙΝΟΣ ΠΡΟΣΘΕΝ ΑΡΙΤΟΦΑΝ

Supereſt fragmentum hoc ex marmoreâ Hermâ, ut ajunt, ſeu quadratâ Mercuriali ſtatuâ, aut trunco, quam Jacobus Gronovius Tom. 2. Antiquitat. Græcarum pag. 98. Edition. Lugduno-Batavæ, exhibuit. In eâ olim viſebatur Menandri caput, temporis injuriâ ſubinde exciſum ac deperditum. Elegantium duodecim Græcorum verſiculorum heic deſcriptorum Scriptorem exſtitiſſe Ælianum, ſunt qui opinantur. Accipe interim integrum ipſum Epigramma, ex eodem Gronovio deſumtum, ubi nonnulla tamen ſubobſcure præ temporis & characterum vetuſtate exarata ac deſcripta occurrunt,

I Ex Gronovio.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ

ΕΧΡΗΝ ΜΕΝ ΣΤΗΣΑΙ ΣΤΝ ΕΡΩΤΙ ΦΙΛΩ ΣΕ ΜΕΝΑΝΔΡΕ
(*) ΩΣΤΝΖΩΝ ΕΤΕΛΕΙΣ ΟΡΓΙΑ ΤΕΡΠΝΑ ΘΕΟΤ
ΔΗΛΟΣ ΑΕΙ ΦΟΡΕΩΝ ΑΕΙ ΘΕΟΝ ΟΠΠΟΤΕ ΚΑΙ ΝΤΝ
ΣΗΝ ΜΟΡΦΗΝ ΚΑΤΙΔΩΝ ΑΤΤΙΚΑ ΠΑΣ ΣΕ ΦΙΛΕΙ

ΦΑΙΔΡΟΝ ΕΤΑΙΡΟΝ ΕΡΩΤΟΣ ΟΡΑΣ ΣΕΙΡΙΝΑ ΘΕΑΤΡΟΝ
ΤΟΝ ΔΕ ΜΕΝΑΝΔΡΟΝ ΑΕΙ ΚΡΑΤΑ ΠΤΚΑΖΟΜΕΝΟΝ
ΟΤΝΕΚ' ΑΡ' ΑΝΘΡΩΠΟΤΣ ΙΛΑΡΟΝ ΒΙΟΝ ΕΞΕΔΙΔΑΞΑ
ΗΔΩΝΑΣ ΣΚΗΝΗΝ ΔΡΑΜΑΣΙ ΠΑΣΙ ΓΑΜΩΝ

ΟΤ ΦΑΤΛΩΣ ΕΣΤΗΣΑ ΚΑΤ' ΟΦΘΑΛΜΟΤΣ ΣΕ ΜΕΝΑΝΔΡΕ
ΤΗΣ ΔΕ Τ' ΟΜΗΡΕΙΗΣ ΦΙΛΤΑΤΕ ΜΟΙ ΚΕΦΑΛΗΣ
ΑΛΛΑ ΣΕ ΔΕΤΤΕΡ' ΕΤΑΞΕ ΣΟΦΟΣ ΚΡΙΝΕΙΝ ΜΕΤ' ΕΚΕΙΝΟΝ
ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΣ ΚΛΕΙΝΟΣ ΠΡΟΣΘΕΝ ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ

Hæc ita reddenda cenſeo.

Decet Sane Initium Ducere Cum Amore. Amo Te, Menander,
O - - - - - - - - - - - Perficiebas Orgia Jucunda Dei.
Clarus Semper (fuiſti) *Ferens Aſſidue Deum Olim. Et Nunc*
Quiſquis Tuam Speciem Intuetur, Te Amat;

Illuſtrem Amoris Sodalem Videns, Sirenem Theatrorum,
Menandrum Nempe Capite Semper Bene Compoſitum.
Cujus Quidem Rei Gratiâ Homines Hilarem Vitam Edocuit,
Dramatis Omnibus Scænam Voluptatibus Conjugio Socians.

Non Immeritò Meos Ante Oculos Te Statui, Menander,
Amiciſſime Meus, Hominis Sane Tibi Obſequentis, (aut *Concordis.*)
Ceterum Te Poſt Ipſum Secundo Loco (Verſibus) *Certare Conſtituit*
Sapiens Literatus Illuſtris Antea Ariſtophanes.

Ad celebrem itaque Dramaticum Poëtam Comicum *Menandrum* Athenienſem ſpectat, ut vides, Inſcriptio hæc; poſt multos ab ejus obitu annos ſibi poſita. Menandri autem Sepulcro Diodorus inſcripſit hoc Epigramma, quod exſtat Anthologiæ Lib. 3. Tit. 6.

ΒΑΚΧΩ ΚΑΙ ΜΟΤΣΗCΙ ΜΕΜΗΛΟΤΑ ΤΟΝ ΔΙΟΠΕΙΘΟΤC
ΚΕΚΡΟΠΙΔΗΝ ΤΠ' ΕΜΟΤ ΞΕΙΝΕ ΜΕΝΑΝΔΡΟΝ ΕΧΩ
ΕΝ ΠΤΡΙ ΤΗΝ ΟΛΙΓΗΝ ΟΣ ΕΧΕΙ ΚΟΝΙΝ ΗΝ ΔΕ ΜΕΝΑΝΔΡΟΝ
ΔΙΖΙΑΙ ΔΗΕΙC ΕΝ ΔΙΟC Η ΜΑΚΑΡΩΝ.

Ita vertit Johannes Meurſius.

Hìc Ego Cecropidem Natum Diophite Menandrum,
Bacchi Et Muſarum Delicias, Teneo
Exiguos Cineres, Quod Si Quæſieris Ipſum,
Cœleſtûm In Regno, Vel Jovis, Invenies,

1 *In* Thomasſâ *Villâ agri Aquilani,*
in dextro latere Ædis Sancti Johannis.
E ſchedis Ambroſianis.
Miſit etiam doct. V. Antonius Antinorius Aquilanus.

PROTOGENES — CLOVL
SVAVEI — HEICEI — SITVST
MIMVS — PLOVRVMA — QVE
FECIT — POPVLO. SOVEIS
GAVDIA — NVGES

Creditur hoc mihi unum ex antiquiſſimis Linguæ Latinæ monumentis. Animadverte commatum, ſive punctorum figuram. P. ibi ſcriptum ut Π. Græcorum. CLOVL, dum ita in marmore legatur, tenebras mihi facit. Neque enim audeo huc trahere antiquum verbum *Cluso*, ideſt *Nominor*, *Dicor*. Num *Cluentii*, aut *Cluvii Libertus*? Sed ſubſequens SVAVEI obſtat. HEICEI eſt pro HIC adverbio. Uti *Hocce* in uſu fuit Latinæ Linguæ, ita HICCE fuiſſe potuit. At in hoc lapide eſt HICI: quod an revera ab antiquiſſimis Latinis uſurparetur, agnoſcere nunc fortaſſis non poſſumus, poſtquam Librarii veteres ad Linguam & Orthograhiam ſui temporis tranſtulere vetuſtam Latinorum Orthographiam & Linguam. SITVST pro SITVS EST. Ita SOVEIS NVGES pro SVIS NVGIS. Hic ergo *Mimus Plurima Fecit Populo Suis Gaudia Nugis.*

2 *Romæ,*
prope Valetudinarium Incurabilium.
Ex Donio.

N. DECITIVS. N. L.	DECITIA. SABELLIONIS
SABELLIO MIMVS	LIBERTA. VXOR

3 *Puteolis,*
in diverſorio.
Ex Malvaſia, ac Donio.

C. VMMIDIVS
ACTIVS
ANICETVS
PANTOMIMVS

De *Mimis* & *Pantomimis* omnia nota ſunt apud Eruditos. Poſtremi ſub Auguſto erupere, geſtibus actiones hominum ita imitantes, earumque colloquia ita interdum pingentes, ut ſine voce particulas Comœdiarum peragerent. Sed & voce & carmine uſi fuerunt Mimi.

4 *Volaterris,*
in Sancti Alexandri.
Ex Gorio.

C. MANNEIVS
CORANVS
ARCHIMIMVS

Ideſt, *Mimorum Caput*, ex Urbe *Corâ*.

5 *Romæ.*
Ex Malvaſia.

M. AVRELIO AVG. LIBERTO
COMMODIANO MAXIMO
PANTOMIMO ET HISTRIONI
SCAENICO ANN. XI
VIRIDIA C. LIBERTA
MVSICA. COMMODIA
DONATA

6 *Romæ, apud Franciſcum Blanchinium V. Cl. Miſit ipſe.*
Dedit quoque Clariſs. Gorius.

ΙϹΤΟΡΙΑϹ ΔΕΙΞΑϹ
ΚΑΙ ΧΕΙΡϹΙΝ ΑΠΑΝΤΑ
ΛΑΛΗΛΑϹ. ΕΝΠΕΙΡΟϹ ΒΡΟΜΙΟΙΟ
ϹΟΦΗϹ ΙΕΡΗϹΤΕ ΧΟΡΕΙΑϹ ϹΥΝΠΑϹΧΩΝ
ΚΕΙΝΟΙϹ ΠΕΡ ΚΕΙΝΕΙΤΟ ΠΡΟϹΩΠΟΙϹ
ΚΟϹΜΗϹΑϹ ΠΑϹΑΝ ΘΥΜΕΛΗΝ ΔΙΔΑΧΑΙϹ
ΠΟΛΥΔΟΞΟΙΟ ΟΥΤΟϹ Ο ΠΑΙΔΙΑϹ
ΘΑΛΕΡΗϹ ΕΝΚΩΜΙΑ ΛΙΨΑϹ
ΚΕΙΤΕ ΔΕ ΓΗΡΑ ΒΕΒΑΡΗΝΟϹ
ΟΥΚ ΕΘΑΝΕΝ ΓΑΡ ΖΩϹΗϹ
ΕΥΧΟΡΟΙΟ ΤΕΚΝΗϹ
ΑΡΕΤΑΙϹΙ ΜΑΘΗΤΩΝ

Hexametros hoc ſeptem verſiculos ſic vertit Gorius.

Hiſtorias Monſtrans, Manibus Et Cuncta Loquutus,
Expertus Doctam Bacchi Sacrámque Choream,
Illuſtrans Omnem Doctrinâ Divite Scænam.
Affectus Vanis Perſonis Edere Motus.
Iſte Magiſterii Linquens Encomia Læti,
Heic Situs Eſt, Senio Gravis. Haud Mors Funere Merſit.
Diſcipulorum Etenim Virtute Ars Ludicra Vivit.

Pantomimum Anonymum deſcriptum heic habes.

1 *Præneste.*
E Suaresio Episcopo Vasionensi.

M. AVRELIO AVGG. LIB
AGILIO SEPTEMTRIONI
PANTOMIMO SVI TEMPORIS PRIMO
HERONICAE SOLO IN VRBE CORONATO
DIAPANTON AB IMPP. DD. NN.
SEVERO ET ANTONINO AVGG
PARASITO APOLLINIS
ARCHIERI SYNODI IIIIII. VIR. AV
HVIC RESPVBLICA PRAENESTINA
OB INSIGNEM AMOREM EIVS ERGA
CIVES PATRIAMQ
POSTVLATV POPVLI STATVAM POSVIT

Alteram vide apud Gruterum pag. 330. num. 3. positam huic ipsi *Marco Aurelio Septemtrioni*. De *Parasitis Apollinis* (Sacerdotes, aut Sacrorum Ministri fuere) multa habet Athenæus Lib. 6. atque in eum locum Casaubonus, qui Græcorum *Parasitos* non alios quàm Romanorum *Epulones* opinatur. Sed aliud, ut arbitror, Epulonum munus apud Romanos fuit. Gruteriana Inscriptio pag. 330. num. 1. hæc habet: ADLECTVS SCAENAE PARASITVS APOLLINIS IDEM MVLTARVM IN MIMIS SALTANTIBVS VTILIS ACTOR. Fuit hic *Archiereus*, ideſt *Pontifex Synodi*, quo nomine Gymnasium Athletarum donabatur. Pro HERONICAE scribendum in quartâ lineâ HIERONICAE. Appellabatur autem *Hieronica*, qui in celeberrimis quatuor Græciæ certaminibus victor evaserat. *Diapanton* ad augmentum laudis accedit. Aut enim significat, ipsum in Ludis ac Certaminibus quibusque primas retulisse; aut omnium probatione coronatum fuisse. Eadem vox in subsequenti occurrit.

2 *In agro Amerino,*
in loco, cui nomen magnum Trinianum.
Ex Donio.

AVREL
APOLAVSTO
HIERONICO. BIS. CORONATO
ET. DIAPANTON. PARASITO
ET. SACERDOTI. APOLLINIS
AVGVST. CAPVAE. MAXIMO

Hic idem *Apolaustus* est, qui in subsequenti Inscriptione laudatur. Mentionem præterea habes *Augustæ Capuæ*, scilicet, uti Clariss. Mazochius Canonicus Capuanus in Lib. de Amphitheatro Campano erudite ostendit, *Capua* olim appellata est *Colonia Julia Felix Augusta*. Ad rationes, quibus ille est usus, & istud marmor accedet. Vide Suetonium in Vita Julii Cæsaris Cap. 81. scribentem, paucis mensibus ante ejusdem Cæsaris cædem deductos fuisse *in Colonia Capua* ex *Lege Juliâ Colonos*.

4 *Messanæ, misit N. V. Andreas Luchesius.*

ΠΑΦΙΑΝΟC ΠΑΦΙ
ΟC ΤΗΔΗ ΥΠΟ ΤΗ
ΓΗ ΚΕΙΜΑΙ
ΚΩΜΩ
ΔΟC ΛΙΦΘΕΙC
ΤΟΝ ΖΩΝΤΩΝ CΤΕΦΑΝΟΝ

Ideſt:

Paphianus Paphius Sub Hoc Cespite Jaceo
Comicus Relictâ
Viventium Coronâ.

3 *Extra Canusium, apud Carmelitas.*
Ex Donio.

ELIO. AVG. LIB
ELIO. APOLAVSTO
PANTOMIMO
VSTALIVM. QQ
ONIS. E. TEMPORIS
SVI PRIMO
ONIA AVRELIA
G. PIA CANVSIVM
D D

Fortasse hæc ita supplenda est.

L. (seu) M. A*elio Augusti Liberto*
AVR*elio Apolausto*
Pantomimo
AVG*ustalium Quinquennali*
HIER*oni*CAE *Temporis*
Sui Primo
COL*onia Aurelia*
AV*gusta Pia Canusium*
Decurionum Decreto, (vel *Dedicavit*.)

Vide Gruterum, qui pag. 313. num. 8. alteram protulit, *Lucio Aurelio Apolausto* positam. Incertum autem est ex hoc lapide, num *Apolaustus* iste fuerit Libertus Marci Ælii Aurelii, an potiùs Lucii Ælii Commodi, qui demortuo Antonino Pio Augusto Anno Vulgaris Æræ 161. imperare cœperunt. Certum verò est, hunc ipsum Apolaustum *Pantomimi* in Theatro partes egisse circa ea tempora, Sæculo scilicet Secundo a Christo nato. *Canusinæ Coloniæ* nescio an alibi mentio habeatur. Hinc discimus, a M. Aurelio Augusto Philosopho Coloniam illuc fuisse deductam.

1 *Prope Neapolim lapis effossus Anno 1738.*
Misit Ignatius Maria Como.

A. MAMMI RVFVS. II. VIR. QVIN. THE.........
DE SVO

Censent eruditi Neapolitani, eo in loco *Theatrum* olim exstitisse, cujus *Orchestram Aulus Mammius Rufus Duumvir Quinquennalis* sua pecunia restituerit, hi enim in litteris exesis Theatri Orchestram, legendum putant.

Hisce addere mihi liceat Inscriptionem, quæ ante mille & ducentos annos, non Marmori, sed pergamenæ commendata fuit. Legitur ipsa in antiquissimo ac celebratissimo Vergilii Codice MSto Florentiæ in Bibliothecâ Mediceâ Laurentianâ adservato. Illam publici juris fecit immortalis nominis Cardinalis Norisius. Rursus etiam dedit inter Inscriptiones Etruriæ Part. II. pag. 452. Clarist. Gorius. Digna est Epigraphe, quæ locum etiam in Classe istâ habeat, quum & in ipsa de Ludis editis agatur.

2 *Florentiæ,*
in Bibliotheca Medicea ad Sancti Laurentii,
in fine Bucolicorum Vergilii MSS.
Ex Gorio.

TVRCIVS RVFIVS APRONIANVS ASTERIVS VC ET INL. EX COMITE DOMEST. PROTECT. EX. COM. PRIV. LARGIT
EX PRAEF. VRBI PATRICIVS ET CONSVL ORDIN LEGI ET DISTINCXI CODICEM FRATRIS MACHARI VC
NON MEI FIDVCIA SET EIVS CVI SI ET AD OMNIA SVM DEVOTVS ARBITRIO XI. KAL. MAI ROMAE
P. VER GILI MARONIS
DISTINCXI EMENDAVI GRATVM MIHI MVNVS AMICI SVSCIPIENS OPERI SEDVLVS INCVBVI
BVCOLICON .... LIBER EXPLICIT
TEMPORE QVO PENACES CIRCO SVBIVNCXIMVS ATQVE SCENAM EVRIPO EXTVLIMVS SVBITAM
VT LVDOS. CVRRVSQ. SIMVL VARIVMQ. FERARVM CERTAMEN IVNCTIM ROMA TENERET OVANS
TERNVM QVIPPE SOFOS MERVI. TERNA AGMINA VVLGI. PER CAVEAS PLAVSVS CONCINVERE MEOS
PRETIVM IN QVAESTVM FAMAE CENSVS IACTVRA CVCVRRIT. NAM LAVDIS FRVCTVM TALIA DAMNA SERVNT
SIC TOT CONSVMPTAS SERVANT SPECTACVLA GAZAS. FESTORVMQVE TRIVM PERMANET VNA DIES
ASTERIVMQ. SVVM VIVAX TRANSMITTIT IN AEVVM QVI PARCAS TRABEIS TAM BENE DONAT OPES
INCIPIT GEORGICON LIB. I. FELICITER
VS
QVISQVE LEGIS PERLEGAS FELIX PARCASQVE BENIGNE SI QVA MINVS VACVVS PRAETERIIT ANIMVS

In lineâ tertiâ Norisius legebat CVI SIT AD OMNIA. Gorius CVI SI ET AD OMNIA. In utraque lectione vitium.

In lineâ quinctâ Norisius habet DISTINCXI EMENDANS. Gorius DISTINCXI EMENDAVI. Profectò leges versus exposcunt *Emendans*. Quare, si illic revera legitur *Emendavi*, & MACHARII in secundâ lineâ, justa suspicio oboriatur necesse est, non eam Epigraphen processisse ex ipsius *Turcii Asterii Exconsulis* calamo, manu-ve, qui uti literatissimus vir & Poëta, & ad emendandum ipsius Vergilii textum idoneus, numquam pro *Emendans* scripsisset *Emendavi*, neque suprà *Cui si & ad omnia*. Quamobrem Vergilianus ille Codex tam fidenter tribui nequit Scriptori circiter Annum Christi 496. viventi, quum posterior aliquis Librarius ad describendos Vergilii Libros adhibitus, in exemplum suum retulisse potuerit Epigraphen & Versus ab eodem Asterio profectos, uti ab aliis factum fuit.

In eadem lineâ quinctâ Norisius alio charactere legit SVCCEDENS. Gorius SVSCIPIENS. Et rectius.

In lineâ septimâ Norisius habet CENACES. Gorius PENACES. Utraque lectio peregrina, & vitiatam suspicari, nefas minime erit, dum aliquis hujusce vocis sensum aperiat. An *Pinaces*, idest *Tabulas*, *Asseres*, Librarius scripsisse voluerit, aliorum erit expendere. Athenæo teste Lib. 14. *cum tibiis saltabant saltationem celeustæ, quam nuncupabant* ΠΙΝΑΚΙΔΑ *Pinacida* vel *Tabellam*. Et Pollux Lib. 4. Cap. 14. scribit; Τὰς δὲ ΠΙΝΑΚΙΔΑΣ *Pinacidas autem*, vel tabellas, *saltabant: nescio utrum supra tabulas, an* πίνακας *tabulas ferentes*.

In lineâ Nonâ Norisius legit TANTVM. Gorius TERNVM. Et melius.

In lineâ decimâ PRETIVM: est Glossema in margine, sed ineptum, quod in textum irrepsit, ex quo rursus inferas, *Asterii* manu hæc scripta minime fuisse.

In lineâ duodecimâ Norisius legit PARTAS. Gorius PARCAS. Primum Asterius scripserit. Postremum Librarius incautus obtrusisse videtur.

In lineâ quartadecimâ animadverte PERLEGAS. Vitiata vox. Fortasse scribendum RELEGAS.

Atque hæc pauca adnotasse licuerit in nobile hoc monumentum. Et quoniam, uti sperare nos fecit Gorius, ad illustrandum illud ipsum sese contulerat V. Cl. Antonius Cocchius, in Florentino Lycæo publicus Philosophiæ Naturalis Professor, ipsius erit diligenter in ista inquirere, & ad incudem revocare, quæ ego dubitantis specie in Codicem ab oculis meis remotum protuli. Ceterum triplex Spectaculorum genus unâ die *Asterius* Romano Populo, atque in eodem loco, dedit, scilicet *Ludos Scænicos*; *Cursum Equorum*, idest Bigarum aut Quadrigarum; & *Certamen Ferarum*, *Euripo*, hoc est fossâ, celeri conatu circumductâ pro septo. SOPHOS in nonâ lineâ, Acclamationis genus fuit, nempe Græcum adverbium Σοφῶς, quo Latini sæpe utebantur, ut Oratoribus, Poëtis, & Histrionibus plauderent, *Scitè* seu *Sapienter* significans. Martialis multis in locis illius meminit. At heic *Sophos* ad Asterium ingeniosum ejusmodi Spectaculorum Auctorem refertur, ac si dicas, *Sapiens Asterius*.

1 *Venetiis, in Bibliotheca S. Marci. Ex P. Montfauconio.*

Græca deſiderantur.

Sub Ariſtæchrno Archonte Gamelionis X. conventus legitimæ auctoritatis in loco Comitiorum, Menander Menandri filius Melitenſis dixit: Quandoquidem Eubulus Demetrii filius Marathonius, & in Magiſtratibus, ad quos electus eſt, probe atque honorifice ſe gerens inculpatum ſe præſtitit, & poſtquam Spectaculorum quoque Præfectus electus eſt, cum Filio ceteriſque Collegis probe & pro merito præmia diſtribuit. Ac primum in Panathenæis id effecit, ut Populus Athenienſium, qui in Delo ſunt, honoraretur aureâ coronâ proclamatâ in theatro, quod in Urbe ſitum eſt. Legationibus item ſæpe functus, ſtrenueque rem agens, multa Athenienſibus, qui in Delo ſunt, procuravit. Sacerdos inſuper magnorum Deorum factus, ac deinde Æſculapii; rurſuſque cooptatus a Populo, & nactus Liberi Sacerdotium, proprio ſumtu pompas & ſacrificia pro Athenienſibus & Romanis pulchre, atque ut Sacerdotem decebat, peregit. Ut igitur Populus videatur iis, qui ſibi bona & utilia conferunt, dignas rependiſſe gratias: quod bene vertat, decretum eſt in Senatu, ut qui electi Præſides erunt in proximo Concilio his de rebus loquantur, utque ſententia Senatus ad Plebem referatur, quod ſcilicet placeat Senatui, ut coronetur Eubulus Demetrii filius Marathonius ſacrâ Dei coronâ, virtutis cauſsâ, nec non benevolentiæ erga Populum; utque jam tres Legati eligantur, qui adeuntes Athenarum Senatum & Concilium, rogent, ut annuant decretis in gratiam Eubuli latis; utque hoc decretum ſcribatur in cippo lapideo & erigatur in Heracleo. Legati Athenas ſecundùm præſens Decretum electi ſunt iſti, Antheſterius ex Myrrhinuſa, Xenophilus Oeneus, Demetrius Marathonius. Decretum Athenis quoque confirmatum eſt.

MAGISTRATUUM AC DIGNITATUM MAJORUM.

CLASSIS X.

1 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Misit Laurentius Maffejus V. Cl.

D . M.
ABGAR
PRAHATES
FILIVS. REX
PRINCIPIS
ORRHENORV
HODDA
CONIVGI. BENE
MERENTI. FEC

PRAHATES fortasse scriptum pro PHRAATES. ORRHENORVM nihil aliud heic est, nisi *Osrhoënorum*. *Osrhoëne* autem Provincia Mesopotamiæ fuit, cujus Metropolis Edessa nobilissima Civitas. Ejusdem Provinciæ Regulos sive Dynastas, *Abgari* nomen semper gessisse, discimus ex Dione Lib. 40. ubi scribit, *Abgarum Osrhoënum* Anno Urbis Conditæ 690. cum Pompejo fœdus percussisse. Ita in Annalibus Ecclesiasticis sub Tiberio Augusto memoratur *Abgarus Edessæ Rex* &c. Capitolini quoque in Vita Antonini Pii Cap. 9. verba sunt: *Abgarum Regem ex Orientis* partibus *sola auctoritate deduxit*. Porro Inscriptionem hanc spectare arbitror ad tempora Severi Augusti, aut ejus filii Caracallæ. Nam Herodiano teste Lib. 3. *Rex Osrhoënorum Abgarus ad Severum transfugit, ac liberos obsides tradens, fidem suam auctoravit*. Uni ex iis Romæ vitâ functo videtur positus hic titulus. Caracalla deinde eumdem Abgarum in vincula conjecit, & Osrhoënem Rege destitutam cepit. Vide Cardinalem Norisium Dissertat. 2. Cap. 3. de Epoch. Syromacedonum.

2 *Corfinii,*
in Sancti Alexandri.
E schedis meis, & ex Donio.

C. ACCAVO. C. F.
SER. FRENTIONI
IIII. VIR. I. D.
SENTIA. P. F. MATER
DE SVO FE

3 *Hispali,*
E schedis P. Johannis Baptistæ Cattanei
Minoris Observantis Regiensis.

M. ACCENNA. M. F. GAL. HELVIVS
AGRIPPA PRAETORIVS TRIB. PLEB.
LEG. PROVINCIAE AFRICAE DIOECESIS
CARTHAGINENSIVM ITEM QVAESTOR
PROVINCIAE AFRICAE VIII. VIR. CAPITALIS
TRIB. LATICL. SYRIAE LEG. XVI. FLA.
ITEM. TRIB. LATICLA. BRITANNIAE LEG. XX.
VAL. VICTRICIS CVRIO MINOR VIXIT
ANNIS XXXIIII. MENSIBVS .... DIEBVS XXIIII.
M. ACENNA. HELVIVS AGRIPPA
PATER FECIT

Pro VIII. VIR scribe III. VIR CAPITALIS, ut in aliis lapidibus. Hi caussas capitales infimæ Plebis cognoscebant. De *Tribunis Laticlaviis* id solùm monebo, eos ita appellatos, quod jus haberent deferendæ tunicæ Laticlaviæ, jus sane magni faciendum, quum & Senatores eâdem insigni veste uterentur. Hinc deducas, plerosque âlios Tribunos ejusmodi ornamento caruisse, & fortassis Augustoclavio fuisse donatos.

4 *Tibure,*
apud Castrum vetus.
E schedis Fratris Jucundi misit Gorius V. Cl.

M. ACCENNAE. L. F. GAL. SATVRNINO
PROCOS. PROVINC. BAETIC.
PR. PR. QVAESTORI
ATILIA. L. F. BALBILLA
MARITO. OPTIMO

5 *In loco incerto.*
Ex Donio.

D M
M. ACERRANO. M. F. AEM.
SECVNDO. IIII. VIR.
Q. Q. DES
PONTIFICI. PATRONO.
MVNICIP. LIB. QVE. ET
HEREDES
EX TESTAMENTO

Pro QVE legendum puto QVI. videlicet *Liberti*, *qui & Heredes* Monumentum Posueruut. Iste fuit *Quinquennalis Designatus*: unde intelligis, quanto in honore fuerit in Municipiis & Coloniis honor Quinquennalitatis.

1 *Utini.*
Misit Comes Franciscus Beretta V. N. Utinensis.

P. ACCIVS. P. LIB
ATHICTVS. IIIIII. VIR
V F. SIBI. ET. ACCIAE. P. LIB
HOREAE. VXORI. KARISSIMAE

2 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre Episcopo Clariss.

L. ACESTIO. L. L.
SATVRNINO
IIIIII. VIRO
STATILIA. TIMELE
VXOR FECIT

3 *Arretii,*
in Sanctæ Catharinæ Rotarum.
E schedis meis.

AP. ACCIVS. A. F.
Q. GAVIVS. L. F.
DVO. VIR
EX. D. D. PONTEM
...A...IV..D. COE

Duumviri, seu *Duoviri*, appellari consuevecunt, qui præerant Reipublicæ in Municipiis & Coloniis, ac propterea hic omnium Municipalium Magistratuum nobilissimus fuit. Scilicet Duumviri in Civitatibus veluti Consules Romæ in honore erant.

4 *Panormi.*
E Gualterio.

L. ACILIO L. F. QVI
RVFO
Q. PROPR. PROVINC
SICIL. TR. PL. PR.
PRAEF. FRVM. DAND.
EX. S. C.
HISPELLATES. PVBLIC.
D. D
PATRONO

QVI. idest *Quirina* Tribus. Lapidem hunc produxerat & Gruterus pag. 344. 8. sed non sine mendis.

5 *Romæ,*
in Sancti Clementis.
Ex Donio.

M'. ACILIO C. F.
QVAESTORI DIVI CLAVDI
PROVINCIAE ASTYRIAE
SODALI-------------

6 *Torcelli,*
in Sancti Johannis Baptistæ.
E schedis Valeriis.

P. ACILIVS. P. F. ASCA
DECVRIO SIBI ET
P. ACILIO. M. F. PATRI
SEXTILIAE. SENI. F. MATRI
P. ACILIO. P. F. FRATRI
IN. FR. P. C. XX. RETRO P. C. XX.

7 *Ad tumulum*
Adimanti Corinthii.
E Plutarcho.

ΟΥΤΟΣ ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΥ ΤΑΦΟΣ ΟΝ ΔΙΑ ΠΑΣΑ
ΕΛΛΑΣ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ ΑΜΦΕΘΕΤΟ ΣΤΕΦΑΝΟΝ

Idest:

Hic Adimanti Tumulus, Per Quem Universa
Græcia Libertatis Coronam Sibi Cinxit.

8 *Venetiis,*
in Sancti Marci.
E schedis Farnesiis
misit P. Franciscus Andreasius e Societate Jesu,
& ex Donio.

Q. ACVTIVS. Q. F. DIOMEDES
IIIIII VIR

9 *In Valluscita agri Spoletini.*
Misit P. Philippus Camerinius Presbyter
Oratorii Camertis.

Q. AEDIVS. Q. F.
CLEMENS. IIII. VIR
AED. POT. ET
ALFIA. ATALANTE
VXOR. OPTIMA. HIC
ADQVIESCVNT

10 *Imolæ,*
apud fores Episcopi.
E schedis meis.

T. AEFVLAN
AED. Q.
SPINTINIA

AED. Q. hoc est, *Ædili Quinquennali.*

1 *Romæ,*
Misit Clarìs. Ficoronius,

AEGNATIVS. A. F. POM BEBIA POSV
STRABO VIOCVRVS PERPERNIAE
V. VIA EDVM. FILIA

VIOCVRVS mihi est *Viarum Curator*. In lapide Gruteriano pag. 378. num. 8. idem nomen tributum videas *M. Bæbio Secundo*. Quid sit V. VIA. EDVM, divinet qui potest. Rursus scrutari marmor præstaret.

4 *Cordubæ,*
ad Portam de los Sacos.
E schedis P. Cattanei Minor. Observantis.

AELIAE. VITALI
CONIVGI
AG. VIC. PRAEF

5 *Romæ,*
in Sancti Viti in Macello.
Ex Ligorio.

AETERNAE. ANIMAE.

L. AELI. TERTI. CAVSIDICI
QVAE ---- TSPIFIO. FVIT. CON
DICIONE ---------------- ANNIS
XXX ------------------
CVIV ------------------ I
PERV ----------- FELI
CISSIMO ------------ P. AELIVS
TERTIVS. PATER. HVNC. PLACEN
TIA. HABET. PATRIA. QVEM ROMA
CREAVIT. MARMOREO. POSI
TVM. SOLIO. ARAMQVE. SACRA
VIT. IN. HORTIS. ALLI. FILETIANI
CARISSIMI. AMICI. CVRANTE
L. AELIO. COMA. PATRVO. FILIO
INNOCENTISSIMO.

ΑΝΘΡΟΠΙΝΑ

Dolendum est, excidisse partem Inscriptionis hujus, quæ nobis agnoscendum propius dedisset *Lucium* istum *Ælium Tertium Causidicum*. Longe sane ab Epicureismo is aberat, qui *Animam Æternam* credidit. Nullum tamen heic signum Christiani hominis. Postremum Græcum vocabulum hoc modo scriptum ΑΝΘΡΟΠΙΝΑ, ad *Corpoream* partem pertinet, quum Anima ad superos evolasse crederetur. Fabrettus pag. 378. hanc ipsam adfert, quod sero animadverti; at is legit L. ALLI TERTI, & infra L. ALLIVS TERTIVS, & in linea pen. L. ALLIO COMA. Certe *Alliam* & *Æliam* gentem, unam eamdemque fuisse censent Eruditi. Sed haberi heic *Ælius*, non *Allius*, evincere possunt tres alii Lapides a Grutero producti pag. 1090. 14. 15. & 16. ubi occurrunt *Ælii Tertius & Coma* ponentes titulum *Sex. Ælio Victori patruo*, ut reliquos omittam.

2 *Tarracone.*
E schedis Ramberti
apud Canonicum Bertoli.

D . . . M
M. AEL. ATAEO
VI. V. AVG.
M. AEL. FABIANVS
PATRI BENEMEREN
TI. FEC

3 *Romæ,*
in Museo Albano.
Exscribendum curavit Franciscus Blanchinius.

D . M
AELIO BVLIMIONIDI
VI VIRO ADLECTO AELI
A. IANVARIA FIL. ET
VLPIA HEROIS CON
IVNX B. M. F. ET SIBI
ET SVIS LIB. LIBER
TABQ. POSTERISQ.
EORVM

6 *Ancyræ.*
Ex Clariss. P. Montfauconio.

Τ. ΑΙΛΙΟΝ ΦΛΑΟΤΙΑΝΟΝ
ΣΟΤΛΠΙΚΙΟΤ ΔΙΣ ΓΑ
ΛΑΤΑΡΧΗΝ ΤΟΝ Α
ΓΝΟΤΑΤΟΝ ΚΑΙ ΔΙ
ΚΑΙΟΤΑΤΟΝ ❦
ΦΛΑΟΤΙΑΝΟΣ
ΕΤΤΤΧΗΣ
ΤΟΝ ΓΛΤΚΤΤΑ
ΤΟΝ ΠΑ
ΤΡΩΝΑ

Ideſt:

Titum Ælium Flavianum
Sulpicium Bis Ga-
latarchen Cas-
tissimum Et Jus-
tissimum,
Flavianus
Eutyches
Dulcissi-
mum Pa-
tronum (subaudi *Honorat.*)

ΓΑΛΑΤΑΡΧΗΝ *Galatarchen*, ideſt principem, seu unum e primoribus inter Galatas. Ancyra Metropolis Galatiæ fuit, ubi hoc Marmor.

1 *Parisiis*, *apud D. Abbatem* Fauvel. *Misit Bimardus V. Cl.*

ΤΟ ΜΝΗΜΑ ΤΟΥΤΟ ΕΣΤΙΝ ΠΟΠΛΙΟΥ ΑΙΛΙΟΥ ΤΕΡΤΙΟΥ ΣΜΥΡ
ΝΑΙΟΥ ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥ ΚΑΙ Ο ΠΡΟΣΚΕΙΜΕΝΟΣ
ΤΩ ΜΝΗΜΕΙΩ ΤΟΠΟΣ ΟΥ ΤΗΣ ΔΙΑΜΟΝΗΣ ΚΑΙ ΩΝ ΒΕΒΟΥΛΗΜΑΙ
ΔΙΑ ΤΗΣ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ ΕΚΕΧΑΡΑΓΜΕΝΗΣ ΤΗ ΣΟΡΩ ΠΡΟ
ΝΟΗΣΟΥΣΙΝ ΟΙ ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙ ΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙ ΕΧΟΝΤΕΣ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ ΔΙΚΑΙΟΝ ΤΟΥ ΤΑΦΗΝΑΙ ΕΝ ΤΩ ΜΝΗΜΑΤΙ ΧΩΡΙΣ ΤΟ
ΕΠΕΙΣΕΝΕΚΕΙΝ ΤΗ ΣΟΡΩ ΕΝ Η ΕΓΩ ΚΗΔΕΥΘΗΣΟΜΑΙ ΕΤΕΡΟΝ
ΝΕΚΡΟΝ Η ΕΤΕΡΑΝ ΕΠΙΘΕΙΝΑΙ ΣΟΡΟΝ ΤΩ ΜΝΗΜΕΙΩ ΕΙΔΕ ΜΗ
ΕΑΝ ΕΠΕΙΣΕΝΕΓΚΩΣΙΝ ΠΑΡ Α ΒΕΒΟΥΛΗΜΑΙ Η ΕΠΙΘΩΣΙΝ
ΑΠΟΔΟΣΟΥΣΙΝ ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΙΣΚΟΝ ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΔΗΝΑΡΙΑ ΠΕΝΤΑΚΙΣ ΧΕΙΛΙΑ

Ex versione Bimardi.

Hoc monumentum est Publii Ælii Tertii Smyrnæi Decurionis Pædotribæ, ut & locus adjacens Monumento. Cujus conservationis, & eorum, quæ dispoſui per Inſcriptionem Sarcophago inſcriptam, curam gerent Heredes mei, & Liberti, qui & ipſi Jus habent Sepulturæ in Monumento, excepto quod illis non licet ſuperinferre Sarcophago, in quo ego ſepultus fuero, alium mortuum, neque imponere alium Sarcophagum huic Monumento. Sin minùs, & ſuperintulerint præter ea, quæ diſpoſui, & ſuperpoſuerint: ſolvent ipſi Fiſco Dominorum Imperatorum Denariorum quinque millia.

De *Pædotribis* aliquid innui ego in Claſſe IX. *de Spectaculis*.

2 *Panormi*, *E Gualterio*.

D. M
P. AELIO. P. F
VER------EQV
ROM---O---MA
PRIMA---VIX. AN. XII. ME
S. X. D. XXIII. P. AELIVS. FELIX
PATER---------- F. MA
TER. FILIO. PIENTISSIM
O. ET. DVLCISSIMO.
FECERVNT

3 *In Morviedro in Hiſpania.* *E ſchedis Farneſiis.*

PAVLO AEMILIO
PAVLI F. PAL
REGILLO XV VIR
SACRIS FACIEND.
PRAEFECTO VRB
IVRI DICVN
QVAESTOR
TI. CAESARIS AVG
PATRONO

Exhibetur nobis *Paulus Æmilius* iſte *Regillus Præfectus Urbi Juri dicundo*: quæ jungi nequeunt. Sed in ſchedis Patris Cattanei rectius exſcripta verba rectum nobis ſenſum præbent. Ibi nempe poſt *Præfecto Urbi* lacuna eſt, uti & poſt *Juri dicundo*. Itaque hunc opinari licet *Præfecturâ Urbanâ* ornatum, ſimulque aliis dignitatibus auctum. Sub Commodo, uti ſcribit Lampridius, *Præfectus Prætorio* fuit *Regillus*. Iſte vero *Præfectus Urbi* fuiſſe videtur ſub Tiberio Auguſto.

1 *Bononiæ,*
in Museo Abbatis Ammonii
Urna figulina.
Misit Dionysius Sancassanius V. Cl.

CINERES
SEX. AELIVS
LVCI. FILIV
III. VIR

2 *Tuscanellæ,*
in maceriis Sancti Angeli.
Misit Sebastianus Dinius.

D. M
L. AEMIHE. F. FELI.
DECVR. AH. HARVSPICI.
EVDOCIA. MAXIMA.
CONIVGI. OPTIMO.
SAPIENTISSIMO
B. M. V. A. XXXXIIII.

Quamquam Dinius testis oculatus, per literas mihi significarit, legi in marmore AEMIHE, suspicari tamen licet, marmorarium posuisse H. pro A. In linea subsequenti sigla AH. innuere videtur literas nominis loci illius, ubi *Æmiha* iste Decurionatus honore fruebatur. Sed quænam ista Civitas?

3 *Nemausi.*
Misit Bimardus.

CN. AEMILIVS DIONYSIVS
MAGISTRI. PRIMI. INTER. COLLIBERT
D S F

Animadvertit Clariss. Bimardus, non tantùm fuisse *Magistros* inter Servos, quales occurrunt in Columbariis Libertorum & Servorum Liviæ Augustæ, sed etiam inter *Collibertos*, uti cernimus in Donianâ Clafs. II. num. 18. Immo plures fuisse Magistros unâ in domo hinc discas, quum nostra hæc *Magistrum* primum exhibeat, exemplo alibi minime obvio.

4 *Pergami,*
in epistylio Columnæ.
Ex Thoma Smitho.

MA. AEMILIO AVR. PVB. PROCVLO
PRAEF. FABR. MA. LEPIDI AVG.
PROCVR. SACRVM

Pro LEPIDI sensus poscit LEPIDO aut LEPIDIO. Heic AVG. est *Augure*, aut *Augustali*.

5 *Messanæ.*
Ex Gualterio.

D. M
M. AEMILIVS
FELICIANVS
SCRIBA. PVB.
FIDELISSIMVS
V. A. XLIII.
NONIA ZOSIMA
MARITO. B. M

6 *Bononiæ,*
in Instituto Scientiarum.
Excripsit amicissimus mei Petrus Hercules Gherardius Mutinensis.

M. AEMILIVS
GEMELLVS DE
CVRIO-------
SOTE. FECIT. L.
SVO

7 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Albani.
Exscribendum curavit Franciscus Blanchinius V. Cl.

D. M
P. AEMILIO P. F. NICOMEDI PATRI
INCOMPARABILI
DECVRIALI DECVRIAE LICTOR
CASTRIVM DECVRIAR. X. PRIMO
ITEM DECVR. LICTOR. POPVLARIS
DENVNTIAT. X. PRIMO
ITEM PRAECON AEDILIVM CVRVL
X. PRIMO
AEMILII NICOMEDES ET NICOMEDES
ET THEOPHILA FILI ET
HEREDES FECERVNT

Apud Gruterum pag. 348. 7. habetur Epitaphium *P. Æmilii Nicomedis Junioris*, ejusdem videlicet, qui hoc Patri suo Monumentum posuit. *Decurionum Decem Primos* Cicero pro Roscio commemorat. In Codice quoque Theodosiano l. 39. *de Episcopis*, & alibi, occurrunt *Decem-Primi Curiales*. Ita & inter *Lictores* fuere *Decem-Primi*. Habemus apud Gruterum pag. 250. *Denuntiatores Regionum Urbis*. Et pag. 254. num. 4. *Denuntiatores Puteolanos*. At quid *Castrium*? Num *Castrensium*? Aulæ quoque Ministeria appellata fuere *Castrensia*. Suspecta verò mihi est vox *Popularis*. Scriptum fortasse fuit *Popularium*.

1 *Venetiis,*
in ædibus N. V. Nicolai Venerii.
E Sertorio Ursato.

Q. AEMILIVS. Q. F.
PAL. SECVNDVS
CASTRIS. DIVI. AVG.
P. SVLPITIO. QVIRINO. LEG
CAESARIS. SYRIAE. HONORI
BVS. DECORATVS. PRAEFECT
COHORT. AVG. I. PRAEFECT
COHORT. II. CLASSICAE. IDEM
IVSSV. QVIRINI. CENSVM. FEC
APAMENAE. CIVITATIS. MIL
LIVM. HOMIN. CIVIVM. CXVII
IDEM. IVSSV. QVIRINI. ADVERSVS
ITVREOS. IN LIBANO. MONTE
CASTELLVM. EORVM. CEPIT. ET. ANTE
MILITIAM. PRAEFECIT. FABRVM
DELATVS. A. DVOBVS COS. AD AE
RARIVM. ET. IN. COLONIA
QVAESTOR. AEDILIS. II. DVVMVIR. II.
PONTIFEX
IBI. POSITI. SVNT. Q. AEMILIVS. Q. F. PAL
SECVNDVS. F. ET. AEMILIA. CHIA. LIB
H. M. AMPLIVS. H. N. S

Insignis ista Inscriptio si magno Cardinali Norisio nota fuisset, ejus eruditionem auxisset in Cœnotaphiis Pisanis Dissertatione II. Cap. 16. §. 12. ubi fuse differit de *Publii Sulpicii Quirini* Legatione, sive Præfectura Syriaca. Nempe hic idem est, de quo Sanctus Evangelista Lucas Cap. 2 hæc habet: *Exiit edictum a Cæsare Augusto, ut describeretur universus Orbis. Hæc descriptio prima facta est a Præside Syriæ Cyrino.* Idem fuit *Cyrinus* atque *Quirinus*. Porro ex isto marmore confirmatam mirum in modum videas sacram Historiam. Neque enim ab hoc Epigrammate discors est Sanctus Evangelista, quod *Quirinus* heic *Legatus Cæsaris* in Syria dicatur, ab illo verò *Præses Syriæ*. In archetypo Græco est ἡγεμονεύοντος, quod æque vertas, *Præsidem*, *Legatum*, *Procuratorem* &c. Et *Quinctus* quidem *Æmilius*, ad quem spectat Inscriptio, *Censum fecit Apamenæ Civitatis, sed jussu* ejusdem *Quirini*. Discimus & hinc, bellum Ituræis ab eo inlatum. Quid sit, *& ante Militiam præfecit Fabrum*, obscurum mihi est. Ignotum quoque est, de quanam *Colonia* heic sermo sit; nam Lapis aliunde Venetias asportatus fuit.

2 *Patavii.*
E schedis Jacobi Valvasonii.
Misit Comes Franciscus Valvasonius.

T. AENIVS. SP. F. FAB. SECVNDVS
TRIB. MIL. CVR. AER. T. F. I

3 *Rejis, vulgo* Ries.
Misit N. V. Joseph Bimard de la Bastie,
Montis Seleuci Baro.

AEVILLIA. MAXIMI. F.
SECVNDINA. SIBI. ET. C
AEVILLIO. RECEPTO. T.
FI. C. VALERIVS
MAXIMVS. AED. H. F. C.

Idest Ædilis Heroum faciendum curavit.

4 *Perusiæ,*
apud Dominos Vibios.
Misit P. Philippus Camerinius.

AFINIAE. M. F.
GEMINAE. BE
BIANAE. C. F
VXORI
VIBI GALLI C. V
VIBIVS THVLLVS
PATRONI
VXORI

C. F. in tertia linea significat *Clarissimæ Feminæ*. C. V. in quincta *Clarissimi Viri*. Et quid si Uxor hæc fuerit *C. Vibii Treboniani Galli*, e vivis erepta ante Annum Christi 251. quo is Romanorum Imperator ab exercitu salutatus fuit? Certe ad eam gentem spectasse videtur iste *Vibius Gallus Vir Clarissimus*.

5 *Neapoli, apud Cæsarem Carduinium.*
E schedis Ambrosianis.

AGLAO. PSOPHIDIO
HOMINI. BONO. HIC
NEMINI. MALEDIXIT. AV
RVM. ARG. CONCVPIIT. MI
NVS. IN. OMNI. VITA. FORO.
VRBIB. SIBI. INTERDIXIT. ET
COEDIB. CVM. FVNDO. PER
PETVVM. NEGOCIVM. HA
BVIT. PRIMITIAS. LIBAVIT.
ANNVO. CONTENTVS. ALIMENTO.
PARRHASII. POPVLARI
SVO. B. M. CONLATA. PE
CVNIA. POS.

An fieri potuerit, ut *Parrhasii*, Arcadiæ Populi, Latinis literis huic Populari suo monumentum posuerint, mecum unusquisque dubitabit. Veri videtur similius, versionem hanc esse Græci epigrammatis, quamquam & saxi forma, & verborum contextus aliter suadere possit. COEDIB. vox mihi suspecta. Locum fortassis indicat, ubi *Aglaus* in secessu vitam ducebat. Ceterum in aliis schedis, & apud Gruterum, memini me videre alteram similem Inscriptionem hominis, qui *nemini maledixit*.

6 *Frusinone,*
ad Sancti Pauli.
Ex Donio.

A. AGNEIVS. L. F. OVF. NIGER II. VIR
A. AGNEIVS. L. F. RVFVS F
A. AGNEIVS. L. F. OVF. SECVNDVS
A. ALLIENVS. Q. L. CHRESIMVS
A. AGNEIA. IOCVNDA. TESTAMENTO
SVO. FIERI. IVSSIT

1 *Pomponeschi ad Padum.*
E schedis Farnesiis.

DIS. M. S
ALBVCIA CHRESTE. SIBI. ET
P. CORNELIO EGLOSIO. CONIV
GI. BENE MERENTI. ET. P. CORNE
LIO. ALBVCIO. FILIO. VI. VIR. AVGV
STALI. ET ALBVCIAE. SYNTYCHE
ET. P. CORNELIO. PAMPHILO. ET
LIBERTIS. LIBERTABVSQ. EIVS

2 *Romae,*
in Sanctae Mariae Majoris pavimento.
E schedis meis.

ΕΝΘΑΔΕ. ΤΗΝ. ΙΕΡΗΝ. ΚΕΦΑ
ΛΗΝ. ΚΑΤΑ. ΓΑΙΑ. ΚΑΛΥΠΤΕΙ
ΑΝΔΡΩΝ. ΗΡΩΩΝ. ΚΟΣΜΗΤΟΡΑ
ΘΕΙΟΝ. ΑΛΚΕΙΒΙΑΔΗΝ
ΑΥΡΗΛ. ΑΤΑΛΑΝΤΗ
ΙΔΙΩ. ΠΑΤΡΩΝΙ
ΚΑΛΩΣ. ΒΕΒΙΩΚΟΤΙ
ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Idest:

Heic Sacrum Cor-
pus Terra Tegit
Hominum Heroum Principem
Divinum Alcibiadem.
Aurelia Atalanta
Patrono Suo
Honestâ Vitâ Functo
Fecit

3 *Romae,*
sub statua bipedali marmorea togata viri manu tenentis volumen; in Museo Kircheriano.
Ex P. Lupo, e Soc. Jesu.

P. HONORE
ALEIO. PROCVLO. C. V. Q. K
C. VIVIUS. CONSTITVTVS

Idest *Clarissimo Viro Quaestori Kandidato*. Nisi accuratus vir hanc Epigraphen descripsisset, suspicatus fuissem, ibi pro P. HONORE legi P. HONORIO.

4 *Pisauri.*
Ex Cl. V. Hannibale de Abatibus Oliverio.

P. ALEIO. P. F. CAM. SIMNIANO
EQVO. PVBLICO
QVAESTORI. II. VIR. QVINQ
HVIC PRIMO OMNIVM OB EXIMIAS
LIBERALITATES ET ABVNDANTISSIMAS
IN EXEMPLVM. LARGITIONES. BIG. POS
... VRB. ..... EX. AERE. CONLATO
.... DECVR. DECR

5 *Asisii.*
Ex Ligorio.

C. ALLIVS. C. F. SER. CRISPVS
IIII. VIR. AED. PO. C. ALLIVS
CRISPI. LIB. PRINCEPS. AELIVS
- -

Idest *Quartumvir Aedilicia Potestate*.

6 *Athenis,*
ad vestibulum Arcis.
E schedis Cyriaci misit N. V. Abbas Compagnonius.

ΟΥΔΕ ΤΥΧΗΣ ΣΕ ΔΑΜΑΣΣΕ ΠΑΛΙΝ ΚΛΙΝΑΝΔΑ ΤΑΛΑΝΤΑ
ΔΥΣΜΕΝΕΩΝ ΟΛΟΗΝ ΥΒΡΙΝ ΑΛΕΥΑΜΕΝΟΝ ΗΙΣΕ ΤΕΛΟΣ
ΘΑΝΑΤΟΙΟ ΚΙΧΑΝΕΝ ΩΣ ΠΑΤΡΟΥΣ ΠΡΟΤΕΡΟΝ ΑΝΔΡΑΣ
ΑΓΧΙΘΕΩΝ ΤΩΙ ΡΑΚΑΙ ΑΖΟΜΕΝΟΣ ΣΟΦΙΗΣ ΕΟΝ ΗΓΗΤΗΡΑ
ΕΤΗΣΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΚΛΕΙΝΟΝ ΑΠΑΣΙ ΘΕΩΝ

Latinam interpretationem ab aliis exspecto; heic enim tenebras offendo, fortasse quod non eâ, quae par erat, diligentiâ a Cyriaco descriptum fuerit Epigramma. Ii etiam edicent, ad quemnam *Alexandrum Sapientiae ducem* haec sint referenda.

7 *In vico* Vivier *in Sabaudia.*
E Guichenonio.

V. M. F. VOLVETINO. M. ALLONI
ROMANO. OMNIBVS. HONORIBVS. VIENN
ALLECT-----ISSIMI ORDIN. SENAT

Legendum videtur M. F. VOL. idest *Voltiniâ* Tribu, MALLONI. In secundâ lineâ VIENN. significat *Viennam Allobrogum*. Dum adhuc Marmor exstet, optandum foret, ut accuratiorem illius descriptorem rursus haberemus.

1 *Athenis*, *in lapide mœnium.* *E schedis meis.*

ΑΜΦΙΩΝ ΜΟΥΣΑΙΣ ΚΙΘΑΡΗΣ ΕΞΗΣΕΝ ΘΗΒΗΣ
ΤΕΙΧΕΑ. ΝΥΝ Δ' ΕΠ' ΕΜΑΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΙΛΛΥΡΙΟΣ
ΑΔΥΛΟΓΟΝ ΜΟΥΣΑΝ ΜΕΘ' ΕΠΩΝ ΤΩ ΚΑΙ ΔΟΚΕΟΥΣΙ
ΑΚΜΗΤΕΣ ΡΕΞΕΙΝ ΠΕΙΡΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΤΕΚΝΑΣ

Ideft :

Amphion Citharæ sonitu excitavit Thebana
Mœnia. Nunc verò in Patria mea Illyrius
Dulceloquentem Harmoniam Verbis: Unde videntur
Crescere heic omnes Artes.

In primo versu pro ΕΞΗΣΕΝ scribendum reor ΕΞΕΡΓΑΣΕ, aut quid simile. Postremum versum aliis emendandum, aut rectiùs vertendum relinquo.

2 *Fulginii*, *in Sancti Johannis Decollati.* *Misit P. D. Mariangelus Fiacchi Monach. Camaldul.*

D . M
C. ANCHARIO. C. F. COR
VERO. DEC. FVLG. AED
FE. MIL. COH. III. PR. VIX
ANN. XXI. M. VI
C. ANCHARIVS. C. F. MA
XIMVS. FRATER. ET
SEPTIMENA. RESTI
TVTA. MATER
FILIO

Legendum puto AED. PL. ideft *Ædili Plebis.*

3 *Brixiæ*, *in Foro.* *E schedis Farnesiis.*

ANEROS. ASIATICVS. VI VIR
SIBI. ET. VALERIAE. Ɔ. L. TRYPHENAE
VXORI. ET. PHILETO. LIBERTO

4 *Florentiæ* *in Musio Mediceo*, *in Diptycho eburneo.* *E Senatore Bonarota.*

ANIC FAVSTVS ALBINVS BASILIVS V C.

Is fortaffe, qui Anno Christi 480. Consulatum gessit. Multa de *Aniciorum* gente nobilissima habet Reinesius ad Inscriptionem XXXIX. Cl. I. sed is minime virum hunc illustrem agnovisse videtur.

5 *Corinalti*, *in Palatio publico.* *Ex Cimabello.*

AN. SATR.
LEM. SAR.
X̄. VIR. STLIT. IVD.
TRIB. LEG. XXV
Q. VRB. Q. PROV
TRIB. PL. PR. DE
PATRONO MVN

Heic AN. videtur esse Prænomen, ideft *Anco Satrio Lemonia* Tribu. PR. DE. fortassis est *Prætori Designato*, aut *Prætori, Decurioni.*

6 *In Castello Petini* *agri Sanseverinatis.* *Misit P. Philippus Camerinius.*

D. ANTINIO. C. F. CVRVO
DVOVIR - - - - - - - - - - - - - - - -

7 *Bergomi, extra Sancti Alexandri.* *E schedis Farnesiis.*

ANTIO. SEX. F. VOT. ALPONI
- - - - AE. M. F. SECVNDAE
- - - - - IO. M. F. VOT. MACRO
DOMITIO. M. F. VOT. MONTANO
IIIIII VIR. IIII VIR

VOT. ideft *Voltinia* Tribu.

8 *Vindobonæ*, *in Bibliotheca Cæsarea.* *Ex Marchione Maffejo.*

M AN
NIVS SA
TVRNI
NVS DEC
COL V S L
M

1 *Capuae ante Sancti Andreae in pariete domus Oliverii. Ex Symmacho Mazochio Canonico.*

D. M. S
Q. ANNIO. IANVARIO
EXACTORI. OPERVM. PVBL
ET. THEATRI. A. FVNDAMENTIS
HVIC. ORDO. DECVRIONVM
OB. MERITA. EIVS. HONOREM
AVGVSTALITATIS
GRATVITVM DECREVIT
VIXIT. ANN. LXXI. VIVOS
SIBI. FECIT. POSTERISQ. SVOR.

Cum lacunis hanc antea dederat Gruterus pag. 354. num. 7.

4 *Aquilejae. E schedis Farnesiis, & Valerii.*

ANTONIVS LVCRETIVS. C. F
ATTALVS. C. LVCRETIVS. A. F. D
SER. PETRONIA. C. F. N. A
LVCRETIVS
A. F. IIII. VIR

Si haec nomina sunt Quatuorvirum, quei huc irrepsit *Petronia?* Tunc videatur legendum SER. PETRONIVS. Neque recte coëunt *Antonius Lucretius C. F.* Ista accuratius exscripta optassem.

5 *In oppido Bettocslava in Dacia, sive Transilvania. Misit Apostolus Zenus.*

D. M. I.
L. ANT. PAP.
PRISCO. VI
XIT ANN. LXII.
ANTONIVS. RV
FVS. DEC. COL
ET ANTONIA
PRISCILLA
PATRI.

Si revera lapis habet D. M. I. singulares istae literae explicandae fortassis erunt *Dis Manibus Inferis*. Sed nullum aliud est mihi simile exemplum. D. M. S. usitata formula fuit. Sed & P. Duellius in editis habet D. M. I. Verum Clariss. Marchio Maffejus, qui hanc ipsam edidit, nihil habet de hisce literis. Priscus iste fuit *Decurio Coloniae* Ulpiae Trajanae Sarmize Getusae.

2 *Romae, ad Arcum* la Ciambella. *Ex Donio.*

Q. ANNIO. M. F. PA - - - - - - - - - - -
ANNIANO. POSTVMIANO - - - - - - - - -
QVAESTORI. VRB. PRAETORI - - - - -
PROCOS PROVINCIAE. SICILIAE - - - -
PRAEFECTO. AERARI. MILITAR - - - -
- -

3 *In Monasterio Sancti Petri agri Brixiani. Ex Octavio Rubeo.*

Q. ANTISTIVS. C. F.
QVIR. VALENS
II. VIR. I. D. ET
C. ANTISTIVS. C. F
QVIR. FRONTO
C. ANTISTIO PRIMO
QVINTIAE. Q. F
- - - - - - - - - - - - - - - - - - -

6 *Fundis. Ex Ligorio.*

L. ANTONIO. L. F. STELL. SECVNDO
L. ANTONIVS. L. F. STEL
CAMILLVS. SEVERIANVS
IIII VIR. CAPITAL ꟿ
PRAEF. FABR. F. COER.

Idest *faciendum*, aut *faciundum coeravit*, pro *curavit*, ut in aliis bene multis lapidibus legitur.

7 *Romae, in vinea Comitum de Vecchiis Misit* P. Scarmagli, *Monach. Benedictin.*

M. ANTONIVS
EROS DECVR

1 *Thyatiræ. Ex Thoma Smitho, & Whelero.*

Τ. ΑΝΤ. ΑΛΦΗΝΟΝ. ΑΡΙΓΝΩΤΟΝ. ΤΟΝ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ
ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ ΤΟΥ ΣΕΒ. ΑΡΧΗΣ ΛΕΙΒΙΑΝΗΣ ΕΠΑΡΧΟΝ
ΕΙΛΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΦΛ. ΑΓΡΙΠΠΙΝΗΣ ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΟΝ
ΕΙΛΗΣ ΕΝΤΑΛΛΑΡΙΩΝ ΧΕΙΔΙΑΡΧΟΝ
ΣΠΕΙΡΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΚΙΛΙΚΩΝ ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΟΝ
ΤΗΣ ΣΠΕΙΡΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΓΑΙΤΟΥΛΩΝ ΕΠΑΡΧΟΝ
ΣΠΕΙΡΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΦΛ. ΝΟΥΜΙΔΩΝ ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΟΝ
ΣΠΕΙΡΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΦΛ. ΒΕΣΣΩΝ
ΣΠΕΙΡΗΣ ΑΝΝΟΝΗΣ ΘΕΟΥ ΑΝΤΟΝΕΙΝΟΥ
ΙΜΕΝΩΝ ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ ΣΠΕΙΡΗΣ ... ΕΑΡΩ
ΑΝΩΝ ΤΡΙΒΟΥ ΚΥΡΕΙΝΑ ΥΠΑΤΙΚΟΝ ΕΥΓΕ
ΝΗ ΥΙΟΝ ΚΑΙ ΕΓΓΟΝΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΩΝ ΑΣΙΑΣ
ΑΔΕΛΦΙΔΟΥΝ ΑΛΦ. ΑΠΟΛΛΙΝΑΡΙΟΥ ΕΠΙΚΗΝ
ΣΟΝ ΤΟΥ ΣΕΒ. ΝΕΩΚΟΡΟΝ ΤΗΣ ΛΑΜΠΡΟ
ΤΑΤΗΣ ΚΥΖΙΚΗΝΩΝ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΛΟΓΙ
ΣΤΗΝ ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ ΠΕΙΣΙΔΙΑΣ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝ
ΔΡΕΙΑΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΙΩΝ. ΚΑΙ ΡΩΕΣΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΤΡΙΑΝΩΝ ΠΟΛΕΩΣ ΚΑΙ ΤΡΟΠΗΣΙΩΝ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΟΛΩΝΕΙΑΣ ΕΝ ΠΑΣΑΙΣ ΥΠΕΡΕ
ΧΙΑΙΣ ΤΡΑΣΙΩΝ ΚΑΙ ΣΕΜΝΟΤΑΤΟΝ ΙΕ
ΡΕΑ ΤΟΥ ΠΡΟ ΠΑΤΟΡΟΣ ΘΕΟΥ ΤΥΡΙΜΝΟΥ
ΟΙ ΒΑΦΕΙΣ

Ideſt:

Titum Antonium Alphenum Arignotum, Præſtantem
Procuratorem Auguſti Arcæ Livianæ, Præfectum
Alæ Secundæ Flaviæ Agrippinenſis, Præpoſitum
Alæ - - - - talariorum, Tribunum
Cohortis Primæ Cilicum, Præpoſitum
Cohortis Primæ Gætulorum, Præfectum
Cohortis Secundæ Flaviæ Numidarum, Præpoſitum
Cohortis Secundæ Flaviæ Beſſorum,
- - - - - - - Cohortis (fort. *Antoninianæ*) *Divi Antonini*
- - - - - - - imenorum Seleuciæ Cohortis - - - - - eare-
anorum Tribu Quirina, Conſularem, Cogna-
tum, Filium, Et Nepotem Pontificum Aſiæ,
Nepotem Ex Fratre Alfii Apollinarii, A Cen-
ſu Auguſti, Neocorum Splendidiſ-
ſimæ Cyzicenorum Metropolis, Logiſ-
ten (ſive A Rationibus) *Seleuciæ Piſidiæ Et Alexan-*
driæ, Et Joniæ, Et Rhoëſi, Et
- - - - trianorum Urbis, Ac Tropeſiorum
Et Univerſitatis In Omnibus Præfec-
turis Traſiorum, Ac Venerabilem Sacer-
dotem - - - - - - - - - - Dei Tyrimni,
Tinctores Purpurarii
(hacce ſtatuâ honorant.)

Fatetur ipſe Smithus, ſe accuratius non potuiſſe exſcribere nobile hoc antiquitatis monumentum, illudque *imperfectum, & mendis ſubinde interſperſum* agnoſcit. Quod potui ego, Latine reddidi; & quamquam nonnulla in tenebris jaceant, pleraque tamen ſatis dilucida reor. At quod eſt ad nomen viri, in cujus honorem Elogium iſtud conſcriptum fuit, corruptum apud Smithum ego illud reſtitui ex altera Inſcriptione Thyatirenâ, quam habes inter Imperatorias. ΣΠΕΙΡΗΝ verti *Cohortem*: *Legionem* non ſum auſus. *Tyrimnus* peculiaris Thyatirenorum Deus fuit. *Baphii* appellati, qui Purpurâ lanas tingebant. Floruit *Alphenus* iſte ſub Caracalla Auguſto, Anno Chriſti 210.

1 *In maceriis antiquæ Terinæ in Sicilia. Misit Angelus Zavarronius Clariss. Jurisconf.*

L. APPIVS MAGISTER VIARVM

2 *Neapoli. Misit Joh. Joseph Ramagginius.*

APPIVS PVLCHER. C. FILIVS

 ... VIR. EPVLONVM

3 *Aquilejæ, in Sancti Stephani. Misit Vir doct. Canonicus Bertoli.*

T. APOLLONIVS
BABRINVS
DVVMVIR

4 *Ænonæ, in ædibus Viti Salatæ. Ex Johanne Lucio.*

D. M. S
APPVLEIO
P. F. FRON
TONI. AE
II. VIR. QQ.
PON. SAE
MAXIMA
D. S. B. M

Lego *Ædili, Duumviro Quinquennali Pontia Maxima De Suo Bene Merenti* Posuit.

5 *Romæ. Ex Donio.*

D. M
C. APIDIVS
PROCVLVS
SCRIBAE. AED. CVRVL.
PRAEF. FABR. ET
CASSIA. PRISCA
VXORI. CASSIO PRISCO
SCRIBAE. AED. CVR. FRATRI
PIENTISSIMO
PARENTIBVS SVIS
FECIT

Non uno vitio laborat Inscriptio hæc.

6 *Aquilejæ. Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.*

C. APPVLLEIVS
M. F. TAPPO
PR. AED. TR. PL. Q.
IVDEX
QVAESTIONIS
RERVM. CAPITAL

In altero exemplo, quod ad me misit Canonicus Bertolus, Aquilejensium marmorum accuratissimus venator, legitur QVAESITIONIS. Sed idem puto, atque *Quæstionis*, uti infra videbis ad Inscriptionem *Paquii Scævæ*. Singulare tamen est in hoc lapide *Judex Quæstionis*, seu *Quæstionis Rerum Capitalium*.

7 *Puteolis, in Sancti Jacobi. Misit Ignatius Maria Como.*

FELICITATI PERPETVAE TEMPORIS
D. N. VALENTINIANI
VICTORIS AC TRIVMPHATORIS
SEMPER AVG.
ARIANVS VALENTINIANVS
V. C. CONSVL CAMPANIAE
DEVOTVS NVMINI
- - - - - - - - - - - - - - - -

Ideſt *Vir Clarissimus, Consularis Campaniæ*.

8 *Tibure, E schedis meis.*

Q. APRO FIN.
TR. PL.
IIII. VIR. I. D. A...
- - - - - - - - - - - - - - - -

9 *Venetiis, in ædibus Nob. Grimanorum Sanctæ Mariæ Formosæ. E schedis meis.*

ΑΡΧΙΠΠΟΥ ΔΙΩΝΟΣ



Ideſt :
Archippi Dionis.
Populus.

Ibi statua togata visitur, & hinc inde duo infantes, flentibus similes, & columna, supra quam est urna.

1 *Castiliani.*
Ex Donio.

N. ARIO. SEX. F. CLV
II. VIR. I. D.
PRAEF. SACR. TR. MIL

2 *Veronæ,*
in Museo publico.
Ex Clariss. Marchione Maffejo, ac Donio.

GN. ARRIVS. GN. F
CAETRONIVS. IIII VIR I D
V F APQ. AER. SIBI. ET D M
CLODIAE HEDONI CONIVGI
SANCTISSIMAE. CVM. QVA
VIXIT. ANN. XXXVIII.

Distinguendæ sunt singulares illæ literæ APQ. ut significent *Ædilicià Potestate*, *Quæstor Ærarii*.

3 *Arretii,*
in pariete Monasterii Sanctæ Catharinæ.
E schedis meis.

ARTIO. L. F. POM. ROM....
TRIB. MIL. LEG. IIIIII VIRV
AED. CVR. PR. LEG. TI.
CLAVDI. CAE. PR
PROVINC. MAESIAE
LEG. IV. SCYT. V. MACED.
PROCOS. PROV. ACHAI
AE. SOR......M. EX. D. D.

4 *Mediolani,*
ad Sancti Georgii in Palatio.
Misit P. D. Petrus Gratioli e Congregatione Sancti Pauli.

C. ASINIVS. C. F. ANI
SEVERVS P. P.
EX. H-S. C. T. F. I

P. P. fortasse *Pro-Prætor*, aut *Pontifex Perpetuus*.

5 *Veronæ,*
in Museo publico.
Ex Marchione Maffejo.

Q. ASISIENO Q F
TRO AGRIPPAE
AED II VIRO
PONTIFICI
EX AERE CONLATO
DECVRIONES. ET PLEPS

6 *Neapoli.*
Ex Capacio.

CN. ASINIO
POLLIONIS ET AGRIPPAE NEPOTI
PVTEOLANI PATRONO PVBLICE

Insignis nempe vir natus ex Asinio Gallo filio Asinii Pollionis, & ex Vipsania Agrippæ filia a Tiberio dimissâ. Plura non addo.

7 *In Parochiali oppidi Calusi*
in Monteferrato.
Misit Comes Joseph Bagnolus Taurinensis.

M. ASONIO. SP. F. CEPHALONI
SEX. VIR
ASONIAE. PHILEMATIONI. SOR
PLINIAE. T. F. MARTAE
ASONIAE. CALIOPAE. SOR
ASONIAE. EVCHARI. SORO
CHYLO. MVRRANVS. L. D. S

8 *Apud Lanuvium,*
in prædiis Caroli Bonelli.
Ex P. Vulpio e Societate Jesu.

Q. ASTIDIVS. C. F. CELER PRO HONORE AE.......
Q. ASTIDIVS. C. F. APOLLINARIS PATER PRO HONO.....
FLAMONI H-S XV
IN REFECTIONEM PARASITI INTVLERVNT

Alii pro *Parasiti* habent *Balnei*, vel *Balinei*. Si *Parasiti* retinemus, legendum reor PARASIT. hoc est *Parasitorum*, qui in Templo Apollinis Lanuvini aut Sacerdotes, aut Sacrorum Ministri fuere. Neque enim tanta summa, scilicet usuræ Quindecim millium Sestertiûm pro unius tantùm refectione destinata videtur. In linea prima supple *pro honore Ædilitatis*, & infra *pro honore Flaminatus*. Sed & in Gruterianâ pag. 254. num. 5. legitur *ob honorem Flamoni......*

1 *Sestini,*
e regione Sancti Pancratii.
Misit Dionysius Sancassanius.

- - - - - - ASTRICIO
- - - F. CLV. VITVLO
EQVO PVBLICO
IIII. VIRO QVINQ
PRAE. COH. PRIM
NV. . . . RR . . TANOR
TRIB. COH. III. VLPIAE
ET . . . AEO . . . T. ARIMI
NI PONTIF II VIRO
QVINQ. IIII VIRO FLA
MINI DIVI. CLAVDI
PATRONO
D D

Forsitan in lacuna lineæ sextæ legendum *Præfecto Cohortis Primæ Numeri Aquitanorum*. In altera verò octavæ lineæ scribendum AED. PL. ARIMINI. Exesis literis ad nos Inscriptio ista pervenit, eamque Clariss. Gorius fatetur se suppleviffe, vel emendasse ex schedis Petri Victorii. Pro *C. Astricio* in Marmore fuisse *Castricio* suspicor, atque illius Prænomen excidisse; hæc enim Familia alibi occurrit. Alterum ejusdem Inscriptionis exemplum, ex antiquis schedis depromtum, ad me misit diligentissimus Antiquitatum cultor P. D. Petrus Paulus Ginanni, Prior Benedictinus Ravennæ. Ibi legitur:

PRAEF COHOR PRIM
NVR. . . R. . TANORVM
TRIB COH III VLPIAE
ET PETRAEQ ET ARIMI
NI PONTIF II VIRO
QVINQ IIIVIRO FLA
MINI DIVI CLAVDI
PATRONO
D D

Utrobique desideratur, qui elogium hoc dedicarit.

2 *Fulginii,*
lapis nuper effossus.
Ex ephemeridibus Literatorum Venetiis.

L. ATATIO. CN. F
CN. N. L. PRONEPOT
L. ABNEPOT. AEM
MEMORI APONIO
FIRMO TRIBVNO MILITVM
LEGIONIS VII. GEMINAE FELICIS
PRAEFECTO FABRVM IIII VIRO
IVR. DIC. IIII VIRO
QVINQVENNALI PONTIFICI
PATRONO MVNICIPI
MEVENATIVM

Scriptum fortasse fuerit MEVANATIVM. Mevania nunc *Bevagna*, celebre olim Umbriæ Municipium.

3 *Florentiæ,*
in ædibus Philippi Bonarotæ Senatoris Cl.
E schedis meis.

ATILIA. SEVERA
SIBI. ET
L. SATTIO. CRETICO
VIRO. SVO
SEX. VIR.
MAG. AVG.

4 *Brixiæ.*
E schedis Ambrosianis.

P. ATILLIO HELIODORO
VI VIR. AVG
P. ATILLIVS HELENVS
FRATRI PIISS.

5 *Muniani.*
Ex Donio.

Q. ATILIVS. Q. F
STEL. POSTVMVS
IIII. I. D.
V. A. XLIIX.

Scriptum fuerit in marmore IIII. VIR. I. D.

6 *Mediolani.*
E schedis Francisci Cicereji.

V . F
DIS MANIBVS SACR.
T. ATILIVS. T. F. OVF.
TVTILIVS SIBI ET...
SAMICIAE. M. F. SABINAE
VXORI CARISSIMAE
ET SILAE SI. . . VAE RVF. ET
LI. F. CONIVGI OPTIMAE
ET T. TVTILIO. OVF. SABIN.
FILIO. VI. VIRO. IVNIORI
PIENTISSIMO. QVI. VIXIT
ANNOS XXI. MENSES IIX.
ET. T. TVTILIO SEVERO F.
ET AELIAE TVTILIAE F.
ET FVRILIO. MAXIMO
LIBERTO
IN AGR. P. XXXX
IN FRONT. P. XIIII

Pro *T. Atilius* legendum *T. Tutilius* videtur ex nomine Filii, qui appellatur *T. Tutilius Sabinus*. Ex legibus etiam Libertorum infra ego scriberem TVTILIO MAXIMO LIBERTO.

1 *Formelli.*
in Via Cassia.
Ex Ligorio.

HON. SACR
C. ATINIO. C. F. PAP
SICINIO
X̄. VIRO. STLITIB. IVD
V. C. PATRONO. POP
VEIENTIVM. ORDO
STATVAM. LATENT
V. O. OBTVLIT

Quid sit *Statuam Latent*, *Votis Omnium Obtulit*, ab aliis edoceri cupio. LAETANTES alibi scriptum vidi.

2 *Vicentiæ.*
in Sancti Petri.
E schedis Capponiis.

ATIO. L. F
III VIR
PATRONO

3 *Lugduni.*
Misit Bimardus.

ATTIO ALCIMO
V E PROC FERRAR
ARVM
COGITATINIVS
IVVENIS BF. LEG. LE

Minime heic visitur (ait Bimardus) VE*teranus*, quod placuit Auctori Dissertationis præfixæ Historiæ Consulari Lugduni, sed quidem *Vir Egregius Procurator Ferrariarum*. Nomine *Ferrariarum* censet Bimardus, indicatas *Ferri Fodinas*; neque enim novimus, an *Ferrariæ*, locus in Gallia notus ex Historia medii ævi, tunc eo nomine donarentur. Præterquamquod ejusmodi munus nunc primum ex Marmoribus innotescens, conformius est reliquis Procurationibus veterum Romanorum. *Cogitatinius* verò dicitur *Beneficiarius Legionis*, potius quàm *Legati*. Sed quænam hæc *Legio*? Siglæ LE. tenebris circumfusæ sunt. Apud Gruterum pag. 514. num. 4. occurrit *Legio* V. L. F. & fortasse pro E. scriptum fuit heic F. Attamen adhuc obscura est significatio literæ L. Num ergo legendum *Legati Legionis Ferrariæ*, *Fretensis* &c.?

4 *Extra Mutinam.*
in Ducali Palatio Quatuor Turrium.
Exscripsi.

TI. ATIVS. F. IIII.
VIR. I. D. V. F. ATIA
Q. F. SIBI. ET FORESTO
ET L. FLAVIO

5 *Brixiæ,*
non longe a Foro Novarini.
Ex Rubeo.

L. ATTIO FVSCO
SEX. VIRO
REPENTINVS AMICO

6 *Bononiæ,*
apud Galeatium de Pardo.
E schedis Ambrosianis, & Fratris Jucundi.

V. M. ATTIVS REPENS
MAGISTER VICI
V. TRAVIA PRIMA
V. T. MARIVS. C. F. CAPITO

Vivens, seu *Vivus*, & *Viva* per V. designatur.

7 *Prope Sestinum,*
apud Comitem Carpineum.
Misit Sancassanius.

D. M
P ATTI P F CLV
APRI AED. Q. III VIR
IVR. DIC. EQVO PVBL
VOLVSENA C FIL
AVGVRINA
CONIVG OPTIM

8 *Genevæ.*
Misit Bimardus.

SEX. ATTIO
CARPOPHORO
IIIIII VIRO AVG
IERIA CASTVLA

9 *In oppido Sancti Victorini agri Aquilani.*
Misit Antonius Antinorius Aquilanus.

TI. ATTIO. T. F. QVIR
IVLIANO
X̄ VIRO STLITIBVS
IVDIC. SEVIR. EQ
ROMANOR. TRIB. MIL
LEG. X. GEMINAE
M. FABIVS. FABIANVS
TRIB. MIL.

10 *In arcu Caperæ in Hispania.*
E schedis Patris Cattanei.

PAVLO AVFIDIO. P. F. OMN. IN. REP. HON.
FVNCTO MARTIA. C. F. CON. B. MER.

1 *Placentiæ,*
in ædibus Zambertorum.
Misit P. D. Alexander Chiappinius Abbas Canonicorum Regul.

P. AVFIDIVS L. F IIII. VIR. II. VIR
TR. MILIT. PRAEF. FAB. SIBI. ET
L. AVFIDIO. CN. F. PATRI. ET
FADIENAE. P. F. MATRI. ET
L. AVFIDIO. L. F. FRATRI. IIII. VIR. ET
SALVIAE. CILAE. FRATRIS. VXORI. ET
LIBVRNIAE. L. F. CONSOBRINAE
FACTVM. EX. TESTAMENTO. H-S. CCIↃↃ. ARBITRATV
C. ANNISIDI. C. F. RVFI

2 *Sulmone,*
in Sancti Francisci.
E schedis Fratris Jucundi, & ex Donio.

L. AVILLIO. L. F. SER. CRASSO ANNORVM
XIII. L. AVILLIVS SEX. F. SER. CRASSVS
IIII. VIR. I. D. PATER FILIO. ET VETTIAE
L. F. SECVNDAE VXORI

3 *Hispali.*
E schedis Patris Cattanei.

D. M. S
LVCII AVILI SVCCES.
SOBRINI PIENTISSIMI
QVI VIXIT ANN. XXII.
C. VENVSTVS
.....FABVL
FECIT
Q. FABIVS FIRMANVS
OB HONOREM
VI. VIR

Geminæ diversæ Inscriptiones in hanc unam coaluisse mihi creduntur.

4 *In Sanctæ Mariæ de Petriolo agri Tudertini.*
E schedis meis.

T. AVILIVS. T. F
NYMPILVS
VI. VIR. SIBI. ET
ATTIAE. CLARIDIAE. ET
PRIMITIVAE. L....
APRILI......

5 *In agro Pireti Oppidi in Marsis. Ex Phœbonio.*

Q. AVILLIENVS. Q. F. BASSVS
MAGISTER IVNIVS
IIII. VIR. AED. POT.
III. VIR. IVR. DIC.

Negligentiam sæpe offendas in Phœbonio exscribente priscos lapides. IVNIVS heic vitiosum est. Aut IVNIOR, aut IVNIORVM restitue, nisi malis MAGISTER IVNONIS *Sacrorum*, ut est apud Gruterum pag. 317.

6 *Ticini,*
in domo Palearium.
E schedis meis.

L. V. AVLIVS. SP. F
IIIII. VIR. SIBI ET
....

7 *Nicomediæ.*
Ex Paulo Luca,
misit Bimardus.

ΑΥΡ ΕΑΡΙΝΟC ΑΡΞΑC ΤΗC ΚΡΑΤΙΣ
ΤΗC ΦΥΛΗC ΠΟΣΕΙΔΩΝΙΑΔΟΣ
ΕΘΗΚΑ ΤΗΝ COΡΟΝ ΕΜΑΥΤΩ ΚΑΙ
ΤΗ CΥΜΒΙΩ ΜΟΥ ΑΥΡΗΛΙΑΙ ΔΙΟΓΕΝ
ΕΙΗ ΚΑΙ ΤΗ ΘΥΓΑΤΡΙ ΜΟΥ ΑΥΡΗΛΙΑ ΒΑ
CΙΛΙΚΗ ΤΗ ΚΑΙ ΜΑΤΡΩΝΗ ΠΡΟΤΕΛΕΥ
ΤΗΣΑΣΗ ΝΙΚΗΣΑΣΑΝ ΕΝ ΣΩΦΡΟ
ΣΥΝΗ ΠΑΣΑΝ ΓΥΝΑΙΚΑ ΖΗΣΑΣΑΝ
ΕΤΗ ΚΒ ΚΑΙ ΒΟΥΛΟΜΑΙ ΜΕΤΑ ΤΟ
ΚΑΤΑΤΕΘΗΝΑΙ ΗΜΑΣ ΜΗΔΕΝΑ ΕΤΕ
ΡΟΝ ΑΝΟΙΞΑΙ ΤΗΝ COΡΟΝ ΕΙ ΜΗ ΕΑΝ
ΕΠΕΙΞΗ ΤΕΚΝΩ ΗΜΩΝ ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ
ΠΑΡΑ ΤΑΥΤΑ ΠΟΙΗΣΕΙ ΔΩΣΕΙ ΠΡΟΣ
ΤΕΙΜΟΥ ΤΩ ΙΕΡΟΤΑΤΩ ΤΑΜΕΙΩ
⁜ Ε ΚΑΙ ΤΗ ΠΟΛΕΙ ⁜ Γ ΧΑΙΡΕΤΕ

Idest:

Aurelius Earinus Princeps Illustris Tribus Posidoniadis Posui Hunc Sarcophagum Mihi, Et Conjugi Meæ Aureliæ Diogeniæ, Et Filiæ Meæ Aureliæ Basilicæ, Quæ Et Matrona, Prædefunctæ. Quæ Superavit Castitate Omnes Mulieres. Vixit Annos XXII. Et Jubeo, Postquam Conditi Fuerimus, Neminem Alium Aperire Sepulcrum Hoc, Nisi Placuerit Filio Nostro. Si Quis Verò Contra Fecerit, Dabit Multæ Nomine Sacratissimo Ærario Denarios D. Et Civitati Denarios CCC. Valete.

1 *In Sancti Benedicti* ....
in vico Ullani agro Civitatis Montalti in Calabria.
Misit P. Elias Amati Carmelita Excalceatus.

D. M
L. AVRELI STEP
PROC. XX. HER. AVG.

3 *Albingauni,*
in Sancti Johannis Baptistæ.
Misit P. Petrus Martyr Cangiassi, Ord. Prædic.

L. AVRELIVS. L. F. MELEAGER
AEDILIS. BIS
PRAEFECTVS. I. D. SIBI
ET. AVRELIAE. L. F. SOR. ET
PVBLIO. AVRELIO. L. F. FRATRI

5 *Polæ,*
extra Portam.
E schedis Jacobi Valerii.

M. AVRELIVS. FELIX
D. CREMONENSIVM
QVAESTOR PECVNIAE
PVBLICAE. AEDILIS. PL.
IIII. VIR. IVRI. DIC. Q. OFF.
OMNIBVS. FVNCTVS. VIVVS
POSVIT SIBI ET AVRELIAE
MARCIANAE VIRGINIAE
FEMINAE PRIMARIAE
VIXERVNT ANN. XLVI. DIES. XIIII.
BENEMERENTES IMP. XXC. R

Ideſt: vixerunt ſimul Annos quadraginta ſex, dies quatuordecim. In poſtremis literis vitium cubat. Quid ſi IN PACE REQVIESCVNT legendum eſſet? pertineret Inſcriptio ad conjuges Chriſti fideles. Ceterum *Aurelius* iſte *Felix* fuit *Decurio Cremonenſium, Triumvir*, ſeu potius *Quartumvir Juri Dicundo Quinquennalis, Officiis* &c.

7 *Extra Romam,*
in Villa Bonelli.
Miſit P. Gmanni Prior Benedictinus.

D M
M. AVREL. PHE
MIVS. V. E. PROC
SACRAR. COGNI
T. SIBI. ET FILIIS
LIBER. FECIT
BRECETIOR
VLM

Poſtremæ duæ lineæ aut corruptæ, aut nil rei habent cum ſuperioribus.

2 *Romæ,*
in Sanctorum Marcellini & Petri.
Miſit Ignatius Maria Como.

AVRELIVS DIONYSIVS
VIVENS. SIBI. LIBERTIS. LIBER
TABVSQVE. POSVIT
REFECIT. AVRELIVS. D.....
VS. CVSTOS. OFFICI. MAL
LIA. PELAGIA. VXORE. EX. PAR.
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE

Cuſtos Officii, Munus antea ignotum, nunc emergit: & quid rei fuerit, difficile ſtatuas.

4 *Ibidem,*
in Baptiſterio Templi maximi.
Miſit idem.

L. AVRELIVS L. F. VEL
MELEAGER AEDILIS BIS
PRAEFECTVS QVAES. SIBI
ET AVRELIAE L. F. SORO. ET
PVBLIO AVRELIO L. F.
FRATRI

6 *Romæ,*
prope Sancti Stephani de Caſa,
Ex Donio.

M. AVRELIO.....
COCCEIVS. MINIC......
RATIONALIS. ET.....

Ediderat hanc Gruterus pag. 622. num. 5. Exemplum hoc propius accedere ad marmoris fidem arbitror. MINICIAE RATIONALIS fuit hic *Marcus Aurelius*. *Curatores* quoque & *Procuratores Miniciæ* infra habebis. Quid fuerit *Minicia Romæ*, inter Conſulares lapides innui.

8 *Extra Romam, in Hortis Juſtinianeis.*
E ſchedis Ptolomeis.

Θ . K
M. ΑΥΡ. ΓΡΗΓΟΡΙΟC ΜΕΛΑC
ΙΠΠΕΥC ΡωΜ.
ΠΟΛΛΟΙC ΤΗΝ ΕΑΥΤΟΥ ΜΝΗ
ΜΗC ΑΞΙΑΝ ΧΡΗCΤΟΤΗΤΑ
ΚΑΙ ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΝ ΕΝ
ΔΕΙΞΑΜΕΝΟC ΕΖΗCΕΝ
ΕΤΕCΙ. ΜΖ

Ideſt:

Dis Inferis
Marcus Aurelius Gregorius Melas
Eques Romanus
Qui in Multis Benignitatem
Ac Probitatem Suam Memoria Dignam Probavit, Vixit
Annos XLVII.

1 *Budæ in SS. Trinitatis.*
E schedis Franc. Justiniani,
misit Comes Franc. Valvasonius.

D ☧ M
M. AVREL ☧ FIDELI. EX
PRAEPOSITIS. QVI. VI
XIT. ANN. LX. CONIV
GI MERENTISSIM
O. VALERIA. DECOR
ATA. FACIENDVM
CVRAVIT

Complura fuere apud Romanos *Præpositorum*, tum Civilium, tum Militarium genera. Quo igitur munere functus hic fuerit, quis divinare possit?

3 *Nemausi.*
E schedis Guirani,
in Cæsarea Bibliotheca.

P. AVRELIO T.
IIIIII VIR. AVG
EX TESTAM.

4 *Interamnæ, nunc* Terni,
in Sancti Nicolai.
Ex Angelonio, & Donio.

L. AVTRONIVS
L. F. CL. GAVSVS
TR. MIL. IIII. VIR
I. D

Donius legit in tertiâ lineâ CLV.

5 *Scani,*
in Villa agri Bergomatis.
Misit Comes Franciscus Brembratus
Patricius Bergomas.

L. B.
VOT. MAXIMO
BRAEF. FABR.
III. VIR. I. D. Q
PATRONO
D. D

In singularibus iis literis L. B. latet nomen viri, cui lapis positus, exemplo sane improbando. Nam si ad posterorum quoque eruditionem marmoribus elogia hominum commendantur, quis viro isto e vivis sublato, ejus nomen agnoscere potuit? VOT. illius Tribum designat, nempe *Voltiniam*.

2 *In Monte Faliscorum, vulgo* Montefiascone,
in Sancti Floriani.
Misit P. Johannes Prosper e Sancto Ubaldo,
C. R. Scholarum Piarum.

M. AVRELIO ELAINI FILIO
MARCELLO
PONTIF. IVR. DI^. SORR. NOV.
QVAESTORI. ARK. PVBLICAE
PATRON. COLL. FAB. ET. CENT.
HVIC. PRIM. OMNIVM. SPLENDID.
ORDO. EX. SPORTVL. SVIS. OB. MER. EIVS
STATVAM. PONENDAM. CENSVER.
CVIVS. OB. DEDICATIONEM. DEDIT
DECVRIONIBVS. PANE VINV ET ✳ X
HOC. AMPL. OB. HON. SIBI OBLATVM
HS. V̄. N̄. POPVL. IN ANNONAM
PERPETVO
DEDIT. L. D. D. D. G. A. T. VARIO
SEVERO

Pro SORR. NOV. legendum puto FORO NOVO, nempe in Civitate olim Sabinæ, unde *Foronovani* in lapidibus. In calce nomina habentur *Duumvirûm* ejus anni, quorum Magistratus interdum signatur in publicis decretis Municipiorum, & Coloniarum, non secus ac Romæ fieret, adjecto nomine Consulum.

6 *Augustæ Taurinorum,*
in Regia Scientiarum Academia.
Misit Excellentiss. Caissottus Præses Senatus.

V. F
C. BABVRIVS
MELISSVS
VI̅. VIR. ET
FLAVIALIS
SIBI ET SVIS

7 *In Roesan in Pedemonte,*
in Sancti Christophori.
Misit idem.

L. BAEBATIO
L. F. SERG
FORTVNATO
AEDILI PATRI
PIENTISSIMO
FORTVNATA
FILIA

1 *Asisii,*
in hortis Nobilium de Benignis.
Misit P. Philippus Camerinius Camers.

BAEBIA T. L PRIMA	T. BAEBIVS T. L. APOLLONIVS VI VIR

4 *Calari,*
in ædibus Antonii Uras.
Ex Bonfanto.

L. BALBIO. L. F. CAL. AVRELIO
IVNCINO. PROC. HEREDIT
PROC. AVG. PREF. PROV. SARD.
PRAEF. VEHICVL. AD. H-S. CC
PRAEF. VEHICVL. AD. H-S. C.
PROC. AD ANNONAM. OSTIS
AD. H-S. IX. PROC. BIRLOTHEC
AD. H-S. IX. LAVRENT. II
LAVINATIVM
Q. MONIANVS. POLLIO
DEC. ET STRATOR. EIVS
V. F. PRAESIDI. RARISSIMO

Diligentiori Exſcriptore digna erat Inſcriptio. Pro BIRLOTHEC. nullus dubito quin ſit ſcribendum BIBLIOTHECAE. Sed quid ſit *Procurator Bibliothecæ ad Seſtertiorum Novem millia*, priùs ſtatuendum foret. Occurrunt in aliis Lapidibus Procurationes, exactæ ad normam cenſus Procuratoris, aut ſummæ alicujus in officio miniſtrandæ. Sed quei hoc intelligas de *Bibliathecis*? Pro CAL. (nempe Tribu) in ſaxo fuerit CLA. ideſt *Claudia*. Voces *Laurenti Lavinati* deſignant Pontificem aut Sacerdotem.

5 *Conſtantinopoli.*
E ſchedis D. de la Condamine
hauſit Bimardus.

ΗΡΕΤΟΤΝΤΟϹ ·ΑΝΔΡΟϹ ΕΤΝΟΜѠΤΑΤΟΤ
ΒΑΡΔΑ ΜΑΓΙϹΤΡΟΤ

Ideſt:

Inſiſtente Viro Ornatiſſimo
Barda Magiſtro.

6 *Arimini.*
E ſchedis Farneſiis, & Capponiis.

L. BETVTIO. L. F. PAL. FVRNIANO
AEDILI. CVRVLI. I. D. ET. PLEBEIA
MANDATA. EST. PLEBS. VRBANA
EX. AERE. CONLATO. OB HONOREM
AB. EO. INTEGRE. ET SINE AMBITIONE
ADMINISTRATVM
L. D. D. D

Voces illæ *& Plebeja mandata eſt*, Medico potiùs quàm Interprete indigent. Aliquid fortaſſis ibi deſideratur. Cæſar Clementinus hanc edidit, & legit FVRIANO AEDILI..... ET...PLEBS &c.

2 *Hiſtonii, nunc* il Vaſto.
Miſit Abbas Petrus Polidorus.

L. BAEBIO L. P.
GAL. AVITO
PRAEF. FABR. TRIB
MIL. LEG. X. GEM. PROC
IMP. CAESARIS VESPASIANI
AVG. PROVINCIAE LVSITANIAE
ADLECTO. INTER. PRAETORIOS

3 *Sæpini.*
Ex Donio.

NV BAETIO. NV. F
BVRIANO. II. VIR
I. D. II. VIR. QVINQ
TR. MIL. PRAEF. EQ
VRB

7 *Peruſiæ,*
in Sanctæ Mariæ Novellæ.
Miſit P. Philippus Camerinius Camers.

C. BETVO C. F. TRO
CILONI MINVCIANO
VALENTI ANTONIO
CELERI. P. LIGVVIO
RVFINO LIGVVIANO
AEDILI II. QVINQ
SACERDOTI III. LVCOR. PR.
VMBRIAE. XV. POPVLORVM
PATRONO MVNICIPI
BETVA RESPECTILLA
FIL. PATRI PIISSIMO
L. D. D. D.

Hanc etiam refert Gruterus pag. 375. num. 4. ſed ibi non legitur LIGVVIO RVFINO. Et in antepenultima linea corrupte habetur BETVRES PICTILIA pro BETVA RESPECTILLA. Hyacinthum Vinciolum Juriſconſultum Clariſs. Peruſinum de germana lectione lapidis quum ſciſcitatus fuiſſem, reſcripſit ille, inani labore quæſitum ſibi marmor fuiſſe. In eam ego conjecturam inclino, *P. Liguvio* exhiberi nobis *Pontificem* in Civitate *Iguvio*, quæ nunc *Gobbio* appellatur: ſive *Liguvium* fuerit illius nomen, ſive aliquod vitium in nomen irrepſerit ex oſcitantia deſcriptoris. Fieri etiam potuit, ut aliquod oppidum hoc nomine diſtingueretur ab *Iguvio*. Quei explicem illud *Rufino*, nihil habeo. Vitiatum nomen ſuſpicor, quo alterum Betui hujus munus in Civitate Liguvii ſignabatur. In prima linea TRO. eſt *Tromentina* Tribus.

8 *Regii Lepidi*
apud Herculem Rubinum.
Ex Azzario.

C. BIENNVS. L. F. POL
BROCCHVS VI VIRAL
AEDILICIVS II VIR
REGIO LEPIDO

1 *In Oppido Faleronæ in Piceno.*
Misit P. Camerinius.

L. BRITIO
L. F. AED. II. VIR
R. P. R

3 *Hispali,*
in Sanctæ Mariæ Blancæ.
E schedis Farnesiis
misit P. Andreasius e Societate Jesu.

CAECILIO. C. CAECILI
ILVANI. FILIO. VIRGILIANO
V. PROC. AVG. RIPAE. PROV
BAETICAE----------------
----

5 *Ferentini.*
apud Gabrielem de Andreis.
Ex Boldetto.

CAECILIO OLYMPICO AVO
ET CATIAE L. F. PRIMILLAE
MATRI
IDEM QVIRINALIS
QVINQVENNALIS

7 *Aquilejæ.*
E Philippo a Turre Episcopo Clariss.

CAECILIO. RVFINO. EQV.
Q. CAECILI. RVFIN. PRAEF. FIL.
QVI. VIXIT. ANN. X. D. XXIIII.
AVRELIA. GEMELLINA. MATER
F. INCOMPARABILI. POS.

8 *Sagunti.*
Misit Bimardus.

Q. CAECILIO
Q. F. GALLO
AEDIL[illegible]
[illegible] LOE[illegible]

2 *Marsalæ.*
in Sicilia.
Ex Gualterio.

C. BVLTIO GEMINIO
TITIANO. PROCOS
PROV. SICIL. COCC
OB. INSIGNEM. EIVS
BENIVOLENTIAM
ERGA. ORDINEM. ET
PATRIAM. XII. TRIB
PATRONO. MERENTI

Pro COCC. legendum CORR. scilicet *Correctori*, nisi sit COS. idest *Consuli*. Et Anno quidem Æræ nostræ 337. habemus *Titianum* Consulem, qui an aliquid commune cum isto habeat, incompertum mihi est.

4 *Tarracone.*
E schedis P. Cattanei.

CAECILIO NATIDI FILIO PLACIDO PRAEF.
HONORI TRIB. MIL. L. AELIO IMP
ANTONINI FILIO

Adeo manca est, & corrupta, ut nullus justus sensus exsculpi hinc possit.

6 *Valentiæ.*
Ex Donio.

L. CAECILIO. L. F. GAL
CASSIANO. OMNIBVS
HONORIBVS. HIC. FVN
CTO. L. CELERINA. MARI
TO. EX. TESTAMENTO. L.
CAECILI. BASSI. CASSI
ANI. FILI

9 *Beneventi.*
E schedis meis.

C. CAELIO
C. F. ST. BASSAEO
DONATO
PR. CER. I. D. D. Q. Q.
ADLECT. IN ORD.
DEC. EQ. R.
C. CAELIVS. DONA
TVS. ET BASSAEA
IANVARIA PARENT

In quarta linea legendum puto PRAEF. I. D. Idest *Præfecto Juri Dicundo Quinquennali*. Illud ST. in secunda linea indicat *Stellatinam* Tribum.

1 *Taurini,*
in Academia Regia Scientiarum.
Misit Excellentiss. Caissottus Præses Senatus.

M. CAELIVS
M. F. TRASO
VI. VIR AVG.
CORNELIAE. P. F.
QVARTAE. VX
A. XXXXV.
L. CAELIO. M. F.
GALLO. A. XXVII.
M. CAELIO. M. F.
CAM. PRAESENTI
A. XXXV.

2 *Navellis,*
in oppido ditionis Aquilanæ.
E schedis meis.

P. CAESIENVS. VIB. F.
AED. PRAEFEC. IV.
TARASVNA. L

Et heic scribe PRAEFEC. IVR. DIC. nempe *Præfectus Juri Dicundo.*

3 *Opitergii. E schedis Jac. Valvasonis.*
Misit Comes Franciscus Beretta.
Misit Octavius Bochius J. C. Nob. Adriens.

M. CAESIO. EVNO
IIIIII VIR
CAESIA. M. L. GRATA
PATRONO. ET. SIBI
V. F.

4 *In Civitate Teatina.*
Misit P. Pompejus Alexander Berti,
Cl. Reg. Congregationis Matris Dei.

D. M. S.
L. CAESIO L. F. MARCELLO LAV
RENTI. LAVINATIVM. P. C. TEATIN
ORVM. CAESIVS. PROCVLVS
SEN. FILIO. DVLCISSIMO. B. M. P.

Singulares literas P. C. interpretari possis *Patrono Coloniæ Teatinorum*. Attamen verisimilius puto scribendum PRO. idest *Procuratori*. *Cæsius* iste *Marcellus* fuit *Laurens Lavinas*, hoc est Sacerdos, uti ad Classem III. dixi.

5 *Albacinæ,*
in agro Fabrianensi.
Misit P. Camerinius.

C. CAESIO. C. F. OVF
SILVESTRI. P. P.
PATR. MVNIC
CVRATORI VIARVM
ET PONTIVM VMBRIAE
ET PICENI ALLECTO AB
OPTIMO IMP. T. AELIO
ANTONINO AVG. PIO
P. P. IMP. II
LIBERTI PATRONO
OPTIMO AC DIGNISSIMO
L. D. D. D

Vide Gruterum pag. 1020. ubi altera Inscriptio est ad hunc ipsum *Cajum Cæsium* pertinens. Ibi quoque is appellatur PP. uti vides in secunda linea lapidis hujus: quas quidem siglas explicandas opinor *Perpetuo Patrono Municipii*. Sed quodnam hoc Municipium? *Sentinum*, *Attidium*, aut quodpiam aliud, cujus fortasse ne vestigia quidem nunc supersunt.

6 *Spalati.*
E Johanne Lucio, & e schedis Valerii.

P. CAETENIVS AGATHIAS
V. F. S. ET CAETENNIAE
P. L. VENVSIAE. ET. P.
CAETENNIO. VENVSIO
VI. VIR. FIL. EIVS

Fortasse scribendum VENVSTAE & VENVSTO.

7 *Laude Pompeja.*
in Sancti Laurentii.
E schedis meis.

MEMORIAE
C. CALEIVS. C. F.
SILO. VI. VIR
CAPELLA. L.

8 *In agro Aquilejensi,*
apud Comites Strasoldos.
Ex Philippo a Turre Episc.

L. CALIVS. M. F. CREMONA
CONCORDIA. DECVRIO. QVAES
OPERIS. PVBLICIS IN BITHYNIA FVIT
CLA. CREMONA. MALLIOLO. FRATRI
ET. IN. OPERIS. PVBLICIS. IN ASIA ET

Canonicus Bertolus, Antiquitatum Aquilejensium accuratissimus Collector, monuit me, legi in eo lapide L. CALVIVS non L. CALIVS.

1 *Venetiis apud N. V. Marinum Capellum.*
Misit Octavius Bochius Jurisconf.

C CALPETANVS STATIVS
SEX. METRORIVS M. PERPENNA
LVBCO T. SARTIVS DECIANVS
CVRATORES TABVLARIORVM
PVBLICORVM. FAC. CVR.

Gruterus dederat pag. 237. 8. Dederant & alii, & quidem junctam cum altera spectante ad Claudium Augustum. In marmore, quod vidit doctissimus Bochius, nihil legitur, nisi hæc Epigraphe, & quidem emendatior, quam apud Gruterum.

2 *Pisauri,*
apud Passerios.
Ex Nob. Equite de Abatibus Oliverio.

D ♥ M
L. CALPE
NI. DIO
NYSI. VI
VIR. AVG.
L. LARTI
VS. CALPE
NVS. CLE
MENS. ET
VEIANIA
IVSTA. BE
NEME
RENTI

3 *Cordubæ.*
E schedis Farnesiis, & meis.

L. CALPHVRNIO. L. F.
GALLICO. PANNONIO. IIVIR
MVNICIPES. ET. INCOLAE

In schedis meis pro *Gallico* est GAL. tantùm, hoc est *Galeriâ* Tribu. Sunt qui putant *Calpurnius* dumtaxat in usu fuisse apud veteres, non verò *Calphurnius*. Ego nihil statuo, id solùm innuens, ut accurate, quantum fieri possit, lapides archetypi inspiciantur, atque exscribantur. Uti eruditis notum est, eadem Civitas apud veteres modò *Coloniæ*, modò *Municipii* nomen præferebat: qua de re multis egit Gellius Lib. 16. Cap. 13. Profecto *Corduba*, vel Augusto imperante, *Colonia Patricia* appellata fuit. *Municipes* tamen ibi adhuc intuemur, quod & in aliis aliarum Civitatum Lapidibus animadvertas.

4 *Barcinone.*
E schedis Ambrosianis.

L. CALPVRNIO -------- CO
AEDIL. II. VIR. FLAMINI
VALERIAE. L. LIB. VXORI
L. CALPVRNIO. L. F. GAL. IVNCO. F
AEDIL. II. VIR. FLAMINI
CALPVRNIAE L. F. SEVERAE
NEPTI

5 *Veronæ,*
in Fabrica Sancti Nazarii.
E schedis Pacediani, Jacobi Valerii, & Farnesiis.

L. CALPVRNIO L. F
PVB. SQVILLIO. Q. F.
IMPERATORVM. TRIB
PLAEB. PRAEF
D . D
PATRONO

Sunt heic tenebrosa quædam. PATRONO minime posita videtur a Liberto quopiam Inscriptio hæc. Sane nullum Liberti nomen heic habes. In secundâ lineâ PVB. significat *Publiliam* Tribum, cùi Veronenses adscripti erant. Schedæ Valerii habent P. SQVILLIO. Q. F. IMPERAT. quæ interpretari poteris *Publiliâ*, *Squillio*, *Quinquennali*, *Flamini Imperatorum*, nisi quod Flamen *Augustorum*, non verò *Imperatorum*, appellare mos fuit. In quarta lineâ PRAEF. cuinam rei Præfecturam significat? Ceterum dicatus videtur potius lapis iste ex publico Decreto a Decurionibus Patrono Reipublicæ.

1 *Porcunæ, olim Obulconis in Hispania.*
E schedis P. Cattanei.

M. CALPVRNIVS M. F
M. N. GAL. MO ...
ANN. LXXXII. HVIC. OB. MERIT ...

3 *In Vico Fori in agro Alexandriæ Statyellorum*
Ex Donio.

T. CALVENTIVS
LIBERTVS. PRIMITIVVS
PAP. VI. VIR. IN SVO
V. F

6 *In agro Attidii, olim municipii Romani, nunc Fabrianensis ditionis, lapis effossus Anno Christi 1634.*
Misit P. D. Mariangelus Fiacchi Monachus Camaldulensis.

C. CAMVRIO. C. F
LEM. CLEMENTI. PRAEF
FABR. IIII. PRAEF. I. D. IMPER
CAES. TRAIANI. AVG. PRAEF. COH
VII. RAET. EQVIT. TRIB. MIL. COH
VLPIAE. PETREOR. MILLIAR.
EQVITI. PRAEF. ALAE. PETRIANAE
MILLIAR. C. R. BIS. TORQVATAE
PROC. AVG. AD. MINICIAM
PROC. AVG. EPISTRATEGIAE
SEPTEM. NOMOR. ET. ARSI
NOITAE. TREDENSES. PATRON
OB. MERITA. EIVS. DECR. DEC
PVBLICE
L. D. D. D

In insigni Inscriptione hac utinam nil desideraretur. Sed in linea sexta scribendum videtur COH. VLPIAE PETRIANAE MILLIARIAE EQVITVM: quæ tamen nomenclatura nusquam alibi mihi occurrit. Utique *Petriana* oppidum olim fuit in magna Britannia, sed vereor, ut inde sumtum fuerit hoc nomen. Pro *Petrianæ* legerem PRAETORIAE. Contra *Alæ Milliariæ* in Romanorum militia locum habuere. Heic autem appellatur *Ala Petriana*, seu *Prætoria Milliaria Civium Romanorum Bis Torquata*; quod rarum est. Sed & singularem in isto lapide agnoscas velim virum hunc functum fuisse officio *Procuratoris Augusti Epistrategiæ Septem Nomorum, & Arsinoitæ*, hoc est in Ægypto, quæ dividebatur in complures *Nomos*, sive *Præfecturas*; & ubi *Arsinoë* Civitas clara fuit. *Tredenses* Populus nobis ignotus. Opinari liceret, scribendum TREIENSES, Piceni Populos. Sed quum ex loco, ubi creditur exstitisse *Attidium* Romanorum Oppidum, e cujus ruinis *Fabrianum* originem ceperit, emerserit Marmor, *Attidienses* legendum videtur, nihil me remorante Plinio, qui *Attidiates* appellat.

2 *In Torbole agri Brixiani.*
E Vinaccesio.

V. F
L. CALVENTIVS. L. F.
FAB. VICALVS
DECVRIO. SIBI. ET
AVRELIAE. L. F. VERAE. ET
ANFIDIAE. MAGN......
VXORIBVS

Lubentius legerem AVFIDIAE.

4 *Comi, in hortis Episcopii.*
E schedis meis.

V
L. CALVISIVS C...
TVS. VI. VIR S...
ET SECVNDAE V...

5 *In oppido Schio. agri Vicentini, in Sanctæ Justinæ.*
E Marzario.

M. CAMERIVS. C. F.
M. CAMERIVS. M F
IIII VIR
SIBI ET
TERENTIAE. L. F

7 *Eugubii.*
Ex N. V. Hannibale de Abatib. Oliverio.

C. CAM....
THEOPHIL
SEVIR
IN. FR. P. XIII. IN. AG. P. XVI

8 *In Morviedro in Hispania.*
E schedis P. Cattanei.

C. CANINIVS. C. F
PVB. SVRA. VI. VIR
SIBI ET SEXTIAE. T. L.
IVCVNDAE
T. F. I
H. M. H. N. S

1 *In agro Astensi.*
Misit P. D. Alexander Chiappinius Abbas Canonicor. Regular. Placent.

L. CANINIO. P. F. VALENTI
PROCVRATORI. IIII.
PVBLICORVM. AFRICAE
PVB. CANINIVS. C. F
SIBI. ET. FILIO
V. F

Heic etiam uti singulare munus animadverte *Procuratorem Quatuor Publicorum Africæ*, nisi velis *Procuratori Quartum*.

2 *Romæ,*
apud Ficoronium.
Misit Ramaginius.

T. TR.
CAPITOLINVS
DECVRIALIS

3 *Ibidem.*
Misit Ficoronius V. Cl.

P. CARFINIO. P. L
VENVSTO VENETINVS
PATRONVS. DES....
L. M. EX. DEC. VIII

Hic fuerit *Decurialis Magister ex Decuria Octava*, fortasse *Judicum*.

4 *Ibidem.*
Apud prælaudatum Ficoronium.

CARISTIVS. Ↄ. L
AGATOCL
MAG. QVINQ

An potius C. ARISTIVS? Hic fuit *Magister Quinquennalis*.

5 *Opitergii.*
Misit Octavius Bochius J. C. Venetus.

T. CARMINIVS
Ↄ. L. ATREVS MAG. VI

6 *Laude Pompeja ad Portam Romanam.*
E schedis Cyriaci
apud Philippum Stosch Baronem Danum.

L. CASSIO. L. F. PVP. RVFO. VI. VIR
CARPEIAI. C. F. RVSTICIAI
PARENTIBVS
CAELIAI. C. L. CAPELLAI. VXORI
L. CASSIVS. L. F. PVP. CIVIS VI. VIR. IVN

In altero latere.

C. CAMNIVS. C. F. PVP. SVRA VI. VIR
SIBI ET SEXTIAE. Ↄ. L. IVCVNDAE
T. F. I
H. M. H. N. S.

Mendosam & mancam dederat Fabrettus pag. 613.

7 *In oppido Faleronæ in Piceno.*
Misit P. Philippus Camerinius.

D . M
CAIO. CASSIO. VALERIO. C. L
ONESIMO. VIII. VIR
TREBIA. CERVIA
CONIVGI. BENEMER.

Ego quoties in Inscriptionibus vetustis ad me missis invenio *Octoviros*, optarem semper, ut accuratius in archetypo quæreretur, an revera ita se habeant literæ.

8 *Cordubæ,*
in domo Roderici de Cabrera.
E schedis P. Cattanei.

M. CASSIO
MA. F
AGRIPPAE
PROC. AVG
M. CASSIVS
POLLIO
FRATRI PIISSIMO

9 *Augustæ Taurinorum,*
in Regia Scientiarum Academia.
Misit Comes Caissottus Præses Senatus.

T. CASSIVS. L. F. LICINVS
SIBI. ET
L. CASSIO. L. F. CAPITONI
PATRI
MANTIAE. L. F. TERTIAE. MATRI
L. CASSIO. L. F. RVFO. FRATRI
CASSIAE. L. F. MAXVMAE. SORORI
VETTVLEIAE. L. F. MAXVMAE
T. F. I
T. CASSIVS. T. L. ITALICVS
VI. VIR. F. C.

Num pro MANTIAE, legendum MARTIAE?

10 *Mediolani.*
E schedis meis.

I. O. M
C. CASSIVS C. L
THYRSVS VI. VIR
V. S. L. M

1 *Florentiæ,*
in Museo Mediceo.
Ex Montfauconio, & Gorio.

SINGVLARIBVS. SIGNIFERIS
VIXIT. AN. N̄. LXXX
MENSIBVS. II. DIEBVS. X.
Q. CATINIVS. C. F.
EQVES ROMANVS
L. L. PATRI. PIISSIMO

2 *Aquilejæ.*
E schedis Jacobi Valerii.

OSSA
CATTIAE
Q. L. COMPSINIS
C. VIB. Q. L. CEST.
VI. VIR

3 *Anconæ,*
in Foro.
E schedis meis.

D ❦ M
CECINIA. L. F. PRIMA
V. AN. XIII.
POMPONIA MATER FILIAE
C. CLINIVS. C. F. VARVS. IIII. VIR

4 *Romæ.*
Ex Contelorio.

FLORES
ET PIISS
D. N. VALE
MAXIM
SEMPER
C. CEIONIVS
V. C. PRAEF
PRAEF. VRB
IVDIC. D. N

Hanc ita legerem :

Florentissimo
Et Piissimo
D. N. Valerio Maxentio
Semper Augusto
Gajus Cejonius
V. C. Præf. Præt.
Præf. Urbi
Vice Sacra Judicans D. N. M. Q. Ejus.

Idest *Devotus Numini Majestatique ejus.* Censet Contelorius, pertinere Præfecturam Urbanam Cejonii hujus ad Annum Christi 313. In Libello de Præfectis Urbis scribitur: *Maxentio III. Cos V. Kal. Novembris, Rufius Volusianus Præfectus Urbi.* Hic idem *C. Cejonius* fuit. Consulatus Tertius Maxentii Augusti cadit in Annum Christi 310. Quare, si de prima illius Præfectura ageretur in hoc lapide, ad eumdem Annum Christi 310. esset referenda. Vide & alteram Inscriptionem infra.

5 *Allifani,*
ad Portam Urbis.
E schedis Ambrosianis.

M. CELERIO M. F.
TIRO CORINTHO
IIII. VIR. I. D. Q. D. ET
M. CELERIO. M. F. TIRO
CORINTHO IIII. VIR. AVG.
ANTINIAE OVIAE CINIALI
M. CELERIVS
IVSTVS PATRI MATRI
ET FRATRI FECIT

Pro TIRO suspicioni locus est fuisse in marmore TRO. idest *Tromentina* Tribu. Pro IIII. VIR. AVG. legendum arbitror IIIII. VIR. AVG.

6 *In Civitate Sancti Miniatis.*
Ex Gorio.

C. CELTVS. C. F. SAB.
SEVERVS
Q. AED. PONT.

7 *Fæsulis.*
Ex eodem.

MAVORTI
M. CENTONIVS. SEX. F. POL. ANIQVO . . . . .
IIIII VIR. AVGVST. IIIII. VIR
QVINQVEN. COLLEG. OMNIVM
FABRVM
PROC. PECVN. PVBL.
OB MERITA EIVS
Q. PACVVIVS. Q. F. POL. VIRIVS
CALVINVS. IIIII. VIR. AVG.
II. VIR. QVINQVENN.
AVGVR
SIGNVM. AIRE DEDERONT
PON. N. LXXV.

MAVORTI, quod alibi occurrit in principio Inscriptionum, aut indicat tabulam votivam, aut nomen proprium alicujus viri, ut infra *Q. Flavium Mæsium*. Heic videtur acclamationis signum. In Græcis quoque Inscriptionibus similes dicendi formas offendimus. Ceterum huic *Centonio* posita fuit *Statua*, seu *Signum Æreum Pondo LXXV*.

1 *In Sancti Laurentii in Campo.*
ad fluvium Cesanum,
non longe a ruderibus antiquæ Suasæ.
Misit Lucas Antonius Gentilis.

C. CESIDIO C. L.
DIALOGO
VI. VIRO
AVFIDIA. L. LIB.
IANVARIA
CONIVGI BENE
MERENTI
L. D. D. D

3 *Thermis in Sicilia.*
E Gualterio.

M. CESTIO. P. F. CLA
PRIMO. FILIO. PRAEF
FABRVM. TRIB. MIL
II VIR. EX D. D

5 *Sagunti,*
in Castro Saluquia.
E schedis P. Cattanei.

Q. CINIO
Q. F. GAL
AEDIL. II. VIRO
EX D. D

7 *Extra Romam,*
in Villa Burghesia, in urna alabastrite.
E schedis Ptolomeis.

P. CLAVDIVS. P. F.
AP. NEP. AP. PRON.
PVLCHER. Q. QVAESTOR
PR. AVGVR

8 *In agro Salensi*
Provinciæ Basilicatæ.
Misit N. V. Ignatius Maria Como Neapolita.

AP. CLAVD
P. LICINIVS
III. VIR. A. A. A.
....

2 *Romæ.*
Ex Contelorio.

VICTORIIS. DD. NN. C. CE
SONIVS. RVFIVS. VOLVSIANVS
V. C. PRAEFECTVS VRBI ITE
RVM IVDEX SACRARVM CO
GNITIONVM

Pertinet ista ad Annum Christi 310. aut 313. namque heic scribendum C. CEIONIVS, idem nempe, qui supra. Is Anno Christi 310. primam Præfecturam Urbis gessit. In prælaudato Libello de Præfectis Urbis ad Annum Christi 313. altera illius Præfectura refertur.

4 *Melitæ.*
Misit N. V. Comes Johannes Antonius Ciantar.

CESTIO L. F. POAMPI GALLO VA
RENIANO LVTATIO NATALIA EMI
LIANO PATRONO MVNICIPII
L. MARCIVS MARCIANVS AMICO OPTIMO
V. KARISSIMO SIBI HONORIS CAVSA. S. L.

Inscriptio reperta dicitur in *Insula Gauli* in basi, super qua statua erat, septem palmos alta. Sunt qui putant, referendum esse elogium ad *Cestium Gallum* Legatum Syriæ, qui teste Josepho de Bello Judaico Cap. 22. & seqq. magnam edidit Judæorum stragem. Tantam lapidis antiquitatem minime persuadet tot Cognominum luxus. Fuit hic in usu subsequentibus Sæculis. Ceterum pro POAMPI vitiata voce restituendum videtur POMPT, idest *Pomptinâ* Tribu. Legendum quoque NATALI AEMILIANO. Siglæ S. L. in calce significant *Statuam Locavit*.

6 *Valentiæ in Hispania,*
in ædibus de los Cavalleros.
E schedis ejusdem P. Cattanei.

D O
PVBLICAM LAVDEM
IMPENSAM LOCVM
STATVAM. M. CON
CLAVDIA GEMELLA

9 *Fulginiæ.*
Ex Ligorio.

TI. CLAVDIO. TI. F. STEL. ABVRIO
AVGVR. PVLLARIO. LEG. V. AVGVSTAE
IIII VIR VIARVM. PATRONO. MVNI
CIPI. ET. INCOL. H. V. OBL. S. S. AB. IIS. H
CONTEN.
L. D. D. D

Augur Pullarius occurrit etiam apud Reinesium Class. 6. num. 35. Sed animadverti, illam quoque Inscriptionem ex Ligorii Libris haustam fuisse, quamquam Holstenianas schedas Reinesius laudet. An sola Ligorij auctoritas certos nos rei facere possit, erunt fortassis, qui dubitent. Tu vide quid ad Inscriptionem illam Reinesius adnotavit. Vide etiam in Thesauro Gruteriano Inscriptionem pag. 557. num. 6. ubi occurrit *Pullarius Legionis XV. Apollinaris*; Et adi, si lubet, Festum, hujus rei testem. Interim legendum heic MVNICIPES. Ut siglas quoquo modo interpreteris, dicito: *Hic Verò Oblatam Statuam Suscipiens, Absolvit Impensis, Honore Contentus. Locus Decreto Decurionum Datus.*

1 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Albani.

DIS MANIBVS
TI. CLAVDII QVIR
ALEXANDRI
PHILOSOPHI STOICI
BACCHILVS ET
AMBROTVS LIB
PATRONO
BENEMERENTI

Tres alios *Philosophos Stoicos*, & unum *Epicureum* habes in Thesauro Gruteriano. Vide infra *L. Julium Fufficianum*, & alterum patriâ *Cortonensem*. Mirum est, quare non & aliarum Sectarum exempla supersint, & Platonicæ præsertim, quæ summo semper in honore fuit. Apud Romanos præstabat *Stoicorum* disciplina, & præcipue postquam Romanis imperavit M. Aurelius optimus Princeps, ejusdem Sectæ alumnus.

2 *Romæ,*
apud Johannem Franciscum Sonantium.
Ex Ligorio & Sirmondo.

C. IVLIO GLYCEROTI FELICIS. SCAPILANIAE DEC. II. Q. III.	TI. CLAVDIO. AVG. L. FELICI SCAPVLANO. D. III. Q. III. QVINQVENNALI IMMVNI TRIPLICARIO BENEMERENTI EX CONSENSV DECVRIAE VNIVERSAE HONORIS CAVSA ZOTHECAM PVBLICE DEDERVNT ATIMETVS. L. SVA PECVNIA ADORNAVIT

Hanc etiam dedit Sirmondus V. Cl. sed mancam, eamque *Tibure* positam ait. Is legebat in tertia linea IN MVNI, quasi in *Munere Triplicario*. Sed retinendum puto INMVNI, sive IMMVNI. Uti in Militia *Duplicarii* appellati fuere, quibus Duplicia cibaria dabantur, ita *Triplicarii* invecti fuisse mihi creduntur. Illi antea noti. Hi verò ex Lapide isto in posterum agnoscentur. ZOTHECAM non aliud fuisse, quâm quod nunc Italice *Gabinetto* appellamus, contendit prælaudatus immortalis nominis vir Sirmondus e Societate Jesu, in notis ad Epistol. 16. Sidonii Lib. 8.

3 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre Episcopo Hadriensi.

TIB. CL. ASIANVS
IIIIII. VIR. AQVIL
TVTILIAE MEDAMAE
CON.

In marmore fuerit, ut reor M. F. DAMAE.

4 *Segusii,*
in Sancti Marcellini.
E Guichenonio.

TIB. CLAVDIVS. TI. FILIVS. QVIR.
NIGRINO DECVR. II. VIRO. OPTIMO
PATRI ITEM SIBI

5 *Lugduni, in Episcopio.*
E schedis Farnesiis
misit P. Andreasius Societatis Jesu Presbyter.

D. M
TIB. CLAVDI. PEREGRINI
IIIIII. AVG. LVGD.
CLAVDIA. FILIA HERES
PONENDAM CVRAVIT

6 *Aquilejæ.*
Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.

TI. CLAVDIO
TI. FIL. PAL
SECVNDINO
L. STATIO. MACEDON
P. P. LEG. IIII. P. F. TRIB. COH
PRIM. VIG. TRIB. COH. XI
VRBAN. TRIB COH VIIII. P
P. P. ITERVM. PRAEF. LEG. II. TRA
PROC. XX. HER. PROC. PROVIN
LVGDVNENS. ET. AQVITAN
A. RATIONIB. AVG. PRAEF. AN
L. SAVFEIVS. IVLIANVS
AMICO. OPTIMO

Pro L. STATIO, quod non cohæret, aliquid substituendum est, puta *Eustatio*, aut *Statio* tantùm. Facile esset, reliquas literas, quæ exciderunt, restituere.

1 *In incerto loco.*
E schedis Valvasoniis,
misit Comes Franc. Beretta Utinensis

C. CLAVSIO
C. FIL. PVP
DEXTRO
AED. II. VIRO
CLAVSIA. C. F
MARCELLA
SOR
P. V. X

2 *Romæ,*
in Museo Sabatinio,
in lamina ærea.
Exscripsit Clariss. Vignolius.

In uno latere.		*In altero.*
CLLODI		DEORTVM
HERMO		OLIBRI V C
GENIAN		SVM PRE
IVC EX PR		FECTI PR
EFECTO		ETORIS N
VRBI. DEO		OLIME T
RTVM IP		ENERE
SIVS		NON T
SVM		IBI EX
O		PEDET

Est quod mirere heic miseram Latinæ Linguæ conditionem vel ipso Sæculo Christianæ Æræ quarto. Habes PREFECTI PRETORIS pro PRAEFECTI PRAETORIO. Habes EXPEDET pro EXPEDIET, seu EXPEDIT. Scriptum vides CLLODI pro CLODI. Singulares literas in utroque latere V. C. interpretare *Viri Clarissimi*. Dum meliora alii offerant, liceat mihi credere DEORTVM positum fuisse pro DE HORTO. Hæc enim lamina inservisse videtur pro collari alicujus canis, sive feræ, sive avis, quæ OLIBRII hortis deputata esset. Ceterum *Q. Clodius Hermogenianus Olybrius, Clarissimus* plane *vir*, floruit sub Valentiniano I. & Gratiano Imperatoribus. In marmore Gruteriano pag. 353. num. 2. is appellatur *Q. Clodius Hermogenianus Consularis Campaniæ, Proconsul Africæ, Præfectus Urbi* (Anno Christi 368.) *Præfectus Prætorio Illyrici, Præfectus Prætorio Orientis, & Consul Ordinarius*, videlicet Anno Christi 379.

3 *Ephesi,*
ad Dianæ Templum.
Ex Thoma Smitho.

C. CLODIO. C. F. MAEC
NVMMO. TRIB. LEG
XIII. GEM. X. VIR. STL. IVD.
PROVINCIAE ASIAE
RTINIVS QVINTILIANVS
CVRIATIVS MATERNVS
DIVS NVMMVS ACILIVS
STRABO FILIVS FECIT

4 *Apud Cathirum Dalmetiæ Civitatem.*
E schedis Cyriaci.

C. CLODIO. C. F. SERG
VITELLIANO. II. VIR. I. D
IVDIC. EX. V. DECER. EQVO
PVBL. VIC. DEFVNCTO
ORDO. DECVR. LOCVM
SEPVLTVRAE. IN. A. S.

5 *Romæ,*
in domo Pauli Pini.
E schedis Ambrosianis.

Q. CLODIO CALVISIO
V. HONORATO C P

6 *Ibidem,*
in vinea Poggiana.
Ex Ligorio, ac Donio.

M. COCCEIO. A. QVAES
TION. OFF. PRAEF
PRAET. TIT. ALEXAN
DER. FRVM. FL. CENSORINVS
ET. IVLIVS. LICINIANVS
ADIVTORES. PROCV
RATORES. CORPORIS

Vitiatam dederat Reinesius Class. 6. num. 131.

7 *Juxta Castrum Nadini*
ditionis Jadrensis.
Ex Johanne Lucio.


COCIAVIO. TIDIO. TOSSIANIO. IAONO
PRISCO. LEG. LEG. IV. FLAV. LEG. LEG. III. AVG.
IVRI DIC. PROVINC. BRITANNIAE. LEG.
CONSVLARI. PROVINC. GERM. SVPERIORIS
LEGATO. CONSVLARI. PROVINC. SYRIAE
PROCONSVLI. PROVINC. AFRICAE. PONTIFICI
P. MVTILIVS. P. F. CLARISPINVS. T. P. I.
AMICO CARISSIMO

Vereor, ut illustris hujus viri Nomina & Cognomina satis accurate exscripta fuerint a Lucio, qui & in aliis suam nobis incuriam prodidit.

1 *Raliani in Provincia.*
Ex MSto D. de Mazaugues
misit Bimardus.

C. COELIO
C. LIB
TERTIO
C. COELIO. C. F. FELICI
VI. VIR
C. COELIVS. C. F. FAVSTVS
VI. VIR. FRATER. FECIT

2 *Effossus lapis ultra Trebiam in agro Stati, nunc Placentiæ, in Monasterio Sancti Augustini. Misit P. D. Alexander Chiappinius Abbas Canonic. Reg.*



Decurionem Placentinum exhibet hic lapis. Tribum quoque *Voltiniam*, cui adscripti erant Placentini. In fine legendum VXORI MEAE QVAE ID TESTAMENTO PONI IVSSIT: atque ita marmorarii sphalmata tollas.

3 *Albingauni in ædibus Comitis Costa, nunc Marchionis Balestrini. E schedis Antonii Giganti. Misit etiam P. Petrus Martyr Cangiassi Ord. Prædic.*

CONSTANTI VIRTVS STVDIVM VICTORIA NOMEN
DVM RECIPIT GALLOS CONSTITVIT LIGVRES
MOENIBVS IPSE LOCVM DIXIT DVXITQ. RECENTI
FVNDAMENTA SOLO IVRAQ. PARTA DEDIT
CIVES TECTA FORVM PORTVS COMMERCIA PORTAS
CONDITOR EXSTRVCTIS AEDIBVS INSTITVIT
DVMQVE REFERT ORBEM ME PRIMAM PROTVLIT VRBEM
NEC RENVIT TITVLOS LIMINA NOSTRA LOQVI
ET RABIDOS CONTRA FLVCTVS GENTESQ. NEFANDAS
CONSTANTI MVRVM NOMINIS OPPOSVIT

Monumentum hoc Ughellius quoque protulit Tom. IV. Ital. Sac. in Episcop. Albingaun. Adnotavit Gigantus, exaratum illud fuisse characteribus a veterum elegantiâ declinantibus, quales sunt AΖMNV, ita ut barbaricis Sæculis composita Inscriptio videatur. Versûs tamen non ineptum neque barbaricum Poëtam produnt. Ad characterum formam quod attinet, Sæculo Christi Quarto & Quincto, immo & antea pares in aliis bene multis lapidibus occurrunt. Exemplo esse potuissent nonnulli ex iis ipsis, quos in Collectione ista dedi; sed cùm difficile nimis sit varias literarum formas exprimere, sub vulgaribus characteribus omnes proferuntur. Ceterum non heic de Constantio Augusto Constantini M. Filio sermo est, sed quidem de *Constantio Comite*, qui Placidiam Honorii Augusti sororem duxit, & ex ea Valentinianum III. Augustum genuit. Is Gallias a Constantino, & Jovino Tyrannis, atque a Gothis usurpatas recepit, & *Albingaunum* Civitatem restaurasse & muniisse videtur.

1 *Senogalliæ.*
E schedis Jacobi Valvasonii.
Misit Comes Franciscus Valvasonius.

INCOLAE. OPIFICESQ. DEDERE
MAGIST. COIRAVER
Q. POPILIVS. C. L
L. PVPIVS. L. L
C. MANEIVS. Q. L

3 *Laude Pompeja*
in Abbatia Sancti Petri.
E schedis Valerii & Cyriaci apud Baronem Stosch.

Q. CORELLIO
Q. F. PAVLINO
DECVRIONI
ANNORVM XXI
AB INICIO OL.

4 *In Dacia.*
in Oppido Densus.
Misit Apostolus Zenus.
Edidit etiam Marchio Maffejus.

D. M
CORNELIAE
FAVSTINAE
VNDEVIGINT ANNOS
NATAE
C. SPEDIVS CLEMENS
II. VIR. COL. CONIVGIS
MEMORIAE ERGA SE
DIGNISSIMAE
FECIT

Is fuit *Duumvir Coloniæ* Ulpiæ Trajanæ Dacicæ Sarmiz.

6 *Porcunæ, olim Obulconis in Hispania.*
ad portam Antonii Calcadi.
E schedis P. Cattanei.

CORNELIVS
PRON. GAL
NA. AEDIL
MORTEM TESTAMENTO
STATVAS SIBI ET PATRI EQVESTRES
MATRI PEDESTREM PONI IVSSIT
CORNELIA. L. F. ANVS SOROR
P. C.

2 *Mediolani,*
apud Nob. V. Sfondratos.
Ex Cicereji schedis.

V. F
D. M
Q. CONSTANTIS. F. HE
QVE. VI. VIRI. IVN.
Q. QVINTIANVS
SERVANDVS
ET. Q. QVINTIANVS
CONSTANS
PATRI FILADONO PIENTISSIMO
L. QVINTIA SATVRNINA
LID

Sunt heic obscura quædam, immo menda, ex descriptoris incuriâ, ut suspicor. Postremas siglas L. I. D. interpretari liceat *Locum Jussit Dari*. At alias in tertiâ & quartâ lineâ, nempe F. HE QVE. audaci conjecturâ explices *Filii Heredesque*. In antepenultima linea *Filadono* fortassis est pro FILIA DONO. Rara quidem in feminis Prænomina; attamen minime neganda, Festo ipso inter antiquos rem testante, ut alios præteream. Lapidem hunc inter Donianos edidit quoque Gorius V. Cl. sed cum eisdem vitiis.

5 *Romæ,*
prope sacram Ædem sub titulo: Domine quo vadis?
Ex Boldetto.

DIS MANIBVS
CORNELIAE FORTINAE
VIXIT ANNIS XVI. M. VII.
M. VLPIVS. AVG. LIB. CALLISTVS
PATER PRAEPOSITVS ARMAMENTARIO
LVDI MAGNI ET FLAVIA NICE CONIVXS
SANCTISSIMA FECERVNT SIB
LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EOR.

Ludum Magnum, *Ludum Gallicum*, *Ludum Matutinum*, Romæ institutos jam noveramus. In hisce Scholis Gladiatores sese exercebant. Hinc discimus, Ludum Magnum *Armamentario* fuisse instructum, videlicet, ut inde Arma Gladiatoribus ministrarentur. Vide Classem IX. *de Spectaculis*.

7 *Panormi.*
E Gualterio.

RER
L. CORN
MARCELLVS
PR. PROV. SICIL. L
PR. PROV. EIVSD. PRO
EX MVLTIS

Fortasse donarium *Cereri* dicatum *ex multis*, ideft *mulctis*, uti recentiores ajunt.

1 *Brixiæ.*
Ex Marchione Maffejo.

COR. GAVDEN
TIVS V P COM ET
CORR VEN ET
HIST CVRAVIT

Vide Gruterum pag. 356. num. 4. qui corruptissimam dedit. Lege:

Cornelius Gauden
tius Vir Perfectissimus Comes Et
Corrector Venetiæ Et
.. Histriæ Curavit.

Hoc ipsum marmor dederat etiam Vinaccesius, sed literis non satis distinctis.

2 *Veronæ,*
ad Sanctam Euphemiam.
E schedis Comitis Francisci Brembati Bergomatis.

CORNELIVS. C. L
HANNO. IIIIII
VIR. SIBI. ET
CASTO. ET DO
MESTICO. L.
T. F. I

3 *In oppido Dianii*
agri Valentini in Hispania.
E schedis P. Cattanei.

CORNELIO
Q. FILIO
GAL. PLACIDO
OMNIBVS
HONORIBVS
IN REPVB. SVA
FVNCTO
AEMILIA. L. F.
SEVERINA
MARITO

4 *Romæ,*
in hortis Cardinalis Carpensis.
Ex Ligorio.

L. CORNELI. L. L. SISIAE
MAG. VICI. VIRIDIARI
MONVMENTVM
CORNELIA. L. L. CALETYCHE
CORNELIA. L. L. AMMIA
PATRONIS. SVIS. FECIT
DIGNIS. ET. MERITIS
PRO. EORVM. PIETATI
ET SIBI ET SVIS

PIETATI pro PIETATE, lapsus quadratarii. Præterea legendum ET CORNELIAE. L. L. CALETYCHE, quæ sequuntur, monent.

5 *Clusii.*
Ex Gorio.

L. CORNELIO. L......
SVLLAE. FELICI
DIC

Idest *Dictatori*. An omnia antiquitatis signa præferat lapis iste, lubenter inspicerem. Iisdem verbis alter habetur apud Ursinum, & Gruterum pag. 398. 5. quem *Vicus Laci Fundani* Romæ posuit eidem Sullæ, celeberrimo in Historia Romana viro.

6 *Tridenti,*
juxta Sancti Vigilii.
E schedis Alexandri Capponii Marchionis.

M. CORNELIO IIII. VIRO
PATRI
M. CORNELIO FRATRI
Q. CORNELIO CONSTANTI
FILIO
PASTOR. SVIS

7 *Cissæ*
in Catalonia.
Ex Petro de Marca V. Cl.

M. CORNELIO
PHEDIMO
SEVIRO
CORN. FAVENTINA
FRATRI

8 *Anglariæ,*
in Sancti Stephani.
Ex Gorio.

DIIS MANIB
L. CORPENNI
A. F. POM
SABINI. SEVIR
POL

1 *Calari,*
in Sancti Nicolai Neapolitanorum.
AVFIDI. PRISCINI. EQ. R.
HVIC. OB. BENIGNITATEM
PATRIS. QVEM. CIRCA. VR
BICVLI. SECVNDI. SEVIRVM.
AVGVSTALIVM. HONOREM
EGERIT. STATVAM. EX. SVA
PECVNIA. POSVERVNT
L. D. D. D

In octava linea reftitue QVAM pro QVEM. At quæ fequuntur CIRCA VRBICVLI SECVNDI corrupta omnino funt, nec quomodo emendari poffint, video. Certe erga *Seviros Augustales* beneficum fe prodiderat *Mammius* ille *Aufidius Priscinus*, hujus *Mammiæ* pater.

6 *Tarracone*,
juxta Palatium Archiepiscopi.
E schedis P. Cattanei.

TITO ❦ MANILIO
SILONIS FIL. QVIR
PRAESENTI
TRITIENSI. MAGALAE
OMNIB. HONORIB.
IN. R. P. SVA FVNCTO
DECVRIALI ALLEC
TO ITALICAM EXCV
SATO A DIVO PIO
FLAMINI P. H. C.
P. H. C

Defideratur heic aliquid, puta *ab Italica expeditione excusato*. Poftremæ figlæ fignificant *Flamini Provinciæ Hispaniæ Citerioris*. *Ponendum Heres*, aut *Heredes Curarunt*. Verba TRITIENSI MEGALAE heic indicant *Manilii* hujufce *Silonis* Patriam. In tabulis Antonini memoratur *Tritium* Hifpaniæ oppidum inter Deobriculam & Virovefcam. Ptolemæus quoque memorat *Tritium Metallum*. Si recte fe habet marmoris hujus exemplar, *Tritium Megalum*, aut *Megalæ*, non verò *Metallum* fuerit germanum illius Oppidi nomen.

1 *Barcinone.*
E schedis meis, & Ambrosianis.

P. MANLIO CN. F. GAL.
AEDILI II. VIR.
CN. MANLIO. P. F. GAL.
SECVNDO AEDILI

Petrus de Marca V. Cl. hunc lapidem ponit in Vico Vilazar.

2 *Pisauri in ædibus Passeriis.*
Ex Equite Hannibale de Abatibus Oliverio.

P. MARCIVS P. L
HILARVS
DEC. ESQVILINVS

Fuit hic *Decurio* unius e Regionibus Urbis, cui *Esquilinæ* nomen a Porta *Esquilina*.

3 *Romæ,*
in Sanctorum Johannis & Pauli.
Misit Eminentiss. Passioneus S. R. E. Cardinalis.

MARIVS L. LIB. DORYPHORVS ANVLOS AVREOS
CONSECVTVS A DIVO COMMODO. SCRIB. AEDILIC. ET
TRIBVNIC. SCRIB. LIBR. AEDIL. CVRVL. PRAECO. COS.
EC. QVAESTORIVS. SACERDOTAL. VIATOR. AVGVRVM
OR. CVRIAT. LAVRENS. LAVINAS. FECIT SIBI ET
AE ASCLEPIODOTE CONIVGI ITEM LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM

Præter nota Officia, heic nobis se offert *Præco Quæstorius & Sacerdotalis* (ita enim legendum opinor) & *Viator Augurum*. Dubius sum, num .... OR. CVRIAT. sit *Calator Curiatus*, an *Curator*, *Procurator*, *Quæstor Curiatus*. *Laurens Lavinas* Civem quidem Laurentem Lavinatem designare potest, sed veri videtur similius hoc nomine Sacerdotem sive Sodalem religiosum illius Urbis indicari.

4 *In Æde Minervæ Lindi ad statuam M. Marcelli.*
Ex Plutarcho.

ΟΥΤΟΣ ΤΟΙ ΡΩΜΗΣ Ο ΜΕΓΑΣ ΞΕΝΕ ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΑΣΤΗΡ
ΜΑΡΚΕΛΛΟΣ ΚΛΕΙΝΩΝ ΚΛΑΥΔΙΟΣ ΕΚ ΠΑΤΕΡΩΝ
ΕΠΤΑΚΙ ΤΑΝ ΥΠΑΤΑΝ ΑΡΧΑΝ ΕΝ ΑΡΗΙ ΦΙΛΑΞΑΣ
ΚΑΙ ΠΟΛΥΝ ΑΝΤΙΠΑΛΩΝ ΕΓΚΑΤΕΧΕΥΕ ΦΟΝΟΝ

Ideft:

Quem Cernis, Hospes, Magnum Patriæ Suæ Sidus,
Marcellus est Claudius Ex Illustri Genere,
Septies dum *Consulatu fungeretur, Bella Gessit,*
Multorumque Hostium Profligavit Acies.

5 *Prope Castellum Cavallini, in Sancti Hippolyti.*
Misit Eminentiss. Passioneus.

L. K. MARI. DARENI
SC. EAD. DIE. COLLEG. ET. CVLTO
DECVRION. SPORTVL. ACCIPER. CV
AM. LIBERALIB. IVDICIIS. ORDO. SANCT
IMAGINEM. ARGENT. CVM. AEREO. CLIPEO
PONENDAM CENS. L. P. D. D. D

1 *Romæ,*
in vinea Roberti Strozzii.
Ex Ligorio.

L. MARI. MAXIMI
PRAEF. VRB
PROCŌSVLIS
SVFFRAGATORI
Q. ATT

Fortaſſe pertinet ad Annum Chriſti 363.

2 *Ibidem,*
in Monte Cœlio
in Vinea Fonſeca.
Miſit Apoſtolus Zeno.

L. MARIO MAXIMO
PERPETVO
AVRELIANO. C. V
PRAESIDI PROVINC
GERMANIAE INFER
EX TESTAMENTO
A. POMPEI ALEXANDRI
P. P. QVI SVB EO MILITAVIT
A. FOMPEIVS SACERDOS
FILIVS ET HERES
PONENDAM CVRAVIT

3 *Marſalæ in Sicilia.*
Ex Gualterio.

M. MARIO. M. F
CLABIETI. GLAVCO. PATRI
SENATORIS. EQVO. PV
BLICO. EXORNATO. PA
TRONO. OB. MERITA. EIVS
QVAE IN CIVES SVOS
CONFERT. C. V. ADLECTO
INTER. TRIBVNICIOS
AB. IMP. CAESARE
M. AVR. COMMODO. ANTO
NINO PIO FELICI
AVG. TRIBVLES TRIB
IOVIS AVG. PECVNIA
SVA L P D D D

Neſcio, ſitne pro CLABIETI legendum CLA. BIETI, ſcilicet *Claudiâ* Tribu. Quinam Populi memorentur heic, ignoro. Neque enim *Tribules Trebulanos*, Populos in Sabinis, ubi nunc, ut creditur, *Monte Leone* ſitum eſt, excogitare audeo. Heic autem genus quoddam Sacerdotum, aut Sodalium religioſorum indicari videtur, nempe in ea Civitate *Jovis Augusti* Cultorum.

4 *Romæ, apud Carolum Cremonam.*
Ex Donio.

L. MAROLVS MARTIALIS
M. QVINTINVS. VIBIANVS
CVRATORES
D. S D. D

5 *Palmyræ.*
Ex Tranſactionibus Philoſophicis Anglicis.

ΜΑΡΘΕΙΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΟΥ ΚΑΠΑΔΗΤΟΥ ΟΥΑΒΑΛΛΑΘΟΥ ΤΟΥ
CΥΜΩΝΟC COΡΑΙΧΟC ΑΙΡΑΝΟΥ ΑΝΗΡ ΑΥΤΗC ΜΝΗΜΗC ΕΝΕΚΕΝ ΜΗΝΕΙ
ΔΥCΤΡΩ ΤΟΥ ϡΥ ΕΤΟΥC

Ideſt:

Marthin (filiam) *Alexandri Capadetæ* (filii) *Vaballathi*, (filii) *Simonis*, *Soræchus* (filius) *Ærani*, *Maritus Ejus*, *Memoriæ Cauſsâ*, *Menſe Dyſtro Anno* 490.

Hoc eſt, Anno Chriſti 178. *Odenati* quoque Palmerynorum Regis & Auguſti filius tertius appellatus Sæculo ſubſequenti fuit VHABALLATHVS, ut ex Nummis didicimus.

6 *Piſauri.*
Ex N. V. Hannib. de Abatib. Oliverio.

Q. MARTIO ACCIO REPEN
VICI MAGISTR

8 *Spoleti.*
E ſchedis Farneſiis.

T. MARTIVS. TIMENOPHILVS
STATVAM EQVESTREM
P. ATTORIO
DEDIT

Pro TIMENOPHILVS forraſſe marmor habebat T. F. MENOPHILVS.

7 *In Vico* Greſy *in Sabaudiâ.*
Ex Guichenonio.

L. MARTIVS. TAVRINVS
PRAEF. FABR. II.
PRAEF. III. GAL
TRIB. MIL. LVI. VICTOR.
VIVOS SIBI

Pro LVI. VICTOR. ſcribe L. VI. VICTR. ideſt *Legionis Sextæ Victricis*. Pro PRAEF. III. GALL. ſcribendum videtur PRAEF. COH. aut LEG. III. GAL. ideſt *Præfectus Cohortis* ſive *Legionis Tertiæ Gallicæ*.

1 *Lacedæmone.*
E schedis Cyriaci, misit N. V. Abbas Pompejus Compagnonius.

ΓΕΡΟΝΤΕΣ. ΕΠΙ. ΤΟΥ. ΜΕ. ΠΡΑΤΟΛΑΟΥ
ΤΟΥ. ΔΕΞΙΜΑΧΟΥ. ΩΝ. ΠΡΕΣΒΙΣ
ΝΕΙΚΟΡΑΤΗΣ. ΣΕΙΜΗΔΕΙΚ
ΓΕΡΟΝΤΕΥΣΑΣ. Δ. ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΣ. Γ

Ideſt :

Gerontes Sub Me Pratolao
Filio Deximachi, Quorum Legatus
Nicorates Simedicus
Qui Gerontis munere Quartum, & Legati Tertium Functus fuit.

Lacedæmonum Senatores appellatos fuiſſe *Gerontas*, ſive *Seniores*, non uno in loco proditum fuit a Plutarcho, Pauſania, & aliis.

2 *Romæ.*
in Baſilica Lateranenſi juxta Sacellum Sancta Sanctorum.
E ſchedis Cyriaci apud Philippum Stoſch Baronem Danum V. Cl.

HONORI
MEMMIO VITRASIO ORFITO V. C.
GENERE NOBILI
DOMI FORISQVE AD EXEMPLVM VETERVM
CONTINENTIA. IVSTITIA. CONSTANTIA
PROVIDENTIA
CVNCTISQVE VIRTVTIBVS SEMPER INLVSTRI
PRAEFECT. VRBI
NON MVLTO INTERPOSITO TEMPORE
ITERVM PRAEFECTO VRBI
PROCONSVLI AFRICAE
COMITI ORDINIS PRIMI
ITEM COMITI INTRA CONSISTORIVM
ORDINIS PRIMI
LEGATO PETITV SENATVS POPVLIQ. ROMANI
COMITI ORDINIS SECVNDI
CONSVLARI PROVINCIAE SICILIAE
PONTIFICI MAIORI VESTAE
QVINDECIM VIRO S. F
PONTIFICI SOLIS CONSVLI PRAETORI QVAESTORI K
ATQVE HIS OMNIBVS
AB IPSA IVVENTVTE PERFVNCTO
OB EIVS TEMPORIBVS DIFFICILLIMIS
EGREGIAS AC SALVTARES PROVISIONES
SVSCEPTORVM OSTIENSIVM SIVE PORTVENSIVM
ANTIQVISSIMVM CORPVS
OB VTILITATEM VRBIS ROMAE RECREATVM
STATVAM CONSTITVIT

Inſignem hanc Inſcriptionem, ſimulque alteram ſubſequentem, ſervavit nobis diligentia Cyriaci Anconitani, dignas profectò ambas, quæ tenebris atque oblivioni eripiantur. Simile quoque marmor evulgavit Smetius, & ex eo Gruterus pag. 438. num. 1. eidem *Orfito* poſitum *a Corpore omnium Mancipum*. Scilicet in commendando illuſtri viro certarunt olim Collegia & Artifices æternæ Urbis. Cyriacus ipſe mihi teſtis eſt, in eodem loco tres alias baſes marmoreas extitiſſe, in ipſius *Orfiti* honorem conſcriptas, ſed nimium in iis attritas, aut ſpectatorum oculis ereptas fuiſſe literas non paucas. Ceterum *Memmius Vitraſius Orfitus* Præfecturam Urbanam geſſit Anno Chriſti 353. & 354. Hoc in Libello de Præfectis Urbi, memoriæ proditum fuit, ita ut mirer, cur Cl. V. Henricus Brencmannus in Epiſtola ad Relandum ſcripſerit : *Nondum ſcire licuit, ad quæ tempora Orfitus pertineat*. Præterea Symmachus ejus gener in Epiſtola I. de ipſo loquitur, quum ait :

Quique dedit leges Orfitus Æneadis.

Sunt & apud Gruterum geminæ aliæ Inſcriptiones ad ipſum ſpectantes pag. 38. num. 6. & pag. 284. num. 8. Vide quæ de eo habet Gothofredus in Proſopographia Codicis Theodoſiani. Quod præcipue heic animadvertendum, *Orfitus* noſter appellatur *Conſul*, *Prætor*, *Quæſtor Kandidatus*. In Gruteriana quoque pag. 438. num. 1. iiſdem nominibus ipſum ornatum videas. Atqui per ea tempora nullum *Orfitum* Conſulem Faſti exhibent ; ac propterea is Conſulatum ſuffectum geſſiſſe credendus eſt. Neque enim ad *Orfitum*, qui Anno Chriſti 270. Conſul cum *Antiochiano* proceſſit, referendam eſſe Inſcriptionem hanc, pæne certum futurum eſt nobis. *Orfito* noſtro Statua poſita fuit ab *antiquiſſimo Corpore Suſceptorum Oſtienſium, ſive Portuenſium*. Multa de *Suſceptoribus* habes in Tomo IV. Codicis Theodoſiani, ac præcipue ea adnotanda ibi ſunt, quæ Gothofredus congeſſit ad Lib. XII. Tit. 6. de *Suſceptoribus*. Conſulendus quoque Pancirolius in Notitia utriuſque Imperii. Paucis dicam : *Suſceptores* appellati, qui Tributa publica colligebant, hoc eſt, ſuſcipiebant, ſive in auro, ſive in ſpeciebus. Reliqua *Orfiti* munera prætereo.

1 *Romæ.*
Ex iisdem Cyriaci schedis apud Baronem Stosch.

HONORI
MEMMIO VITRASIO ORFITO. V. C.
NOBILITATE ET ACTIBVS PRAECIPVO
PRAEFECTO. VRBI. PROCONSVLI. AFRICAE
ET TERTIO SACRARVM COGNITIONVM IVDICI
COMITI ORDINIS PRIMI ITERVM
INTRA CONSISTORIVM LEGATO SECVNDO
DIFFICILLIMIS TEMPORIBVS
PETITV SENATVS ET P. R
COMITI ORDINIS SECVNDI
EXPEDITIONES BELLICAS ORDINANTI
CONSVLARI PROVINCIAE SICILIAE
PONTIF. DEAE VESTAE
XV. VIRO S. F
PONTIF. DEI SOLIS----------QVAE. K.
CORPVS PISTORVM MAGNARIARIORVM
ET CASTRENS-------VM
STATVAM CONSTITVIT

Ibidem alter lapis cum iisdem verbis, sed in fine subjungitur:

CORPVS NAVICVLARIORVM
STATVAM SVB AERE CONSTITVIT

Ibidem sunt & alii duo lapides in ejusdem viri honorem, sed literis aut vetustate consumtis, aut in muro abditis. In hac autem Inscriptione habemus *Corpus Pistorum Magnariariorum Castrensium*.. Unum-ne fuerit Corpus hoc, an tria diversa, tunc in promtu foret agnoscere, quando nobis innotesceret, quid revera fuerint *Magnarii*. Equidem puto, scribendum heic esse MAGNARIORVM. In Gruteriano Thesauro pag. 28. num. 1. memeratur *Corpus Magnariorum Salajariorum*. Cyriacus Anconitanus, eamdem referens Inscriptionem, habet *Magnariorum Solatoriorum*. In Glossario Philoxeni *Magnarius* Græce redditur Μεγαλέμφορες idem atque Μεγαλέμπορος, scilicet ut ita dicam *Magno-negotiator*. Itaque *Magnarii* fuere, si quid video, *Negotiatores magnarum specierum*. Nunc Italice dicimus *Mercatanti all' ingrosso*. Nimirum qui merces in promtuariis & cellis servant, easque vendunt minoribus Negotiatoribus, hoc est iis, qui ipsas postea particulatim, sive *al minuto* divendunt. Audi Apulejum Lib. I. Metamorphos. *Æginensis sum, Ætnæo melle, vel caseo, & ejusmodi mercibus cauponarum, per Thessaliam* &c. *discurrens*. *Comperto itaque, Hypatæ esse caseum recentem, & sciti admodum saporis, festinus adcucurri, id omne præstinaturus* (idest ante alios emturus). *Sed ut fieri assolet, sinistro pede profectum me spes compendii frustrata est. Omne enim pridie Lupus Negotiator Magnarius coëmerat*. Ergo a Pistorum Collegio diversum fuit Collegium *Magnariorum*. Singulare quoque Collegium fuisse videtur *Castrensium*. Apud Gruterum pag. 333. num. 5. occurrit *Collegium Castrensem*. Restituendum ibi *Castrensium*. Et quidem de *Castrensibus* multa attulit Salmasius in Notis ad Alexandrum Augustum Lampridii, contendens, sub *Castrensium* nomine venisse *Ministros Palatinos*. Lampridii verba sunt: *Aulicum ministerium in id contraxit, ut essent tot homines in singulis officiis, quos necessitas postularet; ita ut annonas, non dignitatem, acciperent Fullones, & Vestitores, Pistores* (verisimilius *Pistores*) *& Pincernæ, omnesque Castrenses Ministri*. Itaque opinari mihi liceat, minime revera excogitandum fore peculiare Collegium Castrensium, & potiùs scriptum fuisse in nostro marmore *Corpus Pistorum, & Magnariorum Castrensium*, hoc est Palatinorum.

2 *In Thermopylis.*
Ex Herodoto.

ΜΝΗΜΑ ΤΟΔΕ ΚΛΕΙΝΟΙΟ ΜΕΓΙΣΤΙΑ ΟΝ ΠΟΤΕ ΜΗΔΟΙ
ΣΠΕΡΧΕΙΟΝ ΠΟΤΑΜΟΝ ΚΤΕΙΝΑΝ ΑΜΕΙΨΑΜΕΝΟΙ
ΜΑΝΤΙΟΣ ΟΣ ΠΟΤΕ ΚΗΡΑΣ ΕΠΕΡΧΟΜΕΝΑΣ ΣΑΦΑ ΕΙΔΩΣ
ΟΤΚ ΕΤΛΗ ΣΠΑΡΤΗΣ ΗΓΕΜΟΝΑΣ ΠΡΟΛΙΠΕΙΝ.

Idest:

Monumentum Hoc est Celebris Megistiæ, Quem Quondam Medi
Sperchium Fluvium Superantes Occiderunt.
Vates, Qui Etsi Mortem Sibi Adfuturam Probe Nosset,
Non Sustinuit Spartæ Duces Deserere.

1 *Arelate,*
apud Minimos.
Ex Clarifs. Marchione Maffejo.

BENE PAVSANTI IN PACE FL. MEMO
RIO V P QVI MILIT IN IOVIANOS AN
NOS XXVIII PRO DOM ANN VI PRAE
LANCIAR......III COMES RIPE AN
I COM MAVR ET TING AN IIII VIX AN
LXXV PRAESIDIA CONIVX MARITO DVL
CISSIMO

Chriftiano viro Infcriptio pofita eft. Vide Gruterum pag. 495. num. 3. qui deformatiffimam dederat. Hic *inter Jovianos*, fcilicet milites Diocletiani Jovii, *militavit*. Fuit quoque *Protector Domefticus*, *Præfectus LancEariis*, *Comes Galliæ Ripenfis*, *Comes* Provinciæ *Mauritaniæ* Cæfarienfis, & *Tingitanæ*.

2 *Romæ,*
apud Johannem Francifcum Sonantium.
Ex Ligorio.

DIS. MANIBVS SACRVM
A. MENENIO. A. F. QVIR. CAPITIO
HORREARIO. PLE. ET. TRIB
PAL. VIX. AN. XL. M. VIII
MENENIA IVNIA TYCHE
MARITO DVLCISSIMO
POS
IN FR. P. XI. IN AGR. P. IV

Menenio huic cura commiffa fuit *Horrei Plebis*, *&* *Tribus Palatinæ*. Erunt qui inter Artes ac vilia Officia recenfere hoc malint. Eis per me liceat: fed licuerit & mihi aliter opinari.

3 *In Civitate Venafri.*
Mifit Ignatius Maria Como.

C. MENIO. C. F. TER. BASSO
II VIR. II. PONTIFICI. ET
MVNATIAE. L. F. CAEDIAE
VXORI. COGNITAE. CASTITATIS
DIGNAE ...
L. MVNATIVS. SVCCESSVS

4 *Telefiæ.*
Ex Matthæo Ægyptio Neapolit.

MESSALLAE HON
ET VIRTVTIS CAVS

Ideft *M. Valerio Meffallæ*, qui Augufto perquam carus; primis dignitatibus Romæ functus eft. Recte Infcriptionem hanc *majeftate Romanâ dignam* appellavit Ægyptius. Ejufmodi gravium elogiorum formam Romani a Græcis didicere.

5 *Arimini,*
in Porta Sancti Bartholi.
E fchedis Farnefiis.

T. MESTRIO. C. F. AN. SEVERO
EQVO. PVBL PONT. IIVIR
QVINQ. TRIB. COH. CIVIVM ROM.
T. MESTRIVS. CALLISTVS CVM
T. MESTRIO. CALLISTIANO. FILIO
L. D. D. D

Dedit & Clarifs. Gorius inter Donianas, qui legit CVM T. MESTRIO SEVERO CALLISTIANO.

6 *Cortonæ.*
Ex Gorio.

METELLIVS. C. F. STEL. GA...
IIII. VIR AED
METELLIVS. C. F. S...
IIII. VIR. AED. Q...
ETRVRIAE. IIII. VIR ...

7 *Florentiæ,*
in Hortis Mediceis.
Ex eodem Gorio.

M. METILIVS. M. F. TER
RVFVS
PR. PROCOS
PROVINCIA ACHAIA FETIALIS

In imo latere. *In alio latere.*

CVRATOR VIAE AVRELIAE	LEGATVS AVG

FETIALIS pro FECIALIS peregrinum puto. Neque in lapidibus occurrere folet ejufmodi munus. Halicarnaffæo tamen tefte, *Collegium Fecialium* Romæ fuit, in quo locus erat *præftantiffimis* tantummodo *familiis*.

8 *Placentiæ extra Templum Maximum.*
Dedit P. Stanislaus Bardettus e Soc. Jefu.

V . F
L. METTIVS. SIBI. ET
PETRONIAE. M. F. SECVNDAE
VXORI
P. ANNETO. P. L. CAMPESTRI
AMICO. VI. VIRO
ET. TITIAE. L. METTI. L. CAPRAE
ET. DOMITIO. C. F. RAPTO.
Q. Q. V. P. XXX.

Ideft *Quaquaverfum Pedes XXX.*

1 *Romæ,*
apud Franciscum Ficoronium V. Cl.

Q. METTIVS. Q. L. PAMPHILVS
BENEFICIO
P. METTI. Ɔ. L. PHILEMONIS
MAG. QVINQ.

2 *Jaderæ.*
Ex Johanne Lucio.

MEVIAE FELICVLAE
ANNORVM XII
M. CATON. VARO
DEC. ORNAMENT
HONORATO
MEVIA ARCAS
FECIT FILIAE
VIRO ET SIBI

3 *In Civitate Campaniæ.*
Misit Ignatius Maria Como.

Q. MINATIO QVIR
SATVRNINO
AED. II. SIR. Q. QVINQ.
PRAEF. FABR
SEIA. L. F. MATER POSVIT

4 *Laude Pompeja,*
in Claustro Monialium Sancti Johannis.
E schedis meis.

M. MINICII FAVSTINI
MINICIVS EVTYCHVS VI VIR
ET FLAVIAE ET MINICIAE
DYNAMIS FILIO ET
MINICIO EVCHARISTO ET
MINICIAE THAIDI MATRI

5 *Brixiæ.*
Ex Rubeo.

Q. MINICIO
Q. F. FAB. POB
MACRO
IIII. VIR. VERON
Q. VERON. ET BRIX
MINICIA MATER
D . D

Q. VERON. ET BRIX. hoc est *Quinquennali Veronæ & Brixiæ*. Lapidem hunc erudito certamine illustrarunt Clarissimi Viri Scipio Marchio Maffejus Veronensis, & Paullus Galeardus Canonicus Brixianus.

6 *Almazoræ in Hispania.*
E schedis P. Cattanei.

D. M. S.
MINIVIVS MARCI FI
LIVS GALER. MAR
CILIVS ------ DECV
RIO OMNIBVS HO
NORIBVS IN REPV
BLICA SVA FVNCTVS
ANNORVM X---- H. S. E
POMPIL---- MATER
INDVLGENTISSIMO
FILIO SIBI ET SVIS

Legendum videtur POMPILIA MATER.

7 *In agro Pisano,*
in Præpositura Sancti Frigdiani.
Ex Gorio.

D . M
Q. MINVCI RESTITVTI
SEV. AVG. FEC
Q. MINVCIVS HERMES PAT
RI FEC. Q. V. A. XLV

Idest *Seviri Augustalis*.

8 *In Castello Montorii in Hispania.*
E schedis P. Cattanei.

L. MODIO PRISCO
II. VIR.
POPVLVS

9 *Arretii,*
fragmentum in ædibus Bisdominorum.
E schedis meis.

A. MOECENAS. P. F
DECVR. Q. ARRET. VET

Idest *Decurio Quinquennalis Arretii Veteris*. Idcirco *Vetus* appellatur, quod teste Plinio Lib. 3. Cap. 5. olim essent etiam *Arretini Fidentes*, atque *Arretini Julienses*. Memorantur quoque ab ipso Plinio *Arretini Veteres*.

1 *Romæ in Villa Fonseca.*
Misit Franciscus Ficoronius V. Cl.

L. MVMMIO. FELICI
CORNELIANO. PRO K.
XV. VIRO SACRIS
FAC. TRIB. PLEB.
QVAESTORI. K.
SEVIRO. E. R.
TVRMAE. SECVND
(*sic*)
X. VIRO. STLLB. IVD.
ATALICVS
TER. ACT.

Aliquid singulare in hoc Lapide deprehendas. PRO. K. legendum videtur *Procuratori Kalendarii*. Atqui *Curatores* quidem *Kalendarii* occurrunt, non vero *Procuratores*. Quod si legas *Procuratori Kandidato*, deest cujus Provinciæ, aut rei Procurator is fuerit. Profecto hic fuit *Quæstor Kandidatus*, & *Eques Romanus*, & *Decemvir stlitibus judicandis*; ut veteres olim dicere consueverunt. *Atalicus*, qui Titulum dicavit, nescio an dicendus sit *Tertius Actor*.

4 *In Civitate Atinæ.*
Ex P. Bonaventura Taulero.

L. MVNATIVS. L. F. L. N. PROCONSVL
EX GALLIA. IIII. KAL. IANVAR

Quid sibi velit Inscriptio hæc exoticæ formæ, divinatoribus explicandum offero.

5 *Aquilejæ,*
in Sancti Stephani.
E schedis Valerii, atque ex Philippo a Turre.

D. M
Q. MVTILIO SVRAE
ACCIANO NEPOTI
X VIRO. STLIT. IVD

7 *Placentiæ.*
Misit P. Stanislaus Bardetti,
Presbyter Societatis Jesu.

V. F
M. NEVIVS. M. F
SECVNDVS. DECVR
PLACENT. SIBI. ET
M. NEVIO. L. F.
PATRI
CINIAE. T. F. VERAE
MATRI
VIV. M. F. PRIMO

In postrema linea pro VIV. fortasse NEV.

2 *Romæ,*
in ædibus Crescentiorum.
Ex Donio.

MVNATIO
PLANCO
PAVLINO
V. C. PRAESIDI
PANN. PER. ANN. XXVII
CREPEREIVS. AMANTIVS. V. C
ET. CALISTIDIA. MARINA. C. F. EIVS
ADABO
SVO

Vide Reinesium Class. VI. num. 61. ADAVO pro *Abavo* videtur.

3 *Cremonæ,*
apud Caraffinios.
Misit Franciscus Arisius.

C. MVNATIVS. Q. F
MOGETILIVS
VI. VIR
SIBI ET SVRAE
FRONTONIS F.
VXORI
ET. C. MVNATIO
MAXIMO. F.
TERTIAE FIRMI
NVRI ET FILIIS
EORVM

In penultima linea pro NVRI scribendum est NVRVI.

6 *Extra Pisaurum,*
in Vico Trebbo-antico.
Misit Sancassanus.

D. NEREINIVS. D. L
VRBANVS. VI. VIR
FECIT. SIBI. ET. SVIS
IN FRONTE. P. XV.
IN. AGRO. P. XX.

8 *In Urbe Teatina.*
Misit P. Pompejus Alexander Berti.

D. M. S
Q. NINNIO. Q. F
ARN. OPPIANICO
AED. IIII. VIR. I. D
IVLIA. MARCIA. B. M

1 *Transaquis in Marsis.*
Ex P. D. Didaco de Revillas
Abbate Hieronymiano V. Cl.

D. M. S.
Q. NINNIO
Q. F. STRENVO
SEVIRO AVG.
TITECIA
IANVARIA
CONIVGI B. M. F.
ET SIBI

Subsunt geminæ manus junctæ, symbolum fidei conjugalis.

2 *Allifani,*
pro foribus Sancti Thomæ.
E schedis Ambrosianis.

C. NONIO. C. F. M. N. IIII. VIR
QVINQ. M. NONIVS GALLVS
IMP. VII. VIR. EPVL. FILIVS
POSVIT

Nisi apud Gruterum pag. 304. num. 5. occurrisset mihi *Cn Julius Priscus Imperator Pontificis Albani*, nasum corrugassem, offendens heic *Imperatorem Septemvirûm Epulonum*, cui locus inter sacra futurus erat. Hinc discamus, non temere abjicienda esse, quæ nobis insolens aliquid continere videntur. Adeo verò illustre fuit Epulonum Collegium, ut vel ipsi Augusti in eo locum habere non dedignarentur, uti ad Classem III. ostendi.

3 *Mutinæ,*
in horto Benedictinorum juxta Basilicam Sancti Petri.
Exscripsi ego.

	L. NONIVS. VERVS. V. CONS. BIS. CORRECT. APVLIAE. ET. CALAB.
	VENETIARVM. ET. ISTRIAE. COMES. PATRONVS. MVTINENSIVM. AQVILEIEN.
M. C. F	BRIXIANORVM. ET. VNIVERSARVM. VRBIVM. APVLIAE. CALABRIAEQVE.
M. C. P	VINICIAE. MARCIANAE. C. F. FIL. CAECILIANI. P. V. BIS. RATION.
	VRBIS ROMAE. ET. AFRICAE. PRAES. LVSITANIAE. CORR. APVL. ET. CALAB. VIC. PRAEF. PER. ITAL.
L. NONI.	CONIVGI. SANCTISSIMAE. AC. BENIGNISSIMAE. CVIVS. VITA. MORVM.
FAVSTINI	STVDIORVMQ. LAVDIBVS. ET. VNIVERSIS. VIRTVTVM. ANIMI. TAM. CLARA.
LAVDICIAE	EXSTITIT. VT. ADMIRABILIA. VETERIS. PROBITATIS. EXEMPLA. SVPERARIT.
	QVO. MERITO. OMNIVMQVE. IVDICIO. SINGVLARI. PRAECONIO.
	INLVSTRIVM. MATRONARVM. DECVS. ORNAMENTVMQ. EST. ABITA.

Illustris hæc Inscriptio ab homine tot titulis ornato posita præclarissimæ Uxori filiæ præclarissimi Viri, legitur etiam in Thesauro Gruteriano pag. 1098. num. 1. & apud Fabrettum pag. 101. sed in multis deficiens. Correctiorem subinde hanc dedit Clariss. Marchio Maffejus in Verona Illustrata. Hanc denique habes, qualis revera in marmore exstat. Siglæ C. F. in quarta linea significant *Clarissimæ Feminæ*. Lucius Nonius Verus appellatur V. CONS. in prima linea, ideſt *Vir Consularis*. Cæcilianus verò in quartâ dicitur P. V. hoc est *Præfectus Urbi*, simulque *Rationalis Urbis Romæ & Africæ*: quod munus (idem fortasse cum *Procuratore Fisci*) ex hoc lapide discimus.

4 *Interamnæ,*
apud Sancti Valentini.
Ex Angelonio.

NONIAE. T. F
RVFINAE
PESTICL. SACR.
L. HISPELLATIVS
SABINIANVS
AED. IIII. VIR. I. D. HERES
EX. TESTAM. ARBITRAT.
COBIDI
VERECVNDI
MARITI EIVS

Quum in hoc marmore sculpta appareant Patera, Urceolus, aliaque vasa sacrificalia, pro SACR. legendum fortassis est SACER. ideſt *Sacerdoti Pestic l.* qua postrema voce designari videtur locus, ubi *Nonia* hæc *Rufina* Sacerdotio functa fuerat, nisi (ut puto) corruptus sit locus. Hunc lapidem dedit etiam Donius, & legit: NONIAE. T. F. PESTLICI. SACR.

5 *In Monte Marino in Marsis.*
Ex Clariss. Episcopo Venusino
Petro Antonio Corsignano.

D. M. S.
Q. NOVIO. Q. F
SVCCESSO. II. VIR
QVI VIXIT. ANN. XXII. M. V.
Q. NOVIVS. SVCCESSVS. ET NOVIA
FELICVLA. PARENTES. INCOMPARABILI
PIETATE. F.

1 *Barcinone.*
E schedis meis.

NVMITIO AEMILIANO
DEATERO. V. C.
PROPTER INSIGNIA
BENE GESTA IN PROCONSV
LATV. I....... OMNES
ASIAE.......CONCESSAM
BENEFICIO PRINCIPALI
STATVAM CONSECRAVIT

2 *In Brutiis.*
A D. Marchione de Caumont
accepit Bimardus.

OBIDIA
AMOR
VIVA SIBI
LOBDI
SAGITES DECVRIONIS
FILIA

In quarta linea Bimardus legit L. OBIDI.

3 *In Prioratu Sancti Antani*
agri Lucensis.
Misit P. Alexander Berti.

L. PRON
OCTAVIO. PRISCO
TRAIANI. PARTHIC. PRAEF
SEVIR. EQVIT. ROMAN
VINQ. II. PATRON. COLON
ANA

4 *Amalfi,*
in Cathedrali.
Misit Ignatius Maria Como.

HIC INTVS HOMO VERVS CERTVS
OPTVMVS RECVMBO
OCTAVIVS RVFVS DECVRIO

Ludicra videtur.

5 *Aquilejæ,*
in Foro.
E schedis Valerii.

CN. OCTAVIVS
C. F. CORNIOLA
IIII VIR

6 *In Civitate Venafri.*
Misit prælaudatus Como.

L. OCTAVIO. L. F. TER. PATRI
L. OCTAVIO. L. F. AED. Q. ITERVM
OCTAVIA. CLARA. PATRONIS. FIERI
TESTAMENTO IVSSIT

7 *Sulmone,*
intra Portam de' buoni Uomini.
E schedis Fratris Jucundi,
misit Gorius.

D. M. S.
P. OCTAVIO. P. L. PARDO
SEVIR. AVG. ET. P. OCTAVIO
ATTICIANO FILIO PIENTISSIMO
OCTAVIA ATTICILLA ET
SIBI. P. OCTAVIO. P. F. EVTICIANO
SACRI SVL P

Quid postrema linea significet, dum vitio careat, quis mihi ostendit? Num pro SACER*doti* SOL*is Posuit?*

8 *Romæ,*
apud Ficoronium.

DEC II
L. OLIVS
CLIANTVS
V. A. XXXVII

DEC. XII
M. VAREN
VS. FELIX

Si heic agitur de *Decuriis*, in quas divisi erant Judices, Scribæ, Liberti &c. ad primos spectare Lapidem puto. Hi quippe Ingenui, non Liberti sunt.

9 *Ibidem,*
effossus lapis in Vinea Spanocchiorum.
Ex Historia Ferrariensi.

P. OLLIVS. P. F. VETVR. SCAEVA
PRAEFECTVS. PRAET. FECIT
SIBI ET SVIS LIBERTIS
H. M. D. M. A
IN FR. PED. XVI. IN AGR. P. XXIV.
Ɔ. OLLIA. IOCVNDA. VXOR. ET
OLLIA TERTVLLIANA. FIL. VRN
MARM. POSVERVNT. VI. IN. PARIET
LAP. QVADR.

In linea quarta siglæ H. M. D. M. A. exhibent: *Huic Monumento Dolus Malus Absit.* Hanc etiam dedit inter Donianas doctiss. Gorius, & legit: P. OLIVS. OLIA TERTVLLINA. Et POSVER. IN PAR. ET LAPID. QVADRAT.

10 *Ravennæ,*
in Palatio Archiepiscopi.
Exscripsit Dominicus Vandellius Mutinen.

P OLLIVS
TERTVLLIANVS
T. P. I P. XXIII ƏV
OMN HON. FVNCT.
TERTVLLIANVS. ET
TERTVLLVS
FILI. B. M
P. P

Siglæ in tertia linea T. P. I. P. significant *Testamento Poni Jussit, Pedes* XXIII. Illud verò ƏV fortassis Unciam significat.

1 *Oppiani Poëtæ Epitaphium.*
Ex Codice MSto Bibliothecæ Ambrosianæ.

ΟΠΠΙΑΝΟΣ ΚΛΕΟΣ ΕΙΛΟΝ ΑΟΙΔΩΝ ΑΛΛΑ ΜΕ ΜΟΙΡΗΣ
ΒΑΣΚΑΝΟΣ ΕΞΗΡΠΑΣΕ ΜΙΤΟΣ ΚΑΤΕΡΟΣ Δ' ΑΙΔΗΣ ΤΕ
ΚΑΙ ΝΕΟΝ ΟΝΤΑ ΚΑΤΕΣΧΕ ΤΟΝ ΕΤΕΠΙΗΣ ΥΠΟΦΗΤΗΣ
ΕΙ ΔΕ ΠΟΛΥΝ ΜΕ ΧΡΟΝΟΝ ΜΙΜΝΕΙΝ ΦΘΟΝΟΣ ΑΙΝΟΣ ΕΙΑΣΕΝ
ΟΥΚ ΑΝ ΜΟΙ ΤΙΣ ΙΣΟΝ ΚΛΕΟΣ ΕΛΛΑΧΕΝ ΕΝ ΧΘΟΝΙ ΦΩΤΩΝ

Ideſt:

Oppianus Palmam Poëtarum Tuli: Sed Me Fati
Invida Rapuit Vis, Et Horridus Ades
Me Adhuc Juvenem, Et Facundiæ Antiſtitem Tenet.
Quod Si Diutius Me Manere Invidia Siviſſet,
Nullus Hominum In Terris Parem Meæ Gloriam Retuliſſet.

Celebri inter Græcos Poëtæ *Oppiano* poſita fuit hæc Epigraphe, in flore ætatis e vivis erepto. Ejus Libros & geſta ex Fabricii Bibliothecâ Græca, atque ex aliis Poëticæ Hiſtoriæ illuſtratoribus petat Lector.

2 *Ancyræ.*
Ex P. Montfauconio.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
Τ. ΟΡΝΕΙΤΟΡΙΑΝΟΝ ΕΠΙΤΡΟΠΟΠΟΝ ΤΩΝ ΚΥΡΙ
ΩΝ ΗΜΩΝ ΕΠΙ ΑΘΥΛΩΝ
ΤΟΝ ΔΙΚΑΙΟΝ ΚΑΙ ΣΕΜΝΟΝ Κ. ΑΙΛΙΟϹ
ΑΓΗϹΙΛΑΟϹ ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΦΙΛΟΝ ΚΑΙ
ΕΤΕ

Ideſt:

Bonæ Fortunæ.
T. Ornitorianum Curatorem Domino-
rum Noſtrorum Super Athylis
Juſtum Et Probum C. Ælius
Ageſilaus Amicum Suum, Et
Erga Se Beneficum . . . . (*honorat*)

Ornitorianus iſte *Curator*, ſeu *Procurator Auguſtorum fuit*. Quid ſint *Athyli* ignoro. Corruptam ſuſpicor vocem, niſi Locum quempiam velis.

3 *In Civitate Bovini.*
Ex Vignolio.

P. PACCIVS. PHILETVS
II VIR
MARCO GAVIO L. F. GAL
EX TESTAMENTO
LOC. DE. DEC

4 *Marſalæ in Sicilia.*
E Gualterio.

EX AERE CONLATO PATRONO
BENE DE SE MERITO CVRANTE
ET DE SVO QVOD DEFVERAT
SVPPLENTE
PACONIO CLODIANO

5 *Corneti.*
Miſit Sebaſtianus Dinius
Tuſcanienſis.

L. PAPIRIVS
M. F. STEL. CO
GNITVS. PRAE
FABR. IIII. VIR
IVR. DIC. EX
DEC DEC
FVNERE. PV
BLICO. ELATVS
EST. V. A. XLI.

1 *Histonii (nunc* il Vasto *) in Apulia.*
Misit doctiss. V. P. Pompejus Alexander Berti , Clericus Regularis e Congregatione Matris Dei.

In latere dextro.

P. PAQVIVS. SCAEVAE. ET. FLAVIAE. FILIVS. CONSI. ET. DIDIAE. NE
POS. BARBI. ET. DIRVTIAE. PRONEPOS
SCAEVA. QVAESTOR. DECEMVIR. STLITIBVS. IVDICANDIS. EX
S. C. POST. QVAESTVRAM. QVATTVOR VIR
CAPITALIS. EX. S. C. POST. QVAESTVRAM. ET. DECEMVIRATVM
STLITIVM. IVDICANDARVM. TRIBVNVS. PLEBIS
AEDILIS. CVRVLIS. IVDEX. QVAESTIONIS. PRAETOR
AERARII. PRO. CONSVLE. PROVINCIAM. CYPRVM. OPTINVIT
VIAR. CVR. EXTRA. VR. EX. S. C. IN QVINQ. PRO. COS. ITERVM
EXTRA. SORTEM. AVCTORITATE. AVG. CAESARIS
ET. S. C. MISSO. AD. COMPONENDVM. STATVM. IN RELIQVVM
PROVINCIAE. CYPRI - - - - - - - - - - FETIALIS
CONSOBRINVS. IDEMQVE. VIR. FLAVIAE. CONSI. FILIAE. SCA
PVLAE. NEPTIS. BARBI. PRONEPTIS. SIMVL. CVM. EA CONDITVS

In latere sinistro.

FLAVIA CONSI ET SINNIAE FILIA. SCAPVLAE. ET. SINNIAE
NEPTIS. BARBI. ET. DIRVTIAE
PRONEPTIS. CONSOBRINA. EADEMQVE. VXOR. P. PA
QVI. SCAEVAE. FILII. SCAEVAE. CONSI
NEPOTIS. BALBI. PRONEPOTIS. SIMVL. CVM
EO. CONDITA

Exsistit Inscriptio hæc Vasti in marmoreo Disomo in Sanctæ Mariæ Majoris. Eam Gruterus mutilam , ac mire deformatam produxerat pag. 360. num. 3. Nunc accurate descriptam curâ P. Berti , hujusmodi antiquitatum studiosissimi , lubentius a me Eruditi accipient. Ceterum tum ob præclara munera ab hocce *P. Paquio Scævâ* gesta , tum ob ejus Genealogiam rarum est, magnique faciendum hoc monumentum.

2 *Saponariæ in Regno Neapolitano.*
Misit P. Sebastianus Pauli.

C. PASSIENIO. C. F. SCAP
COSSONIO. SCIPIONI. ORFITO
C. V. AVGVRI
PVB. P. R. QVIR. ADLEC
INTER. PATRIC. PRAE
CANDID. CVR. R. P. SV
TRINORVM. Q. VRB.
X. VIR. STLIT. IVD
SEVIRO. EQVITI. ROM.
POPVLVS. AERE. CON. D. D.

Cajus iste *Passienius Cossonius Scipio Orfitus* fuit *Clarissimus Vir , Augur Publicus Populi Romani Quiritium , Prætor Candidatus , Curator Reipublicæ Sutrinorum , Quæstor Urbanus, Decemvir Litibus Judicandis, Sevir, & Eques Romanus.*

3 *Barcinone.*
E schedis P. Cattanei.

NO. L. FATITI AEDILI CVRVLI
PATERNVS PATER ET MODESTINA VXOR
VOLVNTATI EIVS SATISFECERVNT
D. D. D

Voci FATITI vitium inesse suspicari liceat.

1 *Comi in ædibus Magnacaballi.*
E schedis Jovii,
misit Argelatus a Secret. Cæsaris.

D M
P. CORBVNI
MAXIMIANI
VI. VIR. AVG.
QVI VIXIT
ANN. XXVII. M. IIII
DIES ----
P. COBRVNIVS
CASSIANVS ET ROMAT
MAXIMINA
FILIO PIENTISSIMO
PROFV-----

2 *Beneventi,*
ante Ædem Sancti Lupi.
E schedis Ambrosianis.

P. PAVCIVS. Q. F
PVB.
DECVRIO

Fieri etiam potest, ut *Decurio* sit Cognomen.

4 *In Castello Sancti Petri in Pedemonte effossus lapis,*
nunc in Castellargento.
Misit Excellentiss. Comes Caissottus,
Senatus Taurinensis Præses.

Q. PETILIO
EROTI AVO
PETILIAE. Q. L
FAVITAE AVIAE
Q. PETILIO CLEMENTI
PATRI VI VIRO
L. PETILIO MARITALI
FRATRI
FIRMIAE Q. F. TERTVLIANAE
MATRI
SALVIAE ASCANIAE CONIVGI
Q. PETILIVS. Q. F
SATVRNIANVS
MIL. LEG. A. A. II
PRIMIGENITAE
VI VIR AVGVSTALIS AEDIL
III VIR TESTAMENTO
FIERI ROGAVIT
ARBITRATV
Q. PETILI. L
SVRI

Saturnianus iste appellatur MIL. LEG. A. A. II. idest *Miles Legionis Adjutricis Augustæ*, aut *Antonianæ Secundæ*. Fortassis in marmore est PRIMIGENIAE.

8 *Pisauri,*
apud Servos Beatæ Mariæ Virginis.
Ex Donio.

L. PETRONIVS APTVS VI VIR

3 *Sestini,*
in Vinea Patrum Augustinianorum.
Ex Clariss. Gorio.

PERTINA
CENO
CVR.....E
POSITE SVB
C. CAESIO
APRO... ET... Q
VETENNI
O. VICTORE
MAG. VIC

Idest *Magistro Vici.*

5 *Vicentiæ.*
Ex Marzario.

V. F
PESCENIVS. C. F
OPTATVS
VI. VIR. SIBI ET
P. PESCENIO
VLLIO
CECINIAE. Q. F
VXORI CARISS
ET SVIS

6 *Extra Vicentiam,*
in Sancti Felicis.
E schedis Capponiis.

PETRONIVS
IIII. VIR
T. F. I

7 *Barii.*
Misit Ignatius Maria Como Neapolit.

PETRONIO ... ASTRA
IIII. VIR. AEDIL. POTEST. PRAEF
IVR. DIC. ET
PETRONIO. MNASIAE
PETRONIA. ZOSIMA. FECIT

9 *Patavii,*
in tabella ænea utrinque scripta.
Ex Sertorio Ursato.

PETRONI PROBI. V. C. ET ANICIAE PROBAE C. F.	ANICIIS OLYBI ET PROBINI V. V. C. C.

Animadverte syntaxim barbaram in altera Inscriptiuncula, nempe *Aniciis Olybi*, pro *Olybri*: quod postremum Marmorario tribuendum. De Anicia Gente, plurimisque illustribus viris ex ea progenitis, vide Reinesium Class. I. num. 39.

1 *Urbini.*
Misit Eminentiss. Passioneus.

L. PETRONIO. L. F. PVB. SABINO. FORO. BR
ENT.CORN. PR. PR. LEG. X̄. FRET. ET. IIII. FLA
DONIS. DON. AB IMP. MARCO ANTONINO IN
BELLO. GERM. BIS. HASTA. PVRA. ET CO
RONIS VALLARI ET MVRALI. PR. LEGION
III̅. CYRENEICAE CARATORI. STATORVM. TR
IBVNO COH. ET PROVINCIAE NERBON
ENSIS

Forum Brentanorum, seu *Brentinorum*, aut *Corneliensium*, perpende an fuerit *Bertinoro* nostri temporis, Civitas Episcopalis in Romandiola. *Forum Truentinorum*, aut *Druentinorum* appellatur Cluverio pag. 295. Italiæ antiquæ, ex corruptis Inscriptionibus. *Foro-Brentani* memorantur Plinio Lib. 3. Cap. 14. Attamen Agnellus in Vitis Archiepiscoporum Ravennat. pag. 67. Tom. II. Rer. Italicar. mentionem facit *Civitatis* olim *Episcopalis*, *cujus vocabulum Brintum dicitur, non longe a Bononiense Urbe*. Quod ubi verum foret, intelligeremus, cur *Forum Brentanum* appelletur heic *Corneliense*, nimirum veluti Colonia *Fori Cornelii*, nunc *Imola*. CARATORI STATORVM locus mendosus. Lege CVRATORI. *Statores* autem fuere Milites ad Cæsarum custodiam in Castro Prætorio. De iisdem Lapides, vetereſque Scriptores meminere. Infra superfluit ET, aut aliquid eo in loco desideratur. Pro CYRENEICAE restituendum CYRENAICAE.

2 *Asculi.*
Ex Cl. V. Hannibale Oliverio.

MVLIER TRVENTINA

Q. PETRONIVS Q. F. RVFVS
SEXVIR. SCR. QVINQ.
COMINIA QVARTA
C. TAMPIVS CLIENS

3 *Nursiæ,*
in ædibus Benedicti Raynerii.
Misit Hyacinthus Mannius Jurisconsultus.

SEX. PETRONIVS. SEX. F
SEMPRONIANVS IIII. VIR
AED. POT. MAG. IVN. PRIM

4 *In Marsis.*
Ex editis ab Illustriss. Petro Antonio Corsignano Episcopo Venusino.

SEX. PETRONIO
SEX. FILIO. VALERIANO. IIII. VIR. IVR
DICVNDO. SERGIA. Q. ANTINI
EX AERE. COLLATO
PATRONO OB CVIVS
DEDICATIONEM. DEDIT. DECVRIONIBVS
EPVLANTIBVS. SING. H-S. VIII. SEVIRIS
AVG. EPVL. SING. H-S. VII. COLLEG.
AEDIL. SING. H-S. VI. N̄. PLEBI. VRBANAE
EPVL. SING. H-S IIII. N̄

5 *Tegeæ,*
ad Philopomenis statuam.
Ex Pausania.

ΤΟΥ Δ ΑΡΕΤΑ ΚΑΙ ΔΟΞΑ ΚΑΘ ΕΛΛΑΔΑ ΠΟΛΛΑ ΜΕΝ ΑΛΚΑΙΣ
ΠΟΛΛΑ ΔΕ ΚΑΙ ΒΟΥΛΑΙΣ ΕΡΓΑ ΠΟΝΗΣΑΜΕΝΟΥ
ΑΡΧΑΔΟΣ ΑΙΧΜΗΤΑ ΦΙΛΟΠΟΙΜΕΝΟΣ ΩΙ ΜΕΓΑ ΚΥΔΟΣ
ΕΣΠΕΤ ΕΝΙ ΠΤΟΛΕΜΩΙ ΔΟΥΡΑΤΟΣ ΑΓΕΜΟΝΙ
ΜΑΝΥΕΙ ΔΕ ΤΡΟΠΑΙΑ ΤΕΤΥΥΓΜΕΝΑ ΔΙΣΣΑ ΤΥΡΑΝΝΩΝ
ΣΠΑΡΤΑΣ ΑΥΞΟΜΕΝΑΙ Δ ΑΡΑΤΟ ΔΟΥΛΟΣΥΝΑΝ
ΩΝ ΕΝΕΚΕΝ ΤΕΓΕΑ ΜΕΓΑΛΟΦΡΟΝΑ ΚΡΑΥΓΙΔΟΣ ΥΙΟΝ
ΣΤΑΣΕΝ ΑΜΩΜΗΤΟΥ ΚΡΑΝΤΟΡ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ

Ideſt :

Cujus virtutem mirata est Græcia, quique
Multa manu gessit, multaque consilio,
Arcados invicti Philopœmenis en monimenta,
Quem belli ornavit gloria clara ducem.
Huic duo de geminis excelsa trophæa Tyrannis
Sparta quidem erexit, libera servitio.
Grata sed & Tegee pro libertate receptâ
Craugidis hæc nato magnanimo posuit.

1 *In Villa Cignani*
agri Camerinensis.
Misit P. Philippus Camerinius.

EINO. L. F. LEM. BA
IIII. VIR. I. D
EX TESTAMENTO
PHILO
VS. CLEMENS
P.

2 *Romæ,*
apud Antonium Donie Architectum.
Misit Ignatius Maria Como.

L. PLACATO TYRANNO
HONORATO SOLLICITO
FABRVM LIGNAR
ROM
CAPENATORVM
CONIVNGI
EIVSDEM MVNICIPI
AVGVSTARVM EIVS CANOR
ITEM LIBERTORVM IPSIVS
OBTIMA MERITA EIVS
D D

Lapis male habitus. Pro PLACATO fortaſſe legendum PACATO. Pro LIGNAR. lego TIGNAR*iorum*, ut in aliis ſaxis. CAPENATORVM, quamquam præcedens ROM. perſuadere videatur, agi heic de Fabris Tignuariis, ſeu Tignariis ad Portam Capenam Romæ habitantibus, innui tamen arbitror *Capenates*, ſcilicet *Capenæ* Urbis incolas Artifices. Ita MVNICIPII mentio infra exigit. Pro AVGVSTARVM fuerit in marmore AVGVSTALIVM. Reliqua aliis emendanda aut ſupplenda relinquo.

3 *Athenis,*
ad ſepulcrum Platonis.
E Diogenis Laërtii Lib. 3.

ΓΑΙΑ ΜΕΝ ΕΝ ΚΟΛΠΩΙ ΚΡΥΠΤΕΙ ΤΟΔ ΣΩΜΑ ΠΛΑΤΩΝΟΣ
ΨΥΧΗ Δ ΑΘΑΝΑΤΩΝ ΤΑΞΙΝ ΕΧΕΙ ΜΑΚΑΡΩΝ
ΥΙΟΥ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΤΟΝ ΤΙΣ ΚΑΙ ΤΗΛΟΘΙ ΝΑΙΩΝ
ΤΙΜΑ ΑΝΗΡ ΑΓΑΘΟΣ ΘΕΙΟΝ ΙΔΟΝΤΑ ΒΙΟΝ

Ideſt:

Suo Quidem Sinu Tellus Platonis Corpus Tegit:
Anima Verò ad Immortalium Deorum Ordines Evolavit;
Illius, quem genuit Ariſton, Et Quem Vel Longè Habitans
Quiſque Probus Veneratur, ad Divinam Vitam Translatum.

4 *Ibidem. Ex eodem.*

ΑΙΕΤΕ ΤΙΠΤΕ ΒΕΒΗΚΑΣ ΥΠΕΡ ΤΑΦΟΝ Η ΤΙΝΟΣ ΕΙΠΕ
ΑΣΤΕΡΟΕΝΤΑ ΘΕΩΝ ΟΙΚΟΝ ΑΠΟΣΚΟΠΕΕΙΣ
ΨΥΧΗΣ ΕΙΜΙ ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΑΠΟΠΤΑΜΕΝΗΣ ΕΣ ΟΛΥΜΠΟΝ
ΕΙΚΩΝ ΣΩΜΑ ΔΕ ΤΟΥ ΓΗΓΕΝΕΣ ΑΘΥΙΣ ΕΧΕΙ

Ideſt:

Cur, Aquila, Super Hoc Sepulcrum Volaſti? Dic, Num Quampiam
Deorum Domum Stelligeram Tueare.
Imago Sum Animæ Platonis Sublatæ In Cælum:
Ejus Verò Terrenum Corpus Attica Tenet.

5 *Mediolani, apud Comitem Octavium Archintum.*
E ſchedis Ambroſianis.

D. PLINIO NIGRO
VI VIRO
ATTI
VI VII
PATRONO
POMPEIA
CONIVGI

Mediolani,
in Sancti Ambrosii.
E schedis Alciati.

C. PLINIVS. L. F. OVF. CAECILIVS
AVGVR. LEGAT. PRO. PR. PROVINCIAE
PONT. CONSVLARI. POTESTA. IN. EAM
PROVINCIAM - - - - - - - - ET. IMP. CAES
NERVA. TRAIANO. AVG. GERMANICO
CVRATOR. ALVEI. TIBERIS. ET. RIPAR.
PRAEF. AERARI. SATVRNI. PRAEF
AERARI. MED. QVAESTOR. IMP.
SEVIR. EQVITVM. TRIB. MIL. LEG. III.
GALLICAE. XVIR. STLITIB. IVDICAND.
THER. ADIECTIS. IN. ORNATVM
H-S. CCC. AMPLIVS. IN. TVTELA. T. F. I.
ET. LIBERTOR. SVOR. NOMIN. C. H-S.
X VIII LXVI. DE. CLVI. REI INCRE
MENTV - - - - - POSTEA. AD. EPVLVM
PLEB. VRBAN. VOLVIT. PERTIN.
AMPLIVS. DEDIT. IN. ALIMENTA
PVERORVM. ET. PVELLARVM
PLEB. VRBAN. H-S C. IN. TVTELAM
BIBLIOTHECAE. H-S. C

Inscriptionis hujus fragmenta reperi etiam in schedis Alexandri Capponii Marchionis, Hospitiorum apud Summum Pontificem Metatoris (vulgo *Foriere*) viri antiquitatum studiosissimi. Ibi tabula marmorea exsistere dicitur *in Oppido Tradate agri Mediolanensis in muro fossæ*. At hæc postea Mediolanum devecta, pessimeque a vastatoribus veterum Monumentorum habita, restauratorem invenit *Andream Alciatum*, magni nominis virum, qui Commentario, quod deerat, supplevit. Istum ex Ambrosianæ Bibliothecæ penu eductum, hisce adjunctum volo. Ceterùm alteram Inscriptionem *C. Cæcilio Plinio* dicatam, quæ in *Vico Fegii* exsistebat (hanc quippe edidit postea Gruterus pag. 454. num. 5.) commemorans idem Alciatus, in litem excurrit, diu agitatam inter Veronenses & Novocomenses, utrisque sibi tribuentibus Patriam *Plinii senioris*. Nam quod est ad *Plinium juniorem*, cui posita fuit Inscriptio hæc, Nepotem ex Sorore alterius, jam in confesso est, ipsum *Novocomensem* fuisse. Gravissimis nuper etiam argumentis in sua *Verona Illustrata* Clariss. Marchio Maffejus quæstione hujusmodi pertractatâ, ut suæ Patriæ seniorem Plinium vendicaret, solicite studuit. Alciato contraria sententia placuit, cujus tamen tela elumbia esse, jamdiu sibi persuasere Veronenses. Sed en tibi Commentarium Alciati in hoc ipsum marmor.

Andreas Alciatus
Rufino Cribello Sacerdoti Optimo
Salutem.

Quum superioribus diebus, ut tui moris est semper de quibuscumque doctissimis loqui, de Cæcilio Plinio verba faceremus, dixisti, cupere te ejus titulos, ejusque munificentiam exploratiorem habere; atque ideo graviter in eos verbis es invectus, qui Mensam Marmoream, horum omnium indicem, effractam, & in quatuor partes divisam pro Cœnotaphio in Divi Ambrosii Templo reposuerant; quum id & ipse æquo animo ferre non possem, decrevi omnino certissimis conjecturis quidquid elapsum erat in ea restituere, ut quod aliena evertit imperitia, nostris instauraretur laboribus. Quod ne solùm agerem, adjeci interpretatiunculam, unde ejus honorum nomenclatura fiat lucidior, & studiosis Plinii nomen magis augustum. Siquidem solemus eos maxime observare, quos dignitatum longa series quam celeberrimos reddit. Quamquam vereor, ne (quod ajunt) clavam ab Herculis manu videar extorquere. Hoc enim qualecumque est operis, ad te potius pertinere æquum esset, qui me multò es doctior, & in humanioribus studiis magis exercitus. Sed tamen & hoc ferendum, quum apud me penitus in alieno ære non sit, præsertim quod multa a Juris Civilis Auctoribus sumenda sunt, quos tu non æque calles. Accedam itaque ad præstinatam interpretationem, quam, quæso, boni consule. Vale.

C. PLINIVS. L. F. OVF. CAECILIVS. Plinio juniori *naturalis pater fuit Lucius Cæcilius, ex Cæciliorum gente apud Novocomenses nobili. Quamobrem ipse dictus* Cajus Cæcilius, *ut a Parente solo Prænomine distingueretur: quod factitari ab antiquis solitum. Tradit etiam Suetonius in Nerone. Verùm hic noster ab avunculo suo* Marco Plinio, *cujus naturalis Historiæ Libri exstant, adoptatus, in ejus familiam jure legitimo transiit, & ideo dictus* Cajus Cæcilius Plinius. *Per adoptionem enim, arrogationem-ve, omissâ patris naturalis familiâ, legitimo patri gentilis efficiebatur: quod e Jurisconsultorum lectione clarum est. Hinc Domitius Ænobarbus, quum a Claudio Nerone adoptatus esset, ægre tulit, quod a Britannico* Ænobarbus, *non* Nero *esset salutatus, ut est apud Tranquillum ac Tacitum. Et*

Marcus

Marcus Annius ab Aurelio Antonino Imperatore in adoptionem adſumtus, cœpit vocari Marcus Aurelius Antoninus, *ut refert Julius Capitolinus. Quâ autem formulâ verba adoptionis conciperentur, ab Aulo Gellio diſcere unuſquiſque poterit. Sane illæ præcipue voces* L. F. Lucii Filium *ſignificant, ſicut illæ* O. V. F. Omnibus Vivens Fecit, *vel ut alii Codices habent* Vivis Fecit, *auctore Valerio Probo de Notis Romanorum.* (a) *Quamquam nec illud omittendum puto, vidiſſe me Elenchum, quo illius Opuſculi Auctor traditur Publius Victor, non Probus: quod literati judicent. Notarum autem uſum primus inveniſſe fertur Ciceronis Libertus Tyro, ut in Senatum dicentium Oratorum celeritatem ſcribendo æquaret, inde dictis Notariis. Auſonius:* Puer notarum præpetum Solers miniſter advola, Bipatens pugillares expedi. (b)

AVGVR. *Maxima Augurum dignitas, penes quos jus erat Comitia tollere, conſilia vel inſtituta dimittere, habita reſcindere; ut Magiſtratu ſe Conſules abdicarent, decernere; quibus item non parere nefas habebatur; de quorum dignitate plura Cicero in 2. de Legib. & Lib. I. de Divinatione; Plutarchus in Craſſo; Pædianus in Orat. Piſonis, quam habuit Cicero. Hinc* inaugurare *&* exaugurare *dicitur Julio Capitolino, & ceteris.*

LEGAT. PRO. *ideſt* Legatus Proconſulis. *Proconſules erant, qui ex Conſulibus ad aliquam Provinciam regendam mittebantur. Ubi enim functi erant Conſulatu, ſequenti Anno alicui Provinciæ præficiebantur, veluti de Cicerone legimus, cui Cilicia obtigit. Hi ſuos habebant Legatos, quibus jurisdictionem mandabant, ut ſuam perſonam referrent, excepto jure gladii, quod nemo alteri poteſt delegare. Apud Juriſconſultorum Pandectas Lib. I. plura de his referuntur. De eorum numero recentiores dubitant, & adhuc ſub Judice lis eſt. Sed profectò Ciceronis Epiſtolas ad Quinctum Fratrem non legêre, qui unicuique Proconſuli treis Legatos obtingere auctor eſt.*

PR. PROVINCIAE. PONT. *ideſt.* Præſes Provinciæ Ponticæ. *Fuit Plinius Præſes Provinciæ Ponticæ, licèt ipſe ubique ſe Præſidem Bithyniæ dicat; cujus rei cauſſam jam jam expediam.* Cappadocia *duplex eſt, major & minor. Major nomen tenuit. Minor dicta eſt* Pontus. *Hæc a dextrâ navigantibus a Propontide habet Euxinum pelagus. Illi contigua* Bithinia, *cujus Rex Nicomedes erat. Ponto autem regnavit Mithridates, a Græcis Eupator dictus, qui periculoſiſſimum bellum contra Romanos ſuſcitavit, demum a Cneo Pompejo ſuperatus, amiſſo Regno, & Bithyniâ, quam per vim occupaverat. Quamobrem Bithyniam cum Ponto Pompejus junxit, & unam Provinciam Populo Romano fecit. Qua verò Pontus ad Paphlagonas vergebat, his dono dedit, quorum egregiam operam in bello expertus erat. Superiora ex Strabone, & Plinio.*

CONSVLARI. POTESTA. IN EAM. PROVINCIAM. *Conſularis Poteſtas major omnibus aliis præter Imperatoriam. Nam ab his ad Imperatorem provocabatur, licèt ante occupatam a Cæſare Rempublicam ſecus eſſet. Is ergo Præſes, cui Conſularis Poteſtas permittebatur, pene nihil a Proconſulibus differebat, habebaturque tamquam ſi ſuperiore Anno Conſul fuiſſet: qua ſe dignitate functum Lib. V. Plinius hic noſter tradit ad Pontium.*

ET. IMP. CAES. NERVA. TRAIANO. AVG. GERMANICO. *Hæ voces ſic ſunt extendendæ:* Et Imperante Cæſare Nerva Trajano Auguſto Germanico. (c)

CVRATOR. ALVEI. TIBERIS. ET. RIPAR.

PRAEF. AERARI. SATVRNI. PRAEF.

AERARI. MED. *Sane hoc honore ſe decoratum ipſe Plinius auctor eſt Lib. V. ad Pontium ſcribens.*

QVAESTOR. IMP. *fortaſſe legendum eſt* Quæſtor Imperatoris: *nam ſe Cæſaris Quæſtorem fuiſſe ad Fabatum proſocerum ſcribit Lib. VIII. ut intelligamus Candidatum; vel ſi placet ſeorſum a Quæſtore, intellige Imperatorem, hoc eſt armorum ducem. Priorem tamen lectionem magis probo; quoniam ut Plinius Imperator electus non ſit, in cauſſa, ut reor, eſt, quia longe alia erat dignitas Imperatoris, quum adhuc everſa non eſſet libertas Romana, ab eâ, quæ tempore Trajani ita nuncupabatur.*

SEVIR. EQVITVM. *Sevir eſt Præfectus turmæ equitum.*

TRIB. MIL. LEG. III. GALLICAE. *Accedit ſuperioribus honoribus, quod Plinius fuit etiam* Tribunus militum.

XVIR. STLITIB. IVDICAND. *hoc eſt,* Decemvir ſtlitibus judicandis. ST *more antiquo addebatur verbo* Litibus.

THER. *Ideſt* Thermas. *Probus has notas, quando punctis diſtinctæ ſunt, interpretatur* Teſtamento heredes reliquit. *Sed heic nullum eſt punctum: quamobrem arbitror, Plinium Mediolani Thermas conſtituiſſe: quod itidem Diocletianus fecit Romæ.*

ADIECTIS. IN. ORNATVM. H S. CCC. Sextertiis Trecentis. *Libra ſic notatur* I. *Dupondius* II. *Dupondius verò & ſemis hoc modo* H-S. *ut Probus & Priſcianus ſcribunt.*

AMPLIVS. IN. TVTELA. *Omnes ſequentes lineæ primis verbis defectæ, non niſi conjectando poſſunt reſtitui. Puto itaque, truncæ illi dictioni* PLIVS. *duas addi debere literas, ut nullius ſenſus illa vox dicat* AMPLIVS. *ut ſignificet* ulterius, *& præter ſuperiora legata. Nam, ut Africanus Juris auctor ſcribit, ſi ita ſcriptum eſſet:* Amplius quàm Titio legavi, heres meus Sejo X. dato, *dubitandum non eſt, quin & Titio ſuum legatum maneat, & Sejo nihil ultra decem debeatur: nam & uſitatum eſt ita legata L. Titio tot, & hoc Amplius uxori, & ejus liberis tot* H-S. CC.

T. F. I. *ideſt* Teſtamento fieri juſſit.

ET. LIBERTOR. SVOR. NOMIN C. H-S. XVIII. LXVI. *Ante dictionem* LIBERTORVM *addenda eſt copula* ET. *a marmorarii cælo eliſa. Sic autem explicanda ſunt verba:* Et Libertorum ſuorum nominibus Centum Sextertia decies octies millia & ſexaginta ſex.

D. CLVI. REI. INCREMENTV ... POSTEA. AD. EPVLVM. PLEB. VRBAN. VOLVIT. PERTIN. *Ita ſupple has notulas:* De centum quinquaginta ſex rei incrementum poſtea ad epulum Plebis Urbanæ voluit pertinere. *In ipſo autem marmore, ubi dictio* CREMENT. *erat, quoniam primoribus apicibus fuerat artificis vitio ſpoliata, conjeci adponi debuiſſe dictionem* IN: *ut* Incrementum *ſignificaretur. Damnavit etiam Plinius centum Libertos ſuos, ut de ea ſumma, quam illis legaverat, ſumerent* CLVI. *quos ab aliis ſeparatim fœnerato mutuarent, ut ex ea ſumma, quæ inde colligeretur, hoc eſt, uſuris, epulum Plebi darent.* AM-

(a) Rectiùs ſane feciſſet Alciatus, ſi literas OVF, prout in marmore exſtabant, interpunctione non ſejunxiſſet. Illud enim OVF ſignificat procul dubio *Ouſentinam* Tribum.

(b) Neque hoc ad rem facit. Notæ enim Probi aliud prorſus ſunt a Notis Tyronis.

(c) Immo ſcribendum AB IMPeratore CAESare &c. miſſus.

AMPLIVS. DEDIT. IN. ALIMENTA. PVERORVM. ET. PVELLARVM. PLEB. VRBAN. H-S. C. *Et hcic erosa integra fere dictio* AMPLIVS, *ultimâ tantùm literâ super remanente, quam ipse restitui, sicut & post notam* H-S. *numerum* C. *vel similem; nam verus numerus inter fracturas elapsus est.*

IN TVTELAM. BIBLIOTHECAE. H-S. C. *Constituit enim Cæcilius Plinius Mediolani, vel (quod magis verisimile) ante eum jamdiu institutam, instaurari curavit, elargitis ad id opus centum* Sextertiis. *Nam Mediolani erant publica Studia, ut alias ex Tranquillo & Donato Grammatico admonui. Sane & Bibliothecam se Comi dedicasse auctor est ipse Cæcilius Epistolarum Lib. I. ad Pomp. Saturninum. Verùm illud se vivo factum est. Hæc verò, quæ Mediolani ex testamento dicata est, quod ostendunt illæ notæ* T. F. I.

Idem Alciatus ad Inscriptionem C. Cæcilii, Fegii in agro Mediolanensi repertam.

Memorabilis & hæc in C. Cæcilii Plinii honorem facta Inscriptio Fegii, quæ Canturiensis pagi villa est, in semidirutâ Juliani æde nuper reperta. Est autem is oppidum nostrum, sed Comensis agri in finibus, unde & hac ex memoriâ, & aliquot aliis superius a me relatis, satis constat, Pliniorum gentem ad Insubres pertinuisse, patriamque ei Comum *fuisse. Et tamen sunt, qui Plinio avunculo Veronenses natales vendicent, non solùm contra Tranquilli, Hieronymique auctoritatem, sed etiam ratione plane ipsâ naturali repugnante. Constat, Cæcilium ejus adoptivum, & ex Sorore nepotem,* Comensem: *ipse enim clarius in Epistolis id attestatur, quàm ut refelli possit. Quei verisimile est, sororem suam a Plinio extra patriam Comensi homini locatam in matrimonium fuisse, & non potius communicipi? Constat item, Cæcilium & studiorum & bonorum avunculi successorem fuisse; numeratque idem possessiones suas in Comensi agro plurimas, in Veronensi nullam. quum is Avunculus Veronensis fuisset, credibile est in patria sua agros habiturum fuisse, quos per manus Heredi traderet. Ad hæc ipse Plinius in naturali Historiâ,* Comi *factâ mentione, diligenter ab Orobiis originem repetit, & ex Græcis auctoribus, etiam ipso Catone in ea se diligentiorem ostendit, ut quisque de Patria sua solet esse. Contra* Veronam *brevi verbo, & solâ nomenclaturâ, ut quæ nihil ad se attineret, præterit. Adde, quod omnium antiquorum Codicum fides pro* Comensibus *est, nec veteres Librarios verisimile est ita pro Comensibus conspirasse, sicut Impressores recentiores videmus pro Veronensibus, nimirum pro Venetis Venetos, atque longe secus incomparabilis judicii vir Hermolaus Barbarus, qui absque adulatione adversùs suos Veronenses pronuntiandum credidit. Nec me movet Panthei, & partium argumentum, quod Plinius appellet Catullum* Conterraneum *suum: quod* Secundorum *familia fuerit Veronæ: quod apud eos exstet abrasus aliquis titulus* Plinii *nomine. Nam* Conterranei *sunt, qui eâdem in Provinciâ ejusdem territorii, hoc est, sub eodem Magistratu sunt. Quapropter Transpadani omnes Conterranei inter se erant, quibus idem Proconsul jus reddebat, ut Sallustius in Catilin. & in Vergilii Vitâ Donatus ostendunt. Sic ipse Cæcilius nunc Patavinos sibi vicinos dicit, nunc Veronenses, itemque Brixienses suos appellat. Sic Martialis* suam *Hispaniam, Claudianus* suum *Nilum. Nam quod de* Secundorum *familia dicitur, ridiculum est, quandoquidem* Plinius *ipsum familiæ gentisque nomen est, non* Secundus, *quod in Dispunctionibus a nobis diffuse tractatum est: alioquin nulla Urbs est, in qua non exstent quamplurimæ Secundorum Inscriptiones. Nam quod postremò commentantur, audivi plerosque asserentes, saxum illud, quod* Plinii *nomine inscriptum tradunt, ita prioribus elementis abrosum, ut plane intelligi non possit, Plinius sit, an Caninius, Licinius, Asinius, Cominius, Atinius, & si qua similia.*

1 *Romæ, apud Angelum Colotium. Ex Ligorio.*

PLVTINVS
EVSTATIVS. VC
VRBIS. P. FECIT

EVSTATHIVS scribendum fuerat; sed eo tempore is floruit, quo Lingua Latii pessum ibat. Hic ignotus Contelorio fuit in Catalogo Præfectorum Urbis.

2 *Romæ, E Xante Bartolo.*

C. POBLICIO. L. F. BIBVLO. AED. PL. HONORIS
VIRTVTISQVE. CAVSA. SENATVS
CONSVLTO. POPVLIQ. IVSSV. LOCVS
MONVMENTO. QVO. IPSE. POSTERIQVE
EIVS. INFERRENTVR. PVBLICE. DATVS. EST

3 *Vicentiæ, in Asceterio Sanctimonialium Sancti Petri. Ex Donio.*

P. POBLICIO. M. L.
VALENTI
IIIIII. VIRO
MATIENAE. Q. L
RVFAE
MATIENA. P. ET
Ɔ. L. SVAVIS
PATRONIS. ET. SIBI
VIVA FECIT

4 *Carthagenæ novæ. E schedis P. Cattanei.*

POLLIO
II VIR
D.

1 *Ragusii in Delmatia.*
Ex Donio.

M. POMENTINO
M. F. TROM
TVRBONI. II. VIR. I. D
ET. M. POMENTINO
BORIAE. F. ANN. XVIII
POMENTINA. TERTVL
LA. PATRI. ET. FRATRI
PIENTISSIMIS. FECIT

3 *Nemausi.*
Ex Grassero.

CN. POMPEIVS. CN. F. MAXIMVS
FONTANVS SIBI ET
CN. POMPEIO. CN. F. MAXIMO. AVG
ET C. MARIO. PATRI
EX TESTAMENTO

Suspecta mihi est vox C. MARIO. Cur enim Pater *Marius*, & filius *Pompejus*? Ibi potius aliquod aliud munus præter Augustalitatem indicatum puto.

4 *Romæ,*
in Vinea Montaltina.
E schedis Ptolomeis.

CN. POMPEIO SEX. F.
QVIR. HOMVLLO
AELIO GRACILI CASSIANO LONGINO
PP. BIS. LEG. II. AVG. ET. LEG. X. FRETENS.
TRIB. COH. III VIG. TRIB. COH. X. VRB.
TRIB. COH. II. PR. DONIS DONATO AB
IMP. TORQ. PHAL. ARMILL. COR. AVR.
HAST. PVRA PROC. AVG. PROVINC.
BRITANNIAE PROC. AVG. PROVINC.
DVARVM LVGVD. ET AQVIT. PROC.
AVG. A RATIONIBVS
HEREDES

MERENTI FECIT

6 *Ravennæ,*
in Monaſterio Claſſenſi,
Miſit P. Mariangelus Fiacchi,
Monachus Camaldulenſis.

P. ARRIVS. P. F. MONTANVS
MOCAZIA HELPIS VXOR
P. ARRIVS POLLVX
Q. DE...S. DACVS. OPT. DE III
T. RINNATA. MOCAZIA IVCVNDA
P. ARRIVS. P. L. PRIMIGENIVS
P. ARRIVS. P. L. CASTOR

Quinctus Decius, vel *Decimius* iſte *Dacus* natione erat *Optio* (nunc *Ajutante*, aut *Maſtro di Caſa*) *Decurionis Triere T. Rinnata*. Poſtremum hoc nomen corruptum puto.

9 *Ibidem, apud Franciſcum Ficoronium. Miſit ipſe.*

Q. ARRVNTIO. AQVILAE
MAN. P. VI. OPE. NAT
BESSVS. MIL. ANN. IX
VIX. ANNIS. XXX
C. CASSIVS CENSORINVS
FRATER. ET. H. B. M. F

In ſecundâ lineâ MAN. P. interpretor aut *Manipularius* tantùm, aut *Manipularius Præfecti Hexere Ope*. Græcis Biremis fuit Διήρης, hoc eſt *Dieres*; Triremis Τριήρης *Trieres*; tum Τετρηρης *Tetreres*, nempe Quadriremis; Πεντήρης *Penteres* Quinqueremis; Ἑξήρης, *Hexeres*, ſcilicet Sex-remis; Επτηρης *Hepteres*, videlicet Septiremis &c. Exempla alia prætereo. Illud propterea VI. explicandum cenſeo *Sex-Reme*, cui vocabulum *Ops* ſive *Ope* fuerat inditum.

1 *Romæ,*
ad Ripettam Tiberis.
Ex Ligorio.

L. ARTILIVS. L. F. SVC
PATERCVLVS
MILES. SPECVLATOR
LEG. IIII.
ANN. XV. VIXIT. ANN
XLIX. M. IX. D. VIII.
H . S . E

2 *Romæ,*
in Vinea Cardinalis Carpensis.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS. MANIBVS. S.
C. ARTORIVS. C. F. SVB
PACHYNVS
MIL. VET. IN. COH. XIII
VOLVNT. CIVIVM. ROM.
ERANIS. EIVSDEM

Mancam Inſcriptionem hanc dederat Reineſius Claſs. 8. num. 80. *Eraniſtem* vidimus ſupra in Inſcriptione *Sex. Appuleji*. Portum & Promontorium *Pachyni* in Sicilia non unus ex antiquis memoravit. Ibi Miles iſte natus.

3 *Cæſenæ,*
apud Comites Maſinos.
Miſit P. D. Caſſiodorus Montagioli,
Monachus Benedictinus.

L. ARTORIVS. C. F. MIL
VETERAN. LEG. XIX.
ARTORIA. L. L. CLEOPATRA
L. ARTORIVS. L. L. LICINIVS

4 *Formiis.*
Ex Ligorio.

DIS. MANIBVS
P. ASELLIVS. P. F. FAB
PIERIVS
NAT. VIC. SERN. MIL
VETERANVS. VIX. ANN
LXXIII. M. III. D. XIII.
H . M . S . V . F

Natione *Vicetinum*, ſive *Vicentinum Aſellium* hunc *Pierium* dicerem, niſi ſequeretur breviata vox SERN. Propterea heic *Vicus Sernius*, aut aliquid ſimile hinc erumpit, cujus ſitum nulla me monumenta docuerunt.

5 *Ex Boiſſardo.*
P. Montfauconius.

D . M
ASONIVSTVS MIL
COH. XXIIII. VOL. VIX
ANN. XL. CITVS MVSSIC
HER. SVA. VOL. FEC

Correctior, ut puto. quàm apud Gruterum pag. 523. num. 3.

6 *Romæ,*
in Vinea Creſcentia.
Ex Ligorio, & Donio.

D . M
Q. ASTVRIVS. Q. F. TER
ATIO
MIL. COH. V. PR. VIX
ANN. XLVI. M. IIII
Q. ASTVRIVS. SEX. F. TER
OPTATIANVS
TESSER. IN. PRAETOR
QVI. FRATRI. RARISSIM. P

7 *In Vico* Cività di Bagno *in Marſis.*
Ex Phœbonio.

Q. ATATINO. P. F. QVIR. MODESTO
TRIB. MIL. LEG. X. GEMINAE
IN HISPANIA ANNIS. XVI.
PRAEF. ALAE. II. GALLORVM
IN EADEM PROVINCIA PRAEF.
FABR.
P. ATATINVS FLACCVS
PATRI OPTIMO
T. OPSTVRIO
FACILI. SEVI
RO. AVG. LIB
LIBERTAE PATRO
NO BENEMEREN
TI DE SVO POSVERVNT

Geminas diverſas Inſcriptiones junxiſſe, ideſt confudiſſe mihi creditur Phœbonius. Prima deſinit in octavâ lineâ ad verba PATRI OPTIMO. Et ſane quum iſtam quoque acceperim a doctiſſimo Viro Antonio Antinorio Cive Aquilano, deſinit prima Inſcriptio in iis vocibus.

8 *Romæ.*
Ex Donio.

SEX. ATELLIVS. SEX. F. PVP. PAETVS
TR. MIL. SCR. Q
FAVONIA PAETI
EX. TESTAMENTO. ARBITRATV
FAVONIAE. VXORIS
ET. SEX. ATELLI. SEX. L
PHILARGVRI

SCR. Q. ideſt *Scriba Quæſtorius*, ut puto. Hujuſmodi quippe munere functus fuiſſe videtur *Atellius* iſte *Pætus*. Quei verò is Scribam Quæſtorium ageret, ſimulque *Tribunum Militum*, nunc aliquis difficile reputet. FAVONIA PAETI ejus filia videatur. Sed aliquid peregrini in hiſce.

1 *Ravennæ,*
in Monaſterio Camaldulenſi.
Miſit Dionyſius Sancaſſanius, Medicus.

ATHENIO. DE
III. DANAE CORO
NARIVS QVARTAE
AVFIDIAE VXORI. SVAE
BENEVOLENTI. EIVS. ET
HONORIS CAVSSA
FECIT. H. S. E

Heic *Trieris Danäe* mentio ſe nobis offert. Quid ibi *Coronarius* ageret, nondum ſum aſſequutus. Nihil enim aliud *Coronarii* fuiſſe creduntur, niſi qui Coronas componerent, aut divenderent. Novimus ex Suetonio Cap. 10. in Vita Vitellii, Auguſtum eumdem *per flumina delicatiſſimis navigiis, & variarum Coronarum genere redimitis* vectum fuiſſe. *Athenio* itaque noſter Triremi huic coronis exornandæ præſtitutus fuerit tunc quum victoria aliqua reportaretur, aut etiam quum milites & nautæ ſacrificia peragebant, ſive demum quum ad convivia Coronas adhibebant.

4 *Romæ,*
in Vinea Baptiſtæ de Anagnia.
Ex Ligorio.

C. ATINIVS. C. F
QVIRINA
METIDIVS
MAIORINVS
ADIVTOR. ANNON
LEG. XXX. VLP.
ET. MISSICIVS
LEG. EIVSDEM
VIX ANN. LXXV.
TESTAMEN. F. I.
IN. FR. P. III. IN. AGR
PEDE VIIII

Habes heic *Adjutorem Annon. Legionis XXX. Ulpiæ*. Ideſt, ut ego interpretor, *Annonarii* Legionis (Italice dicere *il Provveditore*) videlicet Adjutor illius, cui cura erat Annonæ parandæ ac diſtribuendæ Militibus Legionis Triceſimæ. Præterea *Atinius* iſte *Metidius* fuit *Miſſicius Legionis ejuſdem*. Apud Gruterum pag. 1109. num. 5. occurrit Fauſtus *Trib. Leg. XI. Aug. &* MISSICIVS *Leg. VI Aug.* Neque hujus vocabuli ulla eſt mentio in Gruteriano Theſauro. Et fortaſſis inquiet Cenſor aliquis, Gruterianam hujuſmodi vocem non aliunde expreſſam fuiſſe, quàm ex *Ligorianis* Lapidibus, noſque propterea habere unum Ligorium iſtius vocabuli vadem. Atqui iterum repeto, eâ tantum de cauſsâ non abrogandam fidem Inſcriptionibus, quod ab uno Ligorio ad nos pervenerint. Vide infra marmor poſitum *Lucio Decimio Scævæ*, & *Virdoniario*. Clariſs. quoque Cuperus pag. 242. Monument. Antiqu. lapidem refert, in quo legitur *Tib. Julius Clarus domo Tura* MISSICIVS *ex Coh. Silauciens*. Ita in altero Nemauſenſi apud Sponium viſitur *TI. Cæſaris Miles* MISSICIVS *T. Julius Feſtus, militavit Annos XXV*. Proinde, uti Salmaſius in Notis ad Trebellium Pollionem pag. 300. recte animadvertit, *Miſſicii* fuere *Veterani*, qui honeſtâ miſſione militiâ fuerant abſoluti. In Gloſſis Baſilicorum Μισσίκιος, Παλαιὸς στρατιώτης, ἀπολυθεὶς, ideſt *Miſſicius, antiquus Miles, dimiſſus*. In Gloſſis Iſidori *Miſſicius, qui militiam exhibet*. Vitiata eſt poſtrema vox, & ſcribendum *exivit*. Barbaricis Sæculis in uſu fuit *Exire militiam, Urbem* &c. & pro *exivit* immutato *V* conſonante in *B* dixerunt *exibit*. Exempla habes infra in Inſcriptionibus Chriſtianis. Idcirco in Gloſſis illis *exivit* imperiti alicujus Librarii culpâ evaſit *exhibet*. Suetonius in Nerone Cap. 48. *Agnitus eſt*, ait, *a quodam Miſſicio Prætoriano*. In editis tamquam proprium hominis nomen impreſſum eſt *Miſſicius*, ſed *pudendo errore*, ſubdit in Notis prælaudatus Salmaſius, hæc demum addens: *Miſſicius eſt veteranus, & qui honeſtâ miſſione miſſus eſt; miſſicius autem, ut Ceſſicius, Adſcripticius, Subditicius, & ſimilia: quæ nos per t ſcribimus, veteres per c ſcripſiſſe alibi docuimus*.

2 *Romæ,*
apud Cardinalem Cæſium.
Ex Ligorio.

C. ATILIVS
C. F. ROM
CRESCENS
MILITAVIT. LEG. III
ANNIS. VIIII
TRAIECTVS. IN
PRAETORIVM
COH. V. PR
MILITAVIT. ANN. III

Flos Militum olim *Prætoriani*, uti & nunc in Regum & Principum Aulis *le Guardie del Corpo*. Propterea transferri e Legionibus in Prætorium, honorificum atque utile fuit.

3 *Romæ.*
Ex Vignolio.

D . M
M. ATILIVS. MAXIMVS
VETERANVS. AVG.
NATIONE
OFFENTINA. MEDIOLAN
AETRIA. SECVNDA
CONIVGI. B. M. F. C

Mediolanenſes in *Oufentina* Tribu ſcripti fuere. Propterea heic *Mediolanum Offentina* dicitur. Alibi in eam ſententiam inclinavi, non aliunde deſcendiſſe nomen *Papia*, inditum Civitati Ticinenſi, quàm ex Tribu *Papia*, cui Urbs ipſa fuit addicta. Scilicet *Papia Ticinum* ea fuerit appellata, ut heic *Offentina Mediolanum*. In militari Inſcriptione apud Fabrettum pag. 213. legitur L. BASSENIVS L. F. OEF. FELIX. & infra TI. CLAVDIVS. TI. F. OEF. VICTORIN. Reſtituendum utrobique OFF. ſcilicet *Offentinâ* Tribu, quæ tamen frequentius per OVF. deſignari conſuevit.

5 *Moguntiæ extra mœnia,*
in Sanctæ Crucis.
E ſchedis Ambroſianis.

HONESTA. MISSIONE. X. LIB. LEG.
MATRINIVS. ZMARAGDVS. ET. H

6 *Extra Romam, in Sancti Pauli.*
Ex Margarino.

D . M
ATTIA. AMPLIATA
C. DECIO AMPLIATO
MILITI COH. VII
MESSI FRATRI

1 *Romæ.*
Ex Malvasia.

ATTICO. FIRMINO
ET CALLISTRATO
VERNIS. B. M
T. FLAVIVS. PROCVLVS
TRIB. SVBCORNICV
LARIVS

Lego *Tribuni Subcornicularius*; nam in aliis lapidibus occurrit *Cornicularius Tribuni*. Norunt Eruditi ex Livio Lib 10. Cap. 44. *Cornicula* inter dona militaria virtutis ergo conferri solita fuisse. Fuisse creduntur *Cornicula* galearum ornamenta, quæ cornuum speciem referebant, ex ære vel ferro. In Romana militia veteri honoratiores milites, Tribunorumque, & Centurionum Beneficiarii, ab hoc insigni galearum, quo dignoscebantur a ceteris, *Cornicularii* dicebantur. *Corniculariorum* meminere Pedianus in Verrina III. Valerius Maximus Lib. 6. Cap. prim. & Codex Justinianeus Lib. 10. 11. & 12. Ego *Cornicularios* non ex ornamento solum, sed etiam ex Officio seu Munere aliquo distinctos fuisse opinor, exempli caussâ, uti nunc *Ajutante*, *Sergente Maggiore* &c.

2 *In Vico* Annèmasse *Genevensis agri.*
Misit Bimardus.

D M
ET MEMORIAE ATTINIAE
TIBERIAE MAXIMAE AVRELIVS
ROMANVS PROTECTOR DVCENARIVS
CONIVGI INCOMPARABILI

3 *Veronæ,*
in Museo publico.
Misit Johannes Franciscus Musellius,
Archipresbyter Cathedralis Veronensis.

C. ATTIO
C. FIL. POB
ALFIANO
LVCILIO
RVGAE
PRAEF. COH. II
RAETORVM
LVTONIA FESTA
MATER
L. D. D. D

4 *Romæ,*
in domo Pauli Pini.
E schedis meis.

DIS MANIBVS
C. ATTIO. C. F. VOL. SEVERO
TVDER. MIL. COH. V̄. PR.
L. AVITI MILIT. ANN. XXX.
ET ATTIAE SORORI PIENTISS

Attio huic *Severo Tudertum* (nunc *Todi*) patria fuit.

5 *Ibidem,*
in Vinea Valentinorum.
Ex Ligorio.

M. ATTIO. M. F. PAN
NICO. VETERANO
AVG. N̄.
VIXIT. ANN. LXIX
M. VII. H. VI
M. ATTIVS. M. F
PAL. MODESTINVS
T . F . F

6 *Tergeste.*
Ex P. Irenæo della Croce.

TI. ATTIO. TI. FIL. PVB.
HILLARO
DEC. EMERITO. ALAE. I. FL. FID.
ANTISTIA ILIAS CONIVGI. V. F
LIB. LIBQ. POSTQ. EOR.

Decurio emeritus hic fuit *Alæ Primæ Flaviæ Fidelis*.

7 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.

C. AVCTIO. C. L. SEVERO
ARA MIL. FR. LEG
VII. GEM. F
FRATRI
PIENTISSIMO
A. ACVTIVS ROMANVS
H . F . Q

Vereor, ut satis accurate descripta fuerit. Utrobique scribendum puto AVCTIVS, aut ACVTIVS. Ad designandam hujus Militis patriam, ARA positum videtur. Sed quænam est hæc *Ara*?

8 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ dell' Anima.
Ex Ligorio, ac Donio.

D M
L. AVGILIVS
L. F. VOL
SECVNDVS
VIENNA
MILES. COH. XI. PR
7. PROCVLI
VIXIT. ANN. XXVIII
MILITAVIT. ANN. X
T . P . I
H . S . E

Donius legit P. AVCILIVS L. F. VOL. S..... VS. In reliquis etiam mancam dedit. Huic patria fuit *Vienna Allobrogum*.

1 *Miseni.*
Ex Donio.

P. AVIDI. P. F. PAL. SATVLLIN
PRAEFEC. CLAS. MISENAT ID
7. COH. III. SPECVL. ANTIQVAE
STIPEND
M. AVIDIVS HERES EIVS
EX. TEST. E. P. C

Depravatam non uno in loco suspicor. Attamen legere licebit: *Idem Centurio Cohortis Tertiæ Speculatricis*, aut *Speculatorum, antiquæ Stipendiariæ*: quæ Cohors nobis aliunde ignota est.

2 *Asculi.*
Misit Antonius Antinorius Aquilanus.

AVIDIVS. M. F. MALLEN
TRIB. MIL. VEL. CEN
CASTRO TRVENT
FILEIS. VIV. FE

Opinari liceat, memorari heic *Tribunum Militum Velitum*: Sed in tot aliis militarium virorum Inscriptionibus nulla est *Velitum* mentio. Præterea mancum vides Epigramma istud; fortassis etiam non eâ, quâ par erat, diligentiâ exscriptum: ita ut continere judicium heic præstet. *Castrum Truentinorum* non longe ab Asculo situm fuit. Mentionem de illo habet Tullius in Epistol. ad Atticum Lib. 8. ut alios Scriptores omittam.

3 *Florentiæ,*
in Museo Corsinio.
Ex Gorio.

D . M
T. AVIDI. ROMANI. MILIT
COH. VII. VIG. SIPONAR
7. LAETORI. AVIDIA
ROMANA
MATER
FILIO PIENTISSIMO

Fabrettus pag. 265. illud SIPONAR. omisit, quod corruptam, ut opinor, vocem illam censuerit. Præstat, hanc apponere, ut quisque investiget, recta-ne, an vitiata sit eadem vox.

4 *Romæ,*
apud Crescentios.
Ex Ligorio.

L. AVILLIVS. L. F. ASPERINVS
PVLLARIVS
LEG. VI. CLAVD. VIX. ANN.
LVIIII. M. VIII. D. VII. H. VIIII
FEC. S. ET. LIBERTIS. LIBERTAB
VSQ. POSTER. SVIS. IN. FR. P. VIIII
IN. AGR. PED. XV.

Pullarius, uti nos docet Cicero Lib. 2. de Divination. *Pullos in cavea* custodiebat, ad capienda ex iis *auguria*, sive *auspicia*. Singulis Legionibus suus erat Pullarius. Vide Gruterianum marmor pag. 557. num. 6. ubi *Atimetus Lib. Pullarius Legionis IV.* aut *XX.* occurrit, quemadmodum *Avillius* iste *Asperinus* fuit *Pullarius Legionis VI. Claudiæ*.

5 *In Vico Habentino*
agri Ferrariensis.
nunc in Museo Ferrariensi.
Misit Dionysius Sancassanius Medicus.

D M
AVR. EYTYCHIA
SIBI ET M. AVRELIO
MARIN. N. SYR. VETER.
EX OPT. PATR. ET. MARIT.
PIENTISS. CVM. Q. V. ANN
XLIII. BEN. M. VIV. POS.
IVB. PATRONO. EX. PEC. IPSIVS
HANC ARC. SI Q. POST. EXC. VTRO
RVMQ. AP. INF. H-S. II. M. N. FISCO
IN. F. P. XXXX. IN A. P. XXXX

Aurelius iste *Marinus natione Syrus* fuit *Ex-Optio*. Eidem *Patrono & Marito* Eutychia Arcam posuit, quam *si quis post excessum utrorumque aperiet, inferet Sestertiûm duo millia numero Fisco*.

6 *Romæ, ad Sanctæ Agnetis.*
E schedis Ptolomeis.

D . M
AVR. IVSTAE. COIVGI
KAR NAPANN. BENEM
FECIT. C. ARGILIVS EXS
VPERATVS MIL. COH
VIII. PRAET. ET FILI EIVS
EXSVPERANTIANVS
ET EXSVPERIVS

In secundâ lineâ mendum cubare videtur in voce NAPANN. Num *Natione Apamensi*?

7 *Romæ, in domo Dominici Normanni. E schedis meis.*

In uno latere.

D . M
AVRELIA MAXIMA
QVAE VIX. AN. XXXV.
NATA MVNICIPIO APVLI
AVR. MAXIMVS
MILITIAE PETITOR
CONIVX COIVGI
ET FILIAE ISTERCORIAE
D. B. R. T. B. F

In altero latere.

ACILIAE DIONYSIAE
FEC. DIONYSIVS CONIVGI
B M
ET SATVRNINVS. M. LIBER
ET SIBI

Municipium Apulum, quo etiam Romanorum Colonia deducta fuit, in Dacia situm, ex aliis lapidibus nobis notum est. Vide infra Classem XVI. In geminis quoque Gruterianis marmoribus pag. 528. & 531. occurrit *Militiæ Petitor*, eoque nomine *Veteranus* ibi donatur. Quare Munus aliquod militare fuisse intelligimus. Sed quale, mihi non constat. Octavium Cæsarem Augustum *equestrem militiam petentes etiam ex commendatione publica eujusque oppidi* ordinasse scribit Suetonius in ejus Vitâ, Cap. 46. Conjicere liceat, *Petitores* fuisse, qui Supplementa peterent & quærerent ad militiam. Aut qui peterent a Tribuno, ut ad militiam Tirones admitterentur. Vide infra Inscriptionem *M. Aurelii Festini*.

1 *Romæ*,
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

D M
AVR. ALEXANDER. EQ. R
FECIT. ET. CONIVGI. SVAE
GALERIAE. FELICITATI
ET. LIBERTIS. LIBERTABVS
POSTERISQVE EORVM

3 *Romæ*,
in Museo Eminentiss. Card. Alexandri Albani.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

AVR. AVSCVS STIX	NAT. NOR
SIC. MARCELLINVS DEC	VETVR LVC
AVR. PROPINCVS DVP.	VALER MAR
AVR. CELSINVS SESQ.	SAT PVSINA
AVR. IVLIANVS B	CASS. ROMVLV
AVG. VALENTINVS IM.	IVL. MAXIMV
AVR. TITO	AVR. POSSIDONII
ANT DIVDANVS	VER. SECVNDINV
FLAV. VALENS SIC	AVR. IVSTINIANV
AVR. PRIMVS CA	AELI PRISCV
MVCATRA	AVR. MVCATRA IMM
	AVR. MVCIANVS
	AVR

Heic habes Militum aliquot nomina, cognomina, & officia sive gradus, qui per breviatas voces indicantur STIX. DEC. DVP. SESQ. B. IM. idest *Stipendiorum Decem*: *Decurio*: *Duplarius*, sive *Duplicarius*: *Sesquiplaris*, vel *Sesquiplex*: *Beneficiarius*: *Immunis*. De *Sesquiplicibus* aliquid innuam infra in Inscriptione *T. Saturnini*. SIC. autem pro SIG. idest *Signifer* scriptum puto in secundâ & nonâ lineâ.

6 *Aquilejæ*,
apud Canonicum Bertoli V. doctiss.
Misit N. V. Franciscus Comes Beretta Utinensis.

D M
AVR. CLARIANO
AVR. MAXIMIANVS
M. LEG. PRIMES
ATT OS
FRA SIMO
NAT NTE
RIC MAR
VIC DIANO
AN XVIII

8 *Polæ. Ex Donio.*

AVRELIO
CVTONI
MIL. LEG. II. ITAL.
STIPEND. XXIII
TERENT. LVCIANVS
SIGNIF. LEG. S. S
CONTVBERN. FECIT

Idest *Legionis suprascriptæ*.

2 *Palmyræ.*
Ex Transactionibus Anglicis Philosophicis.

ΕΞΑ ΝΤΩΝ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ. ΑΥΡΗΛΙΟ
ΔΩΡΟΥ ϹΤΡΑΤΙΩΤΗϹ ΛΕ
ΚΗϹ ΤΩΝ ΠΑΤΡΩΝ ΤΕΙΜΗϹ ΚΑΙ
ΕΥΧΑΡΙϹΤΙΑϹ ΧΑΡΙΝ ΕΤΟΥϹ ΓΞΦ

Idest:

Ex - - - - - - - - - - Aurelii Aurelio-
dori Militis Le - - - - - - - - -
- - - - - - - - Ob Avitum Honorem Et
Grati Animi Caussâ. Anno DLXIII.

4 *Brixiæ*,
in Sancti Faustini.
E schedis Ambrosianis.

AVRELIVS. BERSI
MES. VETERANVS. PRO. VA
LENTE. SE. VIVO
MEMORIAM. SIBI
POSVIT

PRO VALENTE. Si ita in Marmore habetur, divinatore heic opus est. Nihil mihi succurrit, cui adquiescam.

5 *In Sancti Æmiliani de Cuculla.*
Ex Donio.

D . M . S
AVR ❦ CAPITON
MIL ❦ LIIG VII. G. F
❦ RESTITVTI. ANNO
XXVII
LVSILLA. HER. FA. CVR

7 *Augustæ Taurinorum*,
in Regia Scientiarum Academia.
Misit Comes Ludovicus Caissottus
Præses Senatus Taurinensis.

D ❦ M
AVR. CRESCEN
TIANI. V. E
ACIE DESID
QVI VIXIT. AN
XXV.
AVR. PISTVS
EXAR.
FRATRI. CAR
POSVIT.

Exarchus munus militare fuit. Illud in Indice Gruteriano omisit Josephus Scaliger, quamquam in Gruteriano lapide pag. 528. num. 7. legatur *Aurelius Valentianus Exarchus*. *Acie desideratus*, idest occisus fuit *Aurelius* iste *Crescentianus Vir Egregius*.

1 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre, Episcopo Hadriensi.

D . M
AVREL. DIZO MILEX
LEG. XI. CLAVD. VIXIT
ANN. XXVII. MILIT. ANN
QVINQVE. OBITVS. IN
MAVRETANIA. BENE
MERENTI. CIVES. ET
COMMANIPVLI. DE. SVO
FECERVNT

3 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.

D. M. AVR. DOMITIAN
VS. MIL. CHOR. VIIII. PRT
XVII. NAT. DACVS. MAXI
MVS MARINIANVS
ET IVLIA SISI DOLES
B . M . F

Supple: *Militavit Annis XVII.*

5 *Neapoli,*
in Museo Valletta.
Ex Johanne Vignolio.

D . M
AVRELIO DO
MNIONI. MILITI
VIXIT. ANN XXVII. AV
RELIVS. CAIANVS
ET. AVRELIVS. SAMVS
HEREDES
B. M. FEC

7 *Neapoli,*
apud Cæsarem Carduinium.
E schedis Ambrosianis.

AVR. IVLIANVS. MIL
COH. II. PR. 7. QVINTI
LLIANI. VIX. AN. XL.
MIL. AN. VIIII. NAT. N
ORICVS AVR. TEVTV
MERVS. COH. II. PR. FRAT.
ET. AELIA. MARCIA. CO
IVX. B. M. F. C. R

Gruterus pag. 529. num. 1. hanc protulit: sed hæc emendatior.

2 *Tibure.*
Ex Donio.

D M
AVR. DISZA. EQ
AVGG. NN. VIX. AN
XXX. M. II. 7
BASS. N. TRAX
SECVNDVS. HER
SEP. DINES. ET. LE
GATARI. T. B. M. F. C

Idest *Titulum Bene Merenti Faciundum Curarunt.*

4 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre, ac Donio.

AVRELIVS DOMITIANVS
BENEF. LEGIO
NIS VIXIT
ANNIS. XXXX. MILIT
AVIT. AN. XX
ACCEPIT. MISSIONEM

A Turre legit BENEF. LEGI. AL. VIXIT. &c. Scriptum tamen ibi puro LEG. I. AD. ita ut *Aurelius* iste *Domitianus* exstiterit *Beneficiarius Legionis Primæ Adjutricis*, qui postquam *militavit Annos Viginti*, *accepit Missionem* a militia.

6 *Ibidem,*
in suburbano Januarii Mazzæ.
Misit Franciscus Valletta Nob. Jurisconf. Neapolita.

D M
AVRELIVS EPICTETVS
VETERANVS NATIONE GRAE
CVS QVI VIXIT ANNIS L.
NICOBVLVS FILIVS PATRI
SVO BENEMERENTI FECIT
AVRELIO RHODONE
PROCVRANTE

8 *Celejæ.*
Ex P. Duellio, Canonico Regulari.

D M
AVR. IVSTINO. MILITI LEG. II. ITALO. IN
EXP. DACCISCA. AN. XXIII. AVR. VERINVS
VET. ET MESS. QVARTINA PARENTES
FECERVNT
V A

DACCISCA scriptum pro DACISCA, seu DACICA.

9 *Ravennæ. Ex Donio.*

D. M. AVRELIO. FESTIANO. NAT. PAN.
VET. AVR. GLAVCE. PATRONO. ET. CONIVGI
DVLCISS. B. M. P

1 *Romæ, in domo Sfortiana. Ex Donio.*

D. M. AVRELIO. FLORO. VETERA
NO. QVI. VIXIT. ANN. XXXVII
DIEBVS. XXIII. MILITAVIT. IN
COH. V. PR. SEPTIMIA. PISINA
COIVX. ET. SECVNDA. HERES
COIVGI. KARISSIMO. PIO
INCOMPARABILI BENE
MERENTI. FECIT

2 *Neapoli, apud Presbyteros Oratorii. Misit Ignatius Maria Como.*

D M
L. AVRELIO FORTI FABRO DV
PLICARIO LIB. FIDE NATIONE
SARDO VIXIT ANNIS XXV. M. CARI
SIVS FRONTO HERES B. M. FECIT
CVRANTE ARRVNTIO PETRONI
ANO AMICO OPTIMO

Faber Duplicarius hic fuit in *Liburna Fide*.

3 *Patavii, apud Bassanos. Ex Ursato.*

AVR. IVSTINO. APRI
ONI. VET. SEPTIMI
VS. PROCVLVS. ET. VAL
PROCVLVS. HEREDES
CVRANTIBVS
FAVSTINO. ET. IV
LIO. LIBERTIS. B. M. P

4 *In Dacia, sive Transilvania, in Carolina apud Patres Societatis Jesu. Misit Apostolus Zeno.*

AVR. IVSTVS
TR. AVR. LVCILIVS. AGR
C. C. VAL. ROMVLVS
VAL. SARNIVS
SEP. VICTOR
AVR. SENECIO D
IVL. MILITARIS
P. OR. IVLIANTES
COH. IIII
VLPIVS. SVRVS

Hanc etiam protulit P. Duellius Can. Reg. In linea secunda is legit R... AVR. LVCIVS. In quarta VAL. SAB.NVS. Addit SEP. MAGNVS. In sexta habet SENECION. In penultima COH. IIIII. Primus fuit *Tribunus*. Num secundus *Agro Beneficiario* donatus?

5 *Pisauri, apud N. V. Hannibalem de Abatib. Oliverium. Ex eodem.*

AVRELIO IVLIANO VETE
RANO AVEDIA MARCELLINA
CONIVGI BENEMERENTI
POSVIT

6 *Romæ, ad Sanctorum Cosmæ & Damiani. Misit Eminentiss. Passioneus.*

D M
AVR. MARTIANO
PP. EX. COH. III. PRAET
QVI. VIX. ANN. LXX.
M. IIII. AVR. SALVI
ANVS. F. ET H. PAT
DVLCISSIMO POSVIT

PP. in tertiâ lineâ mihi est *Primipilo* heic.

7 *Neapoli, in Museo Valletta. Ex Vignolio.*

D M
AVRELIO. MAXIMO
VIXIT. AN. XXX. M. III. D. X
MIL. AN. VII. IN CL. PR. M
NOMONIA...

Idest *in Classe Prætoria Misenate*.

8 *Augustæ Taurinorum. in Regia Scientiarum Academia. Misit Excellentiss. Comes Caissottus.*

D M
AVR. MAXIMI
EXAR. NVM. DAL
DIVITI QVI VIX
ANN. XXX
AVR. VICTORIN
... POSVIT

Exarchum supra vidimus Militare munus. *Aurelius* iste *Maximus* fuit *Exarchus Numeri Dalmatarum*. In lapidibus, ut aliàs monui, DELMATA non DALMATA scribi consuevit.

9 *Romæ, in domo Pauli Tifernatis. E schedis meis.*

D M
AVRELIVS MVCIANVS MIL. SICVL
COH. VI. PRAET. QVI. VIXIT. ANNIS
XXXVIIII. MES. VII. DIES VIIII. HO
RAS. VIIII. FECIT AELIA LVCIA COIVGI
VIRGINIA AVO BENEMERENTI FECIT

1 *Romæ*, *apud Antoninum Frangepanem*. *E schedis Ambrosianis*.

In uno latere.

D . M
AVRELIVS MVCAPOR
MILES COHORTIS III.
PRAET. CENTVRIA
AVGVSTIANI. AVR.
VALENTINA BENE
MERENTI POSVIT

In altero latere.

D . M
P. AELIVS. APOLAVSTVS.
CORINTHO. FR. PIENTISSIMO
VIX. ANNIS. XXVII. M. III. D. V
F . B . M

2 *Athenis*, *in æde Palladis*, *in urna marmorea*. *E schedis meis*.

ΑΤΡ. ΠΑΡΑΣΙΟΣ ΕΥΤΤΛΙΔΟΤ
ΦΙΛΑΣΙΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕ
ΣΤΡΑΤΙΓΟΤ ΠΑΙΛΑ ΑΚΙΔΑΜΟΤ ΧΟΛΕΙΟΤ
ΚΗΡΤΚΟΣ ΒΟΤΛΗΣ
ΑΙΛΙΟΤ ΧΡΤΣΟΤ ΣΦΙΤΤΙΟΤ

Ideſt:

Aurelius Paraſius Eutylidi
Philaſius Poſuit
Sub Militiæ Præfecto Pælalcidamo Cholei
Sub Cherice Senatus
Ælio Chryſo Sphittio.

Cherix eſt *Præco*, munus illuſtre in Urbibus Græciæ liberis. *Sphittius* ex oppido Athenienſium *Sphetto*, ΣΦΗΤΤΙΟΤ fortaſſis in Marmore.

3 *Romæ*, *in Muſeo Eminentiſs. Cardinal. Alexandri Albani*.

D . M
AVRELIO. RES
TVTO MI. CHO. VII.
P. 7. VALENTINI
QVI VIXIT AN.
XXXV. FECIT AVRE
LIVS VALES CONTV
BERNALI BENEMER
ENTI

4 *Panormi*. *Ex Gualterio*.

D . M
AVR. RVSTICO. MIL
ANN. VIII. TR. 7. ZENO
NIS. MAR. GERMANICI
ANVS. MIL. ANN. X
VAL. VICTORINVS
HER. B. M. F

5 *Extra Aquilejam*. *Miſit Canonicus* Bertoli.

AVRELIVS SVD
TIIIIVS MILEX LEGIO
NIS XI. CLAVDIAE

Ibi imago Militis ſtantis, gladio accincti, dexterâ haſtam, ſiniſtrâ clypeum tenentis. Clariſs. a Turre legebat SVDLCEN. T. CVS. & in fine CLAVIAE.

6 *Cremonæ*. *Miſit Franciſcus Ariſius V. Cl.*

AVR. SVPERO
CIRCIT. SVB. CVR.
IVSTI. QVI. VIX. ANN.
XXX. CONIVGI. HAR. MEMO
RIAM FECIT AVR. QVINTIA
IN FVNVS ET MEMORIĀ. EROG
X XXX.

Circitores in militia appellati olim, Vegetio teſte, qui vigilias circuibant. Nunc Italice dicimus *Fare la Ronda*.

7 *Romæ*, *in Muſeo Eminentiſs. Cardinalis Alexandri Albani*. *Miſit Franciſcus Blanchinius V. Cl.*

D . M
AVRELIVS THYRSA
CHOR. V. PRAE
FECIT (*ſic*)
VIBIAE MAXIMINE
BENE
MERENTI

8 *Ibidem*, *in ædibus Angeli Colotii*. *Ex Ligorio*.

D. M. AVREL. VALENS. FRVMENTAR ϕ
MARITVS. ET. AVREL. GERMANVS. EQ
ROMAN. FRAT. AVRELIAE. CHRYSIDI. PII
SSIMAE. QVE. VIXIT. ANNIS. XXX. M. VIIII ϕ
D ϕ XVII. BENEMERENTI ϕ FECERVNT

Frumentarii in militiâ Exploratores fuere. Sed & *Frumentarii* nomen inditum Mercatoribus Frumenti, pariterque iis, qui horreis præfecti Militibus Frumentum diſtribuebant. Quodnam *Aurelii* iſtius *Valentis* foret munus, minime liquet.

1 *Romæ, in ædibus Matelæjorum. E schedis Ptolomeis.*

D M
AVR. VICTORI MIL
ARMATVR. COHOR
VIIII. PR. NATIONE
BESSO. VICXIT. AN
XXXV. MILITA. AN
XXVIII. P. NONIVS SIRM
FRATRVELI. KA. BENEME

Supplendum in fine secundæ lineæ LEVIS, aut GRAVIS *Armaturæ.*

3 *Extra Romam, in hortis Justinianeis. E schedis Ptolomeis.*

AVR. ZHNOBIVS MIL
COH. VII. PR. 7. QVARTI
STIP. XIII. HEREDES BENE
MERENTI POSVERVNT

Idest *Miles Cohortis Septimæ Prætoriæ* in *Centuria Quarti, Stipendiorum XIII.*

6 *Ravennæ, in Monasterio Classensi. Misit P. D. Mariangelus* Fiacchi, *Monachus Camaldulensis.*

L. AVRELIVS
NIGRINVS. H
EX. EADEM
FRATRI. B. M
ET. C. AVRELIV.
TVRVS. SVB
H. III. MINERV
B. M. POSVER

In principio desideratur nomen Militis in Classe Prætoria Ravennate merentis, Quid sit H. in secundâ lineâ, & in sextâ SVB. H. *Triere Minerva*, obscurum est. Si *Horrearius* fuisset *Aurelius* iste *Nigrinus*, rem teneremus. Num *Heres*, & *Sub Herede*, hoc est Substitutus?

7 *Romæ, apud Bubalos. Ex Malvasia.*

D M
L. AVRELIO PIO
MIL. LEGION. VICTRIC
FRVMENTINO
VIXIT ANNIS XLVII
MILITAVIT. ANN. XXV
AVRELIVS. VERECVNDVS
H . B . M . F

Post vocem LEGION. in tertiâ lineâ deest nota numeralis VI. Pro FRVMENTINO scribendum puto FRVMENTARIO.

2 *Vindobonæ, in atrio Bibliothecæ Cæsareæ. Ex Marchione Maffejo.*

I O M
PATERNO
AVREL VLPI
VS. ADIVTOR.
OFFICI. CORNI
CVLARIORVME
V L M P

Pro PATERNO aut scriptum, aut scribendum fuisse puto AETERNO, cujusmodi epitheto donatur Jupiter in aliis Daciæ votivis tabulis.

4 *Romæ. in Via Salaria, apud Alexandrum Rondonium. Ex Josepho Castalione.*

D M
L. AVRELIVS. L. FIL
CAMILIA FIRMVS
BAGENNIS. MIL. COH
XI. VRB. 7. NIGRINI
VIX. ANN. XL. MIL. ANN. XXI
TESTAMENTO PON
IVSSIT

Fuit iste *Miles Cohortis Undecimæ Urbanæ* in *Centuria Nigrini.*

5 *Neapoli, apud PP. Oratorii Philippini. Misit Ignatius Maria Como Neapolit.*

D M
L. AVRELIO FORTI FABRO DV
PLICARIO LIB. FIDE NATIONE
SARDO VIXIT ANNIS LII. M. CARI
SIVS FRONTO HERES B. M. FECIT
CVRANTE ARRVNTIO PETRONI
ANO AMICO OPTIMO

LIB. FIDE, idest *Liburnâ* scilicet Navi, cui FIDES cognomen.

8 *In Castro Sancti Christophori in Gallæcia. E schedis Farnesiis.*

M. AVR M. P
AR M
COH. I. CAL. SVB. CVRA
7. AVGVSTORVM. TIB. PAT
VAL. FLAVII. Ī. COH
M. ET. VALENT
G. AVGVST. ET

1 *Romæ, in Vinea Cavaleria. Ex Bonarota Senatore V. Cl.*

D . D . M
M. AVREL. ALEXANDER. PRIMIPIL. EIVE
VIVVS SIBI ET VXORI SVAE AVRELIAE
ANTIOCHIANAE. HVNC. CEPOTAPHIVM
SEPARAVIT. DE DOMV. ET FECIT. OMNIBVS
SVIS. POSTERISQVE. SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM.
ET PRAECEPIT. HEREDIBVS. NE QVIS
EXTRANEVM VELLIT IMPONERE. VEL
VENVMDARE. VEL. FIDVCIARE. VEL.
DONVM. DARE. VEL. VLLO. MODO. ALI
ENARE. NAM. POST. HAEC. PRAECEPTA
SI QVIS. AINVENTVS. FVERIT. HOC
FECISSE. INFERAT. SACRO. FISCO.
SESTERTIA. CENTVM. MILIA. NVMMVM.

Num in vocabulo EIVE secundæ lineæ, mendum cubat? Ego legerem ET VE. ideſt *Et Veteranus*. *Cepotaphium* eſt *Sepulcrum in Horto*, qualia non rarò Ethnici ſibi parabant. Occurrit eadem vox in aliis funebribus Inſcriptionibus, & præſertim pag. 114. & ſequ. apud Fabrettum. Verbum *Fiduciare* reſpondet Italico noſtro *Impegnare*.

2 *Foro-Julii, nunc* Frejus. *Miſit Bimardus V. Cl.*

D M
AN [illegible]
M. AVR. AN
PR. CLASSI
AP [illegible]

De Claſſe, quæ Foro-Julii ſtabat, vide Tacitum Annal. Lib. 4. Cap. V.

3 *Romæ, in domo Pauli Pinii. E ſchedis meis.*

D . M
M. AVRELIO BERVLO
FRVMENTARIO LEG. XIII. GEMIN
[illegible]
BENEMERENTI FECIT

Ligorius quoque hanc habet, ac legit SERVLO. Hoc autem marmor extitiſſe tempore ſuo *apud Angelum Colotium* ſcribit.

4 *Ibidem. Ex Donio.*

DIS. MANIBVS. SACR
M. AVRELIVS. M. AVR. L
CRESTVS. LITICEN. LEG. III
PARTHIC. FECIT. SIBI
ET. SVIS. LIBERTIS

LITICEN, qui *Lituo* canebat. Ejuſmodi Inſtrumenti muſici uſus erat in militia, ac præcipue in prœliis. Fuit autem medium quoddam inter tubam & cornu, quia nec prorſus rectus fuit Lituus, ut tuba, nec totus incurvus, ut cornu. Vide Feſtum, qui *Lituum* eſſe prodit genus buccinæ incurvæ.

5 *Tuſculani, in agro Brixiano, ad Sancti Antonii. Ex Octavio Rubeo.*

INDVSTRIO AC BENIVOLO
PLVRIMIS MILITIAE HONORIBVS
FVNCTO
PRO SVAE PIETATIS MERITO. M. AVR.
DVBITATO V. I. PATRI. ET. C. CENTVLLIO
FORTVNATO ADVLESCENTI CLARISSIMO
FILIO AMANTISSIMO
M. AVRELIVS DVBITATVS. V. C. FIERI IVSSIT

Vide Reineſium pag. 466. qui mancam dederat. Sed quei Pater *Aurelius*, Filius vero *Centullius* apelletur, inveſtigandum foret. Fortaſſe *Centullius* non nomen, ſed Cognomen eſt.

6 *Romæ. Ex Malvaſia.*

M. AVRELIVS DVBITATVS
MIL. COHOR. II. PR. P. V
SEVERIANAE 7. GAIANI
HERES. B. M. POSVIT

Hic fuit *Miles Cohortis Secundæ Prætoriæ Piæ Victricis Severianæ in Centuria Gajani*.

7 *Romæ, in Sanctarum Agnetis, & Conſtantiæ. E ſchedis Fratris Jucundi miſit Gorius.*

D. M. M. AVR. FESTINO. VET. EX. COH. III. PR. AVGG. NN.
MILITIAE. PETITORI. QVI. VIX. AN. XLVII. MES. VII
COSINIA CALLIOPE CONIVNX ET. C. NERONIVS
HONORATVS. EMERITVS AVGG. NN COGNATO
KARISSIMO BENEMERENTI ET. SEMPRONIVS
DIOCLES. ET. AVR. BAETONICVS AVR. CRYSION
AVR. FILVMENE AVR. GESTVS LIBERT. LIBERTI
HEREDES BENEMERENTI FEC.

Emendatior prodit hic lapis, quàm apud Gruterum pag. 528. num. 2. Habes heic alterum *Militiæ Petitorem*. De hujuſmodi munere vide, quæ ſupra innui ad Inſcriptionem *Aureliæ Maximæ*.

1 *Bajis.*
Misit doctiss. V. Ignatius Maria Como.

D . M
M. AVRELIVS. IETTIS. ARMORVM. CVSTOS
NATIONE. PONTIC. LIB. VIRTVTE. STIP. VIX.
ANN XXXVIII. D. XV. PESTANIA
SOZVSA. VXOR. BENEMERENTI. FECIT

Armorum Custos idem atque Armamentario Præfectus mihi creditur LIB. VIRTVTE STIP. in *Liburnâ Virtute Stipendiarius*. Vide infra Inscriptionem *Lucii Dasimi*.

2 *Florentiæ,*
apud Nob. V. Petrum Andream Andreinium.
Ex Gorio.

D . M
M. AVRELIO. M. F
AELIA. GALLO
VIVINACIO
MIL. COH. IV. PR
VIXS. ANN. XLV
MIL. ANN. XIII
AVRELIA. NICE
MARITO. SVO
B. M. POSVIT

In schedis Ptolomeis ponitur hic lapis *Romæ* penes *Leonardum Augustinum*. A Vignolio *Neapoli in Museo Valletta*. Fabrettus quoque eumdem profert pag. 134. sed mancum. Fortasse VIVINACIVM heic habes patriam *Aurelii* istius Militis. Sed quænam hæc Civitas? VIMINACIVM Fabrettus legit, Mœsiæ videlicet Urbem, aut Hispaniæ. Verùm ubi vocabulum GALLO sumatur pro Natione, *Viminacium* in Gallia quærendum est. Vignolio *Vivinacius* alterum cognomen fuit. *Viminatium* in Gallia Baudrandus, & alii se invenisse putarunt apud Spartianum in Severo. Verum Casaubonus longe antea monuerat, sermonem ibi esse de *Viminatio* Mœsiæ.

3 *Tarracone,*
in hortis Domini Gomez.
E schedis Farnesiis,
misit P. Franciscus Andreasius e Soc. Jesu.

M. AVR. M. F. LVCILIO POETA
VION. EX SINGVLARIB. IMP. LEG
I. ADIVT. LEG. II. TR. LEG. VIII. AVG.
LEG. VII. GEM. III. HAST. PR.
ANNOR. LX. STI
PENDIOR. XXXX
VLPIA FAVENTINA
VXOR ET HERES MA
RITO PIENTISSIMO
ET INDVLGENTISSI
MO FACIVND. CVRAVIT

Conferendum est exemplum istud cum Gruteriano pag. 529. n. 5.

4 *Montalti,*
in Sancti Johannis,
in urna.
E schedis Ambrosianis.

M. AVR. LVCIO. TRIB
MIL. LEG. II. AVG. ET
ANT. SEBERE. COIVG.
M. AVR. MENOPHILVS
LIB. PAT. B. M. FECIT

5 *Florentiæ,*
apud N. V. Carolum Strozzium.
Ex Gorio.

M. AVRELIO. M. F.
LYAEO. EQVIT. ROM
PRAEF. COH. I. FL.
HISPANORVM
AVRELIA. VIBIA
CRESCINA
FRATRI
DVLCISSIMO

6 *Ravennæ,*
apud Sancti Andreæ.
E schedis Farnesiis.

M. AVRELIVS. MARINVS
SELEVCVS. VET. EX OPT
AELIAE CLAVDIAE CONIV
GI INCOMPARAB. ET. SIBI
VIV PO SVIT

EX OPT. idest qui *Optio* fuerat.

7 *Romæ,*
apud Equitem Borrominum.
E schedis Ptolomeis.

D . M
M. AVRELIO. OPTATO. VETE
AVGG. NN. NATIONE THRA
QVI. VIX. AN. LII. MEN
IIII. DIE XX. PON. ERM.
ET. AVR. OPTA. PATRI
PIENTIS. FECERVNT

8 *Ibidem,*
in domo Pauli Pinii.
E schedis meis.

M. AVRELIO POLIVCR
ATI MIL. COH. VII.
PR. 7. IVVENIS. M.
AVR. VITALIVS. HE
RES. B. M. F.

Vide Gruterum pag. 1107. num. 3. ubi Epitaphium huic ipsi *Vitalio*, sive *Vitali*, positum invenies.

1 *Vindobonæ, in atrio Bibliothecæ Cæsareæ. Ex Cl. V. Scipione Marchione Maffejo.*

D M
AETERNAE QVIETI ET PERPETVAE
SECVRITATI M. AVR Q VALENTI 7. LEG. TA
QVI VIXIT ANN LIII. STIP XXXII. M. AVR. ALEXANDER
PRIMIPILARIS FRATRI ET IVLIA THEODORA
CONIVGI ET AVRELIA SOSICRATIA ET VALENTINA
PATRI PIISSIMO
FAC CVR

In tertia linea illud Q. incaute a lapicida scriptum, ac deinde lineâ superinductâ deletum censet Maffejus. Hac de re dubitare licet. Is enim arbitratur mendose scriptum ibi TA, ac legendum I. A. ut is fuerit *Centurio Legionis Primæ Adjutricis*. *Stipendia* (fecit) XXXII. Mihi creditur in T. inclusum ac supereminens I. ac legendum *Legionis Italicæ*; *Stipendiorum* &c.

2 *In Thermis Herculanis detectis in Dacia. Ex Paschali Caryophilo.*

DIIS. MAGNIS
ET. BONIS. AESCV
LAPIO. ET. HYGIAE
MARC. AVR. VETE
RANVS. PRAEF. LEG.
XIII. G. ANTONINIAN
V. L. M. S.

Habes heic *Legionem XIII Geminam Antoninianam*. Ejusdem mentio infra recurret.

3 *Romæ, in Sancti Martini. Ex Donio.*

M. AVR. M. F. SECVNDINO. VET. AVG
N. EX. COH. III. PR. MIL. PETIT. NAT
PANNONICA. AELIA. VALENTINA
SOROR. ET. AVR. SECVNDVS. FILIVS
HEREDES. BENEMERENTI. FECERVNT
QVI. VIXIT. ANN. XL. M [illegible] D. III
M. AVR. PRIMVS. LIBERTVS. VIX [illegible]

Heic habes etiam *Militiæ Petitorem*.

4 *Ibidem, in Vinea Mutorum. Ex Ligorio.*

M. AVRELIO M
F. SEVERIANO
TORQVATO
PRAEF. VIGIL. ET
X VIR STLITIBVS
IVDICANDIS
AVRELIA CAE
SONIA CONIVGI
PIISSIMO FECIT

5 *Brixiæ. Ex Vinaccesio.*

V . F
Q. AVRELIVS [illegible]
COSI [illegible] SIBI ET
ATIAE QVINTAE CON
[illegible] AVRELIO FILIO MILI
REMIGE FESTAL
FILIAE SVAE

6 *Jaderæ. E schedis Valerii, & Capponiis.*

D . M
Q. AVRELIO FESTIANO
NAT. PAN. VET.
AVR. GLAVCE
PATRONO
ET CONIVGI. DVLCISSIM.
B . M . P

7 *Florentiæ, apud Josephum Mariam Brocchium. Ex Gorio.*

Q. AVRELIVS
Q. F. SCA. RVFVS
SPECVLATOR
VIX. ANN. XLII. MILIT
ANN. XIX. HIC
SITVS. EST. HEREDES

8 *Neapoli, in suburbano N.V. Januarii Mazzæ. Misit Franciscus* Valletta *Jurisconf. Neapolita.*

T. AVRELIO CANDIDO NAVAR
CHO ARCHGYM. BERN. CL. PRAET
MISEN. ET. AVRELIAE DEMETRIAE
CONIVGI EIVS ET LIBERTIS LIBER
TABVSQVE POSTERISQVE EORVM
SE VIVI FECERVNT

In altero exemplo, quod ad me miserat doctissimus vir Ignatius Maria Como Neapolitanus, legebatur NAVARCHO ARCHIGII M BERNI: quod mihi crucem fixit. Ex isto aliquis sensus elucet. Scilicet Miseni fuerit *Gymnasium*, in quo Milites *Classis Prætoriæ Misenatis* luctabantur, ungebantur, lavabantur, aut naves ad prœlium instruebant. Ibi *Candidus* iste fuisse videtur *Archigymnastes*, hoc est Præfectus, idem ac *Gymnasiarchus*. Fortassis etiam legendum *Navarchus Archigymnasii Berni*, hoc est *Verni*. Videndum quoque, an Gymnasium in Navi situm esse potuerit, quum *Navarchus* hic appelletur.

1 *In incerto loco.*
Ex Donio.

D . M
T. AVRELI
CL. CERTI
CEMENELI
PR. LEG. XX. V. V
IVLIVS. SEVERVS
ET. AVRELIVS
SEMPRONIVS
H . F . C

Cimenelium, sive *Cimenelum* olim Civitas non longe a Nicæa, ad fines Italiæ & Provinciæ posita. Ejus ne ruinæ quidem supersunt.

4 *In Thermis Herculanis*
detectis in Dacia.
Ex Paschali Caryophilo.

HERCVLI. INVICTO. T. AV. GEMIN
IANVS. VET. LEGIONIS. XIII. GEM
ANTONINIANAE. EX. VOTO. POSVIT

5 *Romæ,*
in ædibus Alexandri Marchionis Capponii.
Misit Johannes Joseph Ramagginius.

D . M
T. AVR. IVCVNDO. EQ
SING. AVG. TVR. PERVIN
CIANAE. NAT. RAETVS
V. A. XXXII. MIL. A. XV. ET AVR
EPAGATHO LIB. EIVS
HEREDES FAC. CVR

7 *Ibidem,*
in Curia Innocentiana.
Ex Clariss. Viris Montfauconio, & Ficoronio.

D . M
T. AVRELIO. TITI. FILIO
AELIO. MVRSA. MAXIMO
SIGNIFERO. EQ. SING
IMP. N. TVR. AVREL. BITHI
NATIONE PANNONIO
MIL. ANN. XXII. VIX. AN. XL
FL. FIRMVS. EVOCATVS AVG
HERES. AMICO. OPTIMO
F . C

Mursa Pannoniæ Civitas *Aurelio* huic *Maximo* Patria fuit. Cum eâ jungendum est vocabulum AELIO, seu potius AELIA, ut ego scribendum opinor. Ea Civitas ab *Hadriano* condita dicitur Stephano. Quum igitur ex *Ælia* gente prodierit Hadrianus, ut omnes norunt: hinc *Mursæ* inditum cognomen *Æliæ*. Idem tamen Stephanus auctor est, *Mursium* neutrius generis reperiri.

2 *Romæ,*
in ædibus Marchionis de Maximis.
E schedis Ptolomeis.

D . M
T. AVR. DEXTRO
EQ. SING. AVG. TVR. AEL.
MAXIMI. NAT. DACVS
V. A. XXXVI. MIL. AN. XVI
P. AEL. MAXIMVS DEC. H.
ET TAVRVS DEXTER SECVNDVS
H . F . C

3 *Pisauri.*
Ex Donio.

T. AVRELIO FLAVIANO. P. P. LEG.
IIII. FLAVIAE. ITEM. PRAEPOSITO
VMBRIAE PICENI. ET. APVL. AVRELIVS
QVIETVS. ET. AVRELIVS AVDAX
PATRI DVLCISSIMO. ET CLAVDIA
QVIETA CONIVNX MARITO CVM
QVO ANNIS. XX. BENE. VIXIT

6 *Ibidem,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.

T. AVR. T. F. GENITIVO
DEC. EQV. SING. AVG. NAT
NORICVS VIX. AN. XXIX
MIL. ANN. X. AMICI
FACIEND. CVRAV

8 *Romæ,*
in Hortis Montaltinis.
E schedis Ptolomeis.

D . M
T. AVR. AFRICANO
EQ. SING. AVG. EX. TVR
GERMANI. NAT
RAETVS. VIX. ANN. XXIIII.
MIL. ANN. V. T. AVR.
FAVSTINIANVS
TRIBVNI. HERES
AMICO. OPTIMO. F. C

1. *Romæ, apud Angelum Colotium.*
Ex Ligorio.

ṢEX. AVTRONIVS SEX FIL
PALATINA. NIGER
LITICEN. LEGION
$\overline{\text{III}}$. PARTH
FECIT. OLL. XXX



Supra ad Inscriptionem *Marci Aurelii Cresti* offendimus alterum *Liticen*. Heic habes Litui ejusdem figuram.

3 *Romæ.*
in Curia Innocentiana.
Ex Montfauconio, & Ficoronio.

D M
T. AVR. PROBO. EQ. SING
AVG. TVR MARINI NAT
BATAVS V. A. XXIIX. MIL. A. XIIX
T. AVR. VERAX ET T. AVR. TACI
TVS $\overline{\text{H}}$. A . O . F . C .

Clarifs. Montfauconius figlas interpretatur: *Heroum Amico Optimo Faciundum Curavit*. Erunt etiam qui legent: *Heredes Amico* &c.

5 *Pisauri apud Episcopum Oliverium.*
Ex N. V. Hannibale de Abatib. Oliverio.

ATXENΘIω. PHIΛIω. DΥΛKICCIMω. E BE
NE MÈREΘI. ACΘIANTC. NAΘ. BINDEΛIKTC
DEKTRIω. CKTΘARIORTM. E. ETDωKIA. NIKE
ΠARENΘEC IN ΠAKE. TIKCIΘ. ANN. L. M. I

Ideſt:

Auxentio Filio dulcissimo & benemerenti Astianus natione Vindelicus Decurio Scutariorum, & Eudocia Nice Parentes in Pace. Vixit Annos L. Mens. I.

Christiano Adolescenti positus fuit hic titulus.

7 *Parmæ,*
apud Josephum Goldanigam.
E schedis meis.

Q. BAEBIVS. M. F.
POL. TR. MIL.
BIS

2 *Ex Donio.*



AVRELIVS.MVCIANVS
VETER.EX.N.SING.AVG
N.VIX.ANN.XXXXV
DOMO.THRACIA
IVLIVS VALENS Ȿ.LEG.HE
RES.AMICOET MVNICIP.
OPTIM.B.M.F.C.



4 *Spoleti.*
E schedis Severi Minervii.

L. AVSIDIO. PR.
MIL. COH. XI.
QVI. VIX.
ANNIS [illegible] M. X.
DIEBVS. VII.
L. AVSIDIVS COMPARATVS
PATER

6 *Romæ,*
in Via Appia, ad Portam Sancti Sebastiani.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS. MAN. SAC.
M. BAEBIO. M. F. FAB
PACCIENO. PRIMOP.
LEG. $\overline{\text{IIII}}$. AVG.
VIX. ANN. $\overline{\text{LXVI}}$. MEN. $\overline{\text{VII}}$. H. IX.
IN FRONTE. P. XI. IN. AGRO. P. XX.

1 *Florentiæ,*
in Museo Andreinio.
Ex Gorio.

D M
SEX. BAEBIO. STOLONI
QVI. VIX. DIEB. IIII. H. X.
C. BAEBIVS. HERMES. MIL. CL. PR. MIS.
ET. AVRELIA. PROBA. FIL. DVLCISS.

3 *Romæ,*
in Via Flaminia.
Ex Ligorio, ac Donio.

BESVLENAE
LASCIVAE
VIX. ANN. XXX
L. BESVLENVS
TRIB. LEG. XXXVI
CONIVGI. PIISSIM
ET BESVLENO. PHI
LIPPO. FIL. DVL
FECIT. ET
SIBI

6 *Romæ,*
apud Franciscum Ficoronium.

M. BLOSSIO
Q. F. ANI. PVDENTI
7. LEG. V. MACEDONIC
DONIS. MILITARIBVS
DONATO. AB
IMP. VESPASIANO. AVG
TORQVIB. ARMILLIS
PHALERIS. CORONA AVREA
VIX. AN. XLIX. SANCTISSIME
ET. PROPE DIEM CONSVMMATIONIS
PRIMIPILI SVI DEBITVM
NATVRAE PERSOLVIT
M. BLOSSIVS. OLYMPICVS
PATRONO OPTIMO
FECIT. ITEM. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS
ET LIBERTABVS POSTERIS
QVE EORVM
LONG. P. XXXVI. LAT. P. XVII

Blosius iste *Prudens* fuit *Centurio Primipilus Legionis Quintæ Macedonicæ*, quo munere ceteris Legionis suæ Centurionibus præferebatur. Exacto tempore Primipilatus præmia is consequebatur, & Eques Romanus evadebat, aut Romanis Equitibus honore par censebatur. Verùm honorificâ laborum suorum remuneratione ne vix quidem gaudere is potuit, utpote morte præreptus *propediem consummationis Primilatus sui*.

2 *Caprulani,*
in viridario Episcopi.
E schedis Farnesiis.

BATOLAI DIONIS F. DE LIBVRN.
AVPEO. T. F. I. PAIVS VERTONIS F
DE MAREAE BICROTA. V. F
SIBI. ET. SVIS. LIB. LIBERTQ.

Liburnas fuisse Navium genus, tirones quoque norunt: Miles-ne, an Nauta in *Liburna*, cui vocabulum erat *Aupeo*, fuerit iste *Batolai filius Dionis*, quæri posset. An etiam Nauta seu Miles exstiterit *Pajus Vertonis filius*, alterius, ut puto Liburnæ, appellatæ *Demareæ Bicrota*, investigandum supererit. Ego ne novi quidem, quid *Caprulanum* sit, Civitas Episcopalis, ubi marmor exsistebat.

4 *Ibidem.*
Ex Ligorio.

D M
BESVLENO
PRIMIGENIO
VIX. AN. XI
MEN. VII. D. VIIII
L. BESVLENVS. SEX
FIL. CLV. PHILIPPVS
INTERAMNA
VMBR
TRIB. LEG. XXX. VLP.
FEC
IN. FRON. PEDES. IIII
IN. AGR. PEDES. VIIIS

Interamna Umbriæ, nunc *Terni*, patria fuit *Besuleno* huic *Philippo*, *Tribuno Legionis XXX. Ulpiæ*.

5 *Anxani in Frentanis.*
Misit Petrus Polidorus Abbas.

P. BLAVIVS L. F. P. N. ARN. SVBVLO
Q. VIR. EQVO. PVP. SIBI. SVISQVE
LIBERTIS. LIBERTABVSQ.
ET POSTERIS. ET HEREDIBVS

In secundâ linea PVP. pro PVB. ideft *Publico Equo* donatus.

7 *Celejæ*
ad Sancti Andreæ in sacello.
Ex P. Duellio Canonic. Regulari.

L. BRAETIVS
L. F. PVBL. VERON. VET. LEG. VIII. AVG.
AN. AET. LXX. V. H. SE. F. F
MAGIONA. VER. VIIII. AN. LXXV. H. SE. F. F

Patriâ Veronensis fuit *Bratius* iste Miles *Veteranus Legionis Octavæ Augustæ*.

1 *In Castello Monticelli*
in Via Appia.
E schedis Fratris Jucundi misit Gorius.

P. BRVTTIVS. P. F. VEL. GRATVS
DOMO AQVILEIA
7. COHORT. I. PRAET.

2 *Romæ.*
in Cœmeterio Sanctæ Agnetis.
Ex Boldetto.

BVLPAR VETERANVS EX PROCERIORIBVS
DANDON CONIVGI VIRGI. SVAE
FECIT IN PACE QVAE VIXIT
AN XL CVN EO AN XXIIII

Christianæ Feminæ posita fuit hæc Epigraphe. VIRGI. pro VIRGINIAE, quam scilicet Virginem duxerat. Ex hoc marmore discimus, fuisse olim corpus Veteranorum, sive Militum, quos *Proceriores* appellabant.

3 *Asisii,*
in Foro publico.
Misit P. Philippus Camerinius Camers, Presbyter Oratorii, & Alexander Flumineus.

CACO. L. F. SER
MATERNVS
ASISIO. MIL. COH. V. PR.
7. PROCVLI. MILITAV
ANN. XXXX

Asisium, illustris olim, nunc illustrior, Umbriæ Civitas, Militem hunc peperit.

4 *Arimini,*
sub Altari Sanctæ Mustiæ.
E schedis Farnesiis & Capponiis.

D . M
C. CADIAENO
AFRICANO FILIO
IVSTVS PATER
VETERANVS. COH
PRIMAE. VRBANAE
FECIT

5 *Tarracone.*
E schedis Farnesiis.

CAECILIO NACIDI FIL.
QVIR. PLACIDO PRAEF.
HONOR
TRIB. MIL

6 *Ticini,*
in sacra Æde della Vigna.
Misit P. D. Gaspar Beretta, *Benedictinus*, *V. Cl.*

D. M. CAECILI VALENTINI OPT. SPEI
LEG. XIII. CONS

Aliquid deesse suspicor, puta *Juvenis optimæ spei*. Ita in subsequenti lineâ CONS. aliquid poscit; neque enim Legionem ullam *Consularem* novimus, nisi mavis vocem illam interpretari CONSCRIPTI, ita ut *Legioni Tertiædecimæ* adscriptus fuerit *Cæcilius* iste *Valentinus*. At hoc peregrinum foret.

7 *In Civitate Erycis in Sicilia.*
Accepit a Clariss. Canonico Mongitore
Ignatius Maria Como Patricius Neapolita.

ΤΗ ΠΙΤΑΝΗ ΛΕΤΚΙΟΤ ΚΑΙΚΙΛΙΟΤ
ΛΕΤΚΙΟΤ ΤΙΟΤ ΜΕΤΕΛΛΟΤ ΚΡΑΤΟΤΝΤΟΣ
ΠΑΙΩΝ ΔΕΚΙΟΤ ΕΤΡΙΩΝ
ΣΕΓΕΣΤΑΙΟΣ ΧΙΛΙΑΡΧΕΑΣ

Idest:

Cohorti Leucii (seu *Lucii*) *Cæcilii*
Leucii (vel *Lucii*) *Filii Metelli Præfecti*
Pæon Decii (Filius) *Euryon*
Segestæus Tribunus.

Segesta olim Civitas Siciliæ.

8 *Cervignani,*
in agro Aquilejensi.
E schedis meis.

D ❦ M
Q. CAECILIO. Q. F.
MAECIA
MAXIMO. NEAPOLI
MIL. COH. VII. PR.
SINGVLARI. TRIBVNI

In exemplo, quód ad me misit doctissimus Vir Johannes Dominicus Bertolus Canonicus Aquilejensis, legi in ultimâ lineâ SINGVLARIS. Sed præferenda videtur schedarum mearum lectio. De *Singularibus* nempe Equitibus, sæpe memoratis in veteri militia, videndus Lipsius.

9 *Tuderti,*
in Villa Omnium Sanctorum,
extra Portam Viappianiam.
E schedis meis.

Q. CAECILIO
Q. F. ATTICO
TRIB. MIL
PRAEF. FRVMENT.

Frumento militibus distribuendo *Præfectus* fuit, ut opinor, *Cæcilius* iste *Atticus Tribunus Militum.*

1 *In agro Clivensi.*
E Boxhornio.

M. CAELIVS | M. CAELIVS
M. L. | M. L
PRIVATVS | THIAMINVS
M. CAELIO. T. F. LEM. BONO
LEG. XIIX. AN. LIII CIDIT
BELLO VARIANO OSSA INFERRE
LICEBIT. P. CAELIVS. T. F. LEM
FRATER FECIT

Variana clades, quam Octavio Augusto *pæne exitiabilem* fuisse scribit Suetonius Cap. 23. in ejus Vitâ, omnibus satis nota est. In eâ itaque clade, seu bello, interfectum occubuisse ex hoc marmore discimus *Marcum Cælium*, patriâ *Bononiensem*, ac Militem *Legionis Decimæ octavæ*.

4 *Ad Vicum* Torre di taglia,
in ponte, in Marsis.
Ex Phœbonio.

T. CAIO. T. F. POL
CRISPINO
DRVSI CAESARIS BENEFIC.
MILITAVIT. COH. VI. PR.
AN. XVIII. V. A. LXX.
HER. POSVER.
AL. Q.
IN FR. P. X. IN. A. P. XII

6 *Pisis,*
apud Nobiles de Tortis.
Ex Gorio.

D . M
AQ. CALP. RVSTICVS
EVOK. VIX. ANN. P. M
LX. CAL. PHOTINVS
LIB. PATRONO
M R T

Idest MERENTI. Fabrettus quoque hanc protulerat pag. 164. sed non satis accurate exscriptam. AQ. teste Gorio revera in marmore legitur. Suspicatur ille pro ADQVIESCIT. Non subscribo. Si Prænomen sit, sphalma marmorarii videtur.

8 *In Arce Belgradi.*
E schedis Franc. Justiniani
misit Comes Franc. Valvasonius.

L. CALPVRNI. TERTI
VETERAN. LEG. II. MIL
ANN. XII. VIX. ANN. XXX
L. CALPVRN AMORIO
TIVS. CONCITATVS
ARMATVRA
LEG. EIVSD

2 *Romæ,*
apud Ficoronium V. Cl.

D . M
C. CAENONIVS. CRESCENS
VETERANVS. AVG MIL. IN. COH. II. PR
ANNIS XX. FECIT ET. SIBI. ET AELIAE
IANVARIAE. CONIVGI PIENTISSIMAE
QVAE. VIXIT ANNIS. XXXIII M. VIIII. D. III. ET
C. IVNIAE. QVINTILLAE. FILIAE. QVAE. VIXIT
ANNIS. XIII. M. V. D. VIII. ET. LIB. POST. EORVM

3 *In Vico Ajelli, agri Aquilejensis.*
Misit Comes Franciscus Beretta *Utinensis.*

M. CAESIVS. Q. F
ANI. PRISCVS
VET. LEG. VIII. AVG
V. F. SIBI. ET. SVIS
CARCONIAE. M. F
PRISCAE. CONTVBER

5 *Romæ,*
apud Angelum Colotium.
Ex Ligorio.

DIIS. MANIBVS. SACRVM
L. CALPVRNIO. L. F. QVIR. SVCCESSINO
EQVITI FLORENTINO
V. ANN. LXXIIII. M. VI. D. VIIII.
H. MONVMENTI. VSVS. AQVAE
ET. LIBERTIS. EST. COMM. POSTERI
S. SVIS. H. M. H. E. N. S

Equiti Florentino. Rarissimum est Equites in Urbibus reperire.

7 *Apud Vicum Pisanum.*
E schedis meis.

D . M
L. CALPHVRNI. L. F. IBERI
QVI IN. TVRMA T. VDRES

Calpurnium, & numquam *Calphurnium* scripsisse veteres, sunt qui contendunt. Marmorum ocularis inspectio vera dirimendæ litis ratio est.

9 *Romæ, prope Portam Capenam.*
Ex Ligorio, ac Donio.

M. CALVENTIO. M. L. FOR
TVNATO. TANVS
MIL. COH. VI. PRAET. VIX
ANN. LXXIX. MENS. VIII
M. CALVENTIVS. ANASTA
SIVS. M. CALVENTIVS TY
DEVS. T. F. P

Tanus Civitas Cretæ olim fuit.

1 *Aquilejæ,*
olim in ædibus Canonicorum;
nunc Utini apud Comites Gorghios.
Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.

M. CALVENTIVS
T. F. LEM. BON
MIL. CHO. VIII. PR
MILIT. ANN. VII
VIXIT. ANN. XXIIX

2 *Romæ,*
in hortis Christophori Ubaldini.
E schedis Ptolomeis.

D . M
SEX. CAMPANIO
CLEMENTI. COR
PR. PR. VIX. ANN.
XXXI. M. II. D. XII.

COR. PR. PR. Ideſt *Corniculario Præfecti Prætorio.*

3 *Gratianopoli,*
in veteri Fratrum Minorum Conventu.
Ex Marchione Scipione Maffejo.

D M
T. CAMVL. L. F. LAVERTI
EMERITI LEG. III. GALLIC
HONESTA MISSIONE DO
NATI AB IMPER. ANTONINO
AVG. PIO. ET EX VOLVNTATE
IMP. HADRIANI AVG. TOR
QVIBVS ET ARMILLIS AVRE
IS SVFFRAGIO LEGIONIS
HONORATI CAMVLIA SOROR
EIVS ET PATEGORIA E
MERITA EIVS PATRONO OP
TIMO ET PIISSIMO

EMERITI, ideſt ſoluti Militiâ per *honeſtam miſſionem*. Ita per translationem *Emerita ejus* appellatur *Pategoria*, ideſt Libertate donata, ſive *Liberta*, uti *Patroni* nomen indicat.

4 *Matelicæ.*
E schedis meis.

P. CAMVRIO
OPTATO
P. CAMVRIVS I
MATILICIS. CIV
MILES. CHOR
MARCIA. IIII. PAT. P

Matilica Umbriæ Oppidum a Plinio & Frontino memoratur. Nunc *Matelica*. Hic *Matilicis* fortaſſe *Civis* appellatur.

5 *Neomagi.*
Ex Jacobo Tollio.

I . O . M
ET. GENIO
LOCI
C. CANDIDINIVS
SANCTVS. SIGN.
LEG. V. V.
PRO. SE. ET SVIS
L . M
N. TERTIO EAT

6 *Romæ,*
in Museo Kircheriano.
Misit P. D. Gabriel Maria Scarmagli.

D . M
CANDIDO VALENTINO EQVITI NVMERI
SING. NATION. PANN. IVL. FAVSTIANO
CASTRIS. PRIORIBVS TVRMA MAXIMI
STIP. XII. QVI. VIXIT. ANN. XXXII. ARRIVS
LATIANVS MIL. COH. IIII. PR. ET. FLAVIVS VI
TALIS MIL. COH. X. PR. HEREDES AMICO
BENE MERENTI MEMORIAM FECERVNT

7 *Salerni,*
in Sancti Benedicti.
Misit V. Nob. Franciscus Valletta Jurisconſ. Neapolita.

M. CANINIO. M. F. PO
TENTIAE PRISCINO
MIL. COH. VI. PR. 7. SA
TRI. VIX. ANN. XXXV.
MIL. ANN. XV
M. TVLLIVS SEVERVS
CONTVBERNALIS
HERES B. M. ET VALERIA
HELPIS CONIVGI CA
RISSIMO POSVERVNT

Niſi poſt POTENTIAE ſubſequeretur PRISCINO, certum foret, *Potentiam* oppidum fuiſſe Patriam *Caninii* iſtius Militis. At illud cognomen *Priſcino* rem turbat, niſi fortè pro *Priſcino* marmor haberet PICENI, aut PICENO, in qua Provincia numerabatur *Potentiâ*.

8 *In Capua veteri*
prope Villam Marchionis Corſinii.
Ex Matthæo Ægyptio V. Cl.

Q. CANVLEIVS
Q. F. LEG. VII. EVO
CAT. MORT. EST. ANN. NA.
XXXV. DONAT. TORQ. ARMIL.
PALER. CORON.
Q. CANVLEIVS
LEG. VII. OCCEIS. IN GALL.
ANNOR. NAT. XVII
DVO. FRATR
IEIS. MONVM. PAT. FEC

NA. in tertiâ lineâ, ideſt *Natus*. PALER. in quinctâ pro PHALERis. OCCEIS in ſeptimâ quodnam Oppidum fuerit in Gallia, edoceri cupio ab Eruditis Gallis. *Occiacum* ibi invenit Valerius, ſed ejuſmodi nomen ignotum fortaſſe fuit antiquis Romanis.

1 *Forolivii,*
in Sanctæ Claræ.
Ex Marchesio.

IO
C LINO
NAT. DAL
VIX. ANN. XXII.
MIL. ANN. III.
M. CARISIVS

2 *Neapoli,*
apud PP. Oratorii Philippini.
Misit N. V. Ignatius Maria Como.

D M
L. CARISIO BLAN
DO. MIL. EX. III. TRI
VMPHO. NAT. BESS.
VIX. ANN. XXXXVIII
MIL. ANN. XXV. CARI
SIA FORTVNATA PATRONO B. M

3 *Romæ,*
prope Sancti Laurentii in Via Tiburtina.
Ex Boldetto.

Q. CARISIO. PVDENTI
VETERANO. COH. XII. VRB. C.
EGNATI. MIL. AN. XXII. HIC
VIXIT. POS. MISSIONE. DIES
XV. ET. CARISIO. TAVRO. VIX
ANN. II. DIES. XXV. CARISIA
QVETILLA. PATRONO. ET. FI
LIO. BENE. MERENTI. POSVIT

Post honestam Missionem acceptam non ultra dies quindecim *Cærisius* iste *Pudens* vitam produxit.

4 *Ibidem,*
in horto Silvii Aromatarii.
E schedis Ambrosianis.

DIS MANIBVS
C. CASICIO. C. F. TERTIO
CLAVDIAE. CONCORDIAE.
MIL. COH. VII. PR. TVR. CELERIS
MIL. AN. XVII. VIX. AN. XXXVI.
FEC. C. CASICIVS. SEXTVS
FRATRI. B. M

Claudia Concordia Militi huic Patria fuit. Sed quænam hæc? *Concordiam* Venetiæ Civitatem, & *Nertobrigam*, in Hispania, cui cognomen *Concordiæ Juliæ* accessit, novimus. *Cellarius* priorem quoque cognomen *Juliæ* tulisse arbitratur. Minus recte, ut opinor. Veri mihi videtur similius, *Concordiam* Italicam Romanorum Coloniam, *Claudiæ* cognomine fuisse donatam.

5 *In Monte Casino.*
E schedis meis.

D . M . S
C. CASINIO FOR
TVNATO. MIL. COH
V. VIC. QVI. VIX
ANN. XXV. M. V

6 *Neapoli,*
in suburbano N. V. Januarii Mazzæ.
Miserunt doctiss. Viri
Ignatius Maria Como, & Franciscus Valletta.

D . M
M. CASIO. DIOGENI
VETER. NAT. CILIX. BIXIT
ANN. LXX. M. CASIVS
BITALIS. ET CASIA IANV
ARIA. PATRI DVLCISSIMO
P . M . E

7 *Romæ,*
Ex Donio.

C. CASPERI
VS. CLVENTI
NVS. SIGNIF.
LEG. X.
GEM.

Subtus visitur imago Aquilæ, quam videlicet pro Signo gestavere Romani.

8 *Ibidem,*
extra Portam Pertusam.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS. MANIBVS
CASSIAE. VERAE
CONIVGI
C. CASSIVS. C. F. VET
MODESTINVS
MIL. CLASS. MISENAT
FEC. SIBI. ET. S. P
IN FR. P. XIII. IN. AGR. P. XVII

Veturiæ Tribus mentionem habes heic in fine quartæ lineæ. Siglas S. P. in penultimâ lineâ interpretare *Suis Posteris*.

9 *Interamnæ,*
in horto Sancti Nicolai inter Portas.
E schedis meis, & ex Angelonio.

DIS. MANIB
CASSIANI
EVOCATI
AVG

1 *In Civitate Pennensi.*
Misit P. Pompejus Alexander Berti Lucensis.

A. CASSIO LEG. GEM
FELICIS. PRAEF. MI
LIT. COS. M. SOLLIVS
ATTICVS. FRATRI
PIISSIMO

Quei sit locus heic tribus iis literis COS. ideſt CONSVLIS, non intelligo. *Legio Gemina Felix* fuit *Septima*; quod in lapidibus minime conſuevit omitti. Animadverte etiam Fratres ex diverſa Gente.

2 *Bononiæ,*
in Villa Comitis Malvaſiæ.
Ex eodem.

D . M
C. CASSIVS
CASSIANO C
CASSIVS. ROMA
NVS. M. CONO. PR
ET CASSIA
VENVSTA MAT
FEC. F. C. ET SIBI
ET SVIS. V. A. IIII
D. LVII

Incuriâ marmorarii ſcriptum in ſecundâ lineâ CASSIVS pro CASSIO. In octavâ FEC. F. C. ſignificant *Fecerunt Filio Cariſſimo*. Heic etiam deſideratur numerus *Cohortis Prętorię*.

3 *Aquilejæ olim, nunc Utini,*
apud Comites Gorghios.
Miſit N. V. Comes Franciſcus Beretta Utinenſis.

L. CASSIVS
C. F. POL. PAR
MI. CHO. XII
V. ANN. XXVI
MI. ANN. VI
H . S . E

Lucio Caſſio huic *Parma* Civitas patria fuiſſe alicui videbitur. Sed illud MI. jungendum neutiquam eſt cum PAR. ſignificat enim *Miles*. Nihilo tamen ſecius ſatis eſt PAR. ad Militis hujus Patriam indicandam, quam *Parentium* Iſtriæ Civitatem, potius quam *Parmam*, opinor.

4 *Auguſtæ Taurinorum.*
Ex Guichenonio.

P. CASSIO. C. FIL
POL. VETER. LEG. XXI.
MODESTVS LIB. POSVIT
IN FR. P. XXX
IN. AGR. P. XLIII.

5 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre, Epiſcopo Hadrienſi.

CATALVS. CALLAEI. F.
NATIONE. SEQV.
EQV. ALA. SCVB. L
SESQVIPL. MILIT
ANNOS. XXII
H . S

Doctiſs. Johannes Dominicus Bertolus Canonicus Aquilejenſis in Collectione Marmorum Aquilejenſium legit in quartâ lineâ SESQVIPILI. Præter *Duplicarios* in Militia fuere *Seſquiplarii*, qui unam annonam & ſemis percipiebant. *Alæ Scubulorum* mentio eſt in Gruteriano lapide pag. 36. num. 9. Atque heic in tertiâ lineâ ſcriptum fuiſſe ſuſpicor SCVBVL. *Sequani* Galliæ Lugdunenſis Populi.

6 *Celejæ,*
prope Prætorium.
Ex P. Duellio Canonico Regulari.

CAVIAE. P. F. VIRVNAE. L. DINDIVS RES
PECTVS 7. LEG. XIII. GEMINAE. P. DIN
DIVS. SPERATVS 7. SPECINORVM. AVGVST

Quid ſit *Centurio Specinorum*, aliis inquirendum relinquo.

7 *Romæ,*
in ædibus Ludoviſiis.
E ſchedis Ptolomeis.

D . M
CECILIV
S AFRODI
SCVT. CEC
ILIO CORC
ONIO FRA
TRI VENEM
RENTI FECIT

Scutarius, ſive *Scutatus* hic fuit in Militia Sæculi a Christo nato Quarti.

8 *Sagunti.*
Ex V. Cl. Gregorio Majanſio Catholici Regis Bibl. Præf.

- - - - - CEREALI
- - - LEG. III. GALLICAE
- - - III. COHORTIS GALLICAE
CIVIVM ROMANORVM

9 *Maceratæ,*
apud Giardinios.
Ex Pompejo Compagnonio.

L. CERPINIO. T. F. VEL
PRI. PIL. ITER. PRAEF.
LEG. XXII. II. VIR. ITER.
QVINQ.
MVNICIPES

Velina Tribus, cujus meminit Livius Lib. 19. memoratur heic in primâ lineâ. *Cerpinius* iſte fuit *Primipilus iterum*, tum *Præfectus Legionis XXII.* ac *Duumvir iterum*, & *Quinquennalis*. In altero exemplo, quod mihi ſuppeditavit doctiſs. P. Philippus Camerinius, Presbyter Oratorii Camertis, legitur L. CRISPINIO, & infra QVINQVENN. Is hunc lapidem ponit *Firmi apud Victorios*.

1 *Romæ.*
Ex Donio.

D . M
C. CESENNIO. SE
NECCIONI. C. CHOR. II
PR. P. V. EXERCITATORI
EQVITVM. PR. FECIT. C. CE
SENNIVS. DIONYSIVS. LIVE
RTVS ET HERES
ENTECOTIC BRITY
ANIA

Cesennius iste *Seneccio* fuit *Centurio Cobortis Secundæ Prætoriæ Piæ Victricis*. Item *Exercitator Equitum Prætorianorum*, quos nempe ad pugnam, aliaque militaria spectacula instruebat. Exercitationes quippe campestres equorum, & armorum frequenti in usu penes Romanos fuere, ut ex Historia constat. *Equitum Pretorianorum* mentio occurrit in lapide Gruteriano pag. 1101. num. 4.

3 *Ibidem.*
apud Paulum Stati.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIIS MANIBVS
CLAVDIAE. VERECVN
DAE. CONIVGI. PIAE
L. CLAVDIVS. LATINVS
SPECVL. COH. VII. VRB
7. L. BALBINI. SERVILI
ANI. BEN. D. S. M

Fuit hic *Speculator Cobortis Septime Urbane*, & *Centurio Legionis Balbini Serviliani*. Speculatores autem apud Romanos nedum explorandi, & custodiæ causâ fuere habiti, sed & ut adversùs eos agerent, qui damnati erant legum judicio. Audi Senecam Lib. 1. de Ira: *Tum Centurio, qui supplicio preerat, condere gladium Speculatorem jubet*. Nec diversa prodit Julius Firmicus Lib. 8. Cap 26. scribens: *Speculatores faciet, qui nudato gladio bominum amputent cervices*. Atque hinc intelligimus, quid nomine *Speculatoris* veniat apud Evangelistam Marcum Cap. 6. qui narrans supplicium Johanni Baptistæ ab Herode juniori inrogatum ait: καὶ εὐθέως ἀποςείλας ὁ Βασιλεὺς Σπεκελάτωρα, Ideſt: *Et protinus misit Rex Speculatorem.*

6 *Tibure.*
Misit amicus Johannes Joseph Ramagginus.

CLAVDIO VERO
EVOK. FLAVIA VERA
MAT. ET CLAVDIVS
VERVS. FIL. BENE
MERENTI FECE
RVNT

Ideſt *Evocato*; qui nempe emeritis jam stipendiis rursus in militiam vocatus honestiore loco fuit habitus.

2 *Ibidem.*
E schedis P. Montfauconii, misit Bimardus.

CINTVSMIAE. AVRELIAE. DEF
AVREL. CINTVSMIVS. VETERAN
LEG. PRIM. ET. SEVERIA ANIMVLA
CONIVX VIVI SIBI ET FILIAE P

4 *Ibidem,*
in Museo Albano.

D . M
CLAVDIO CARO
MIL. COH. VIII
PR. STIP. XVII
VIXIT ANNIS
XXXVII.
HEREDES ET
CONTIRONES
BENEMERENTI
FECERVNT

STIP. XVII. ideſt *Stipendiorum Septemdecim*, quibus verbis signabantur anni in militia exacti, pro quorum numero stipendia, ac remunerationes assignabantur. Si Dioni credimus Lib. LV. statuta fuere sub Octavio Augusto pro Prætorianis post *stipendia sexdecim annorum*, drachmarum quinque millia, pro reliquis verò post *annos decem*, drachmarum tantummodo tria millia.

5 *Vindonissæ.*
Ex Wesselingio V. Cl.

CLAVDIO PIMNO
MEDICO LEG. XXI
CLAVDIAE QVIETAE EIVS
ATTICVS PATRONVS

Aut excidit, aut subintelligendum est *ejus Uxori*, sive *Colliberte*.

7 *Romæ,*
in borto Sancti Antonii.
Ex Ligorio, ac Donio.

D . M
TIB. CL. CANDIDI
MIL. COH. VII. PR.
7. ANT. IVSTI. XII
RVST. POTENS
H . F . C

8 *Romæ, apud Ursinos.*
E schedis N. V. Antonii Scotti Canonici Tarvisini.

TI. CLAVDIO FLACCI F.
DONIS TORQVIB. ARMILL. PHALER.
CORONA NAVALI BELLO DACICO DON.
L. FLACCVS INFELICISSIMVS PATER
FILIO DESIDERANTISSIMO. P.

1 *Neapoli,*
in Museo Valletta.
Ex Vignolio.

D . M
TI. CL. MARINVS
NONAGEN. CL. PR. MIS
ET AELIA. NICOLAI
CONIVX. EIVS. SIBI
LIBERTIS. LIBERTA
BVSQ. POSTERISQ. EOR
FECERVNT

Si *Nonagenarius* ætatem heic, uti videtur, respicit, mirum videatur, quei homo capularis aut Miles, aut Nauta versaretur in *Classe Prætoria Misenate*. Num *Nonagenarius* Officii nomen, quemadmodum *Centenarius*, & *Ducenarius* fuit? Is Nonaginta hominibus præfuisset. At nusquam ejusmodi muneris exemplum reperi.

2 *Romæ,*
in Vinea Scipionis Medici excellent.
Ex Ligorio.

D . M
TI. CLAVD. NERON
VIX. ANN. LXXXII
MENSIB. III. DIEB. XXII
PARENTI. PIENTISS
FECERVNT
M. CORNELIVS. TI. F
SATVRNINVS. 7.
LEG. II. AVG. ET
M. CORNELIVS. TI. F
IVLIANVS. FILI. PIISSIMI. ET
IVLIA. HIEROPHILA CONIVNX

A Romanorum moribus abhorrere videatur, *Tiberio Claudio* Patri binos fuisse Filios, qui non ex *Claudia*, sed ex *Cornelia* gente nomen sumserint. Attamen exempla prostant. Apud Gruterum pag. 727. num. 5. *M. Critonio Peculiari Parenti M. Luccejus Locuples* monumentum ponit. Item pag. 729. num. 9. *Sex. Ruberius Aristobulus Marco Fulvio Alexandro Patri* titulum dicat. Neque plura adfero. Id fortasse tribuendum adoptionibus.

3 *Ibidem,*
apud Nobb. Polinos.
Ex eodem.

D . M
Θ. TI. CLAVDIO. C. F
CLV. PRISCILLO
MIL. COH. XV. VOLVNT
MIL. ANN. XX
VIX. ANN. XLIIX
ET VISTINIVS. PIVS
SVO. VR. D.

Pro ET. in penultima linea scriptum fortasse T. Fuit hic *Miles Cohortis XV. Voluntariorum*. Horum mentio occurrit apud Suetonium in Vita Vitellii Cap. 15. ubi scribit, Augustum eumdem *delectum eâ conditione in Urbe* Româ egisse, *ut Voluntariis non modò missionem post victoriam, sed etiam Veteranorum, justæque militiæ commoda polliceretur*. Quid sit in postrema linea lapidis hujus illud VR. obscurum est. Mihi liceat interpretari SVO VETERANO. Completis enim Stipendiis annorum viginti, in ordinem Veteranorum Miles transferebatur.

4 *Ibidem,*
apud Mellinos.
Ex eodem.

D . M
TI. CLAVDIO. SECVNDO
MIL. COHR. XII. PRAET.
7. PHILIPPI. Q. MILIT
AN. XV. VIX. ANN
XXXX. M. VIII. D.
XVI
KARO CONTVBERNALI
PAT. SVO. FEC. TIRO. CAES
ET. SIBI. ET. SVIS. P. E

5 *Valentiæ.*
E schedis P. Cattanei.

D . M . S
L. COCCEIVS. ITALIC
P. ITALICI. COC. F. TR
LEG. I. CCE. DAP. LANCE
AMO PP PVG. ORP
H. S. E. ANAIS MATER
FORTISSIMO F. F

Erroribus scatet, culpâ, ut puto, descriptoris.

6 *Romæ,*
Misit N. V. Alexander Marchio Capponius.

M. COCCEIVS ROGATVS
CORNICVLARIVS
IVLI PROCVLI. TRIB
COH. X. VRB. EX VOTO. FEC

Cornicularii Tribunorum in aliis lapidibus occurrunt. Nondum innotuit, quale revera eorum munus fuerit. Beneficiarii & Scribæ Tribuni fuisse creduntur, aut honoris tantum causâ Corniculis donati.

1 *Brixiæ, in Sanctæ Juliæ.*
E schedis Cyriaci misit Abbas Compagnonius.

D M
L. CELI ARRIANI MEDICO
LEGIONIS II. ITALIC. QVI VIXIT
ANN. XXXVIIII. MENSES VII
SCRIBONIA FAVSTINA
CONIVGI KARISSIMO

Scribendum L. COELIO ARRIONI. Sed in lapidibus ipsis inusitata non sunt ejusmodi sphalmata.

3 *Neapoli,*
apud PP. Oratorii Philippini.
Misit Ignatius Maria Como.

D. M. C. COGITATI VA
LENTI. MANIP. IIII. DACIC
NATIO. PANN. MIL. ANN. II
VIXIT. ANNIS. XXV. NA
TALIS VICTOR ET VALERI
VS VELOX EX EAD. H. B. M

Idest *Tetrere*, sive Quadriremi, cui cognomen *Dacica*, seu *Dacicus*. Vide infra Inscriptionem *C. Julii Diodori*.

5 *Naronæ. E schedis Alexandri Marchionis Capponii.*

CONSTANTIO DEVOTVS
Q. FIRMIVS
C. F. ROMANVS
MIL. LEG. III. GALLICAE

6 *Atinæ. Ex Donio.*

CORNELIAE
LIVILLAE
VIX. ANN. XXX. M. IIII
M. CORNELIVS
M. F. AN. ANTHVS
PRAEF. CASTR
LEG. VI. VICTR
HEREDES
EX. TESTAMENT

Mancam dederat Gruterus pag. 1110. num. 11.

7 *In Collegio Romano Patrum Societatis Jesu.*
Misit P. Contuccius Contucci Museo Kircheriano Præfectus.

SAGITTI
MEMORIAE CORNE
LIAE MVSAE CLIENTI
CARISSIMAE. PIISSIMAE
FAEMINAE QVE VIXIT
ANN. VIII. M. VIIII. D
XVIIII. VERVS. EVOC. AVG

Vignolius quoque hanc edidit. Is habet in quinctâ lineâ FEMINAE.

2 *Augustæ Taurinorum,*
in Regia Scientiarum Academia.
Misit Comes Caissottus, Præses Senatus Taurin.

L. COELIVS. Q. F
MILES LEG. VIIII
SIGNIFER OB
VIRTVTES
PHALERIS
TORQVIBVS
ARMILLIS DON

4 *In agro Reatino.*
Ex Ligorio.
Misit etiam erudit. V. Antonius Antinorius Aquilanus.

D M
C. COMINIO. C. F. VETERANO MILITI
COH. V. T. MARTIALIS DEDVCTVS
REATE. AB. DIVO. VESPASIANO. VIX. A
XXX. C. COMINIVS. C. F. SECVNDVS
PATRI. BENEMERENTI. COMINIA. C
FILIA. FECIT

Antinorius legit COH. VII. 7. MARTIALIS. Et infra COMINIA. C. L. F. C. Habetur etiam hoc marmor in schedis Vallicellianis. Vitiatus heic mihi creditur numerus Annorum XXX. neque enim ætate ista in Veteranorum album referri quisquam consuevit. Proinde lego LXX.

8 *Bajis.*
Ex Boissardo P. Montfauconius.

D . M
CORN. CASTORIS
VETERANI
AMICITIAE PIGNVS
POSVIT ASA MONTVR
RANIVS MIL. COH. III
ADIVT
ET SIBI ET LABERIAE
PHAEDIMAE VXORI ET
PHAEDIMO LEMNO
FILIO
ET LIBERTIS LIBERT. Q
POST. Q. EORVM

9 *Neapoli,*
apud PP. Oratorii Philippini.
Misit Ignatius Maria Como.

DIIS MANIBVS
CORNELIO PRIS
CO VETERANO
DALMATAE COR
NELIA EVHODIA
PATRONO BENEMEREN
P . S

1 *Romæ, ad Portam Appiam. Ex Johanne Pierio Valeriano.*

C. CORNELIO. PRISCI. F.
HABENTI EQVVM
PVBLICVM

2 *Ibidem, Ex Malvasia.*

C. CORNELIVS
C. F. GALLVS
CORNVTVS
TRIB. MILIT

Num CORNVTVS irrepsit pro CARNVT. ideſt *Carnutenſis*?

3 *Mediolani. E ſchedis Franciſci Cicereji.*

V. F
CORNELIVS
T. F. OVF
SECVNDVS
VETER. LEG
XIIII. GEMIN.
SIBI. ET. T. CORNEL.
VICTORI. L. CORNELIO
MERCATORI FRATRI

4 *Romæ, in domo Pauli Horologii. Ex Ligorio, ac Donio. Et e ſchedis Fratris Jucundi.*

L. CORNELIO
FIRMIANO. Q. R. (ſic)
(ſic) AVIL. VETERANO
COH. III. PR.
MISSO. HONESTA
MISSIONI (ſic)
Q. V. A. XXXV. H
EX. TESTAMENT
IPSIVS
POSVERVNT

Donius legit in ſecundâ lineâ Q. F. ſed extra locum. In ſchedis Ambroſianis habetur FIRMANO. Q. R. AVLIA. Schedæ Fratris Jucundi legunt Q. R. AVILA. ponuntque hoc ipſum marmor *in domo Epiſcopi Sipontini*. Patria illius deſignari mihi creditur. Oppidum Cœleſyriæ fuit *Abila*. Si *Abula* Hiſpanica Civitas, nunc *Avila*, olim quoque nomen *Abilæ* geſſiſſet, tunc interpretari liceret *Quæſtori Reipublicæ Avil.*

5 *In* Petronell *ad Danubium. E Comite Marſilio.*

L. CORNELIVS
L. F. FIRMVS
TERENTINA. AREL
ATE. MIL. LEG. XV.
APOL. AN. XXX
STIP. X. H. S. E
C. VIBIVS. C. F. MIL
LEG. XV. APOL
B . M . P

Animadverte heic, nomen Tribus *Terentinæ* extra locum ſuum præter morem, poſitum fuiſſe.

6 *Cæſenæ in S. Mariæ in Monte. Miſit P. Ginanni Prior Benedictinus.*

D M
P. CRASSINIO. MARTINO
MILITI. COHOR. III.
PRAETORIAE
S. T. P
SEXTILIA. SIMPLICIA
ARTIMISIA. COIVX
INCOMPERABILIS
COIVGI. SVO. KARIS
SIMO. DOLENS. POSVIT

Conferendum eſt exemplum iſtud cum Gruteriano pag. DXXXIX. 5.

7 *In Oppido Sancti Blaſii in Lucania. Miſit Franciſcus Valletta Nob. J. C. Neapolita.*

T. CRISPILLO. MIL
LEG. XVII. VIX. A. LX
M. IV. D. XXI. MIL
A. XLII. C. RESTIVS
CONT. L. M. P

8 *Neapoli, in ſuburbano Januarii Mazzæ N. V. Miſit Ignatius Maria Como.*

D . M
CVLRATIO VMBRO
NI. PVLHRI III. ATILINO
NATIONE CILIX. VIXIT
ANNIS. XXXV. MILITAVIT
ANNIS XIII. C. ANTONIVS
SATVRNINVS III. [illegible] NONRI
S . . O . M

In ſecundâ lineâ pro PVLHRI. legendum arbitror MANIPVLARIS, ideſt Miles in *Triere* ſeu Triremi, cui vocabulum *Atilino*. Fortaſſe tamen vitium eſt in voce *Atilino*. Mihi etiam ſuſpicio inſedit, vitiatam eſſe vocem NONRI in penultima lineâ. In fine legi poteſt *Sodali Optimo Monumentum* poſuit.

1 *Cyzici,*
in marmore,
in quo sculpta Navis
cum viro tenente clavum.
Misit Joseph Bimardus, Montis Seleuci Baro.

ΗΜΗΝ ΣΤΟΛΑΡΧΗϹ ΠΟΝΤΙΚΩΝ ΝΕΩΝ ΕΓΩ
ΘΞ ΗΡΗΤΜΟΙϹ ΠΤΕΡΤΞ ΙΝ ΗΓΑΙΜΕΝΟϹ
ΑΝΑϹΤΡΑΤΟΝ ΚΡΙϹΠΕΙΝΟϹ ΕΤΚΛΕΗϹ ΑΝΗΡ
ΡΑΒΕΝΝΑ Δ ΗΝ ΜΟΙ ΠΑΤΡΙϹ ΑΡΧΑΙΑ ΠΟΛΙϹ
ΕΓΝΩϹ ΤΙϹ ΗΜΗΝ [illegible] ΟϹ ΓΕΝΟϹ ΚΤΡΩ
ΛΟΙΠΟΝ ΦΤΛΑΣΣΟΤ ΜΗ ΤΙΝΑ ΕΝΘΗϹΙϹ ΤΑΦΩ
ΔΙΚΗΝ ΤΕ ΤΦΕΞΙϹ ΠΑΡΑΝΟΜΩϹ ΤΤΜΒΟΡΤΧΩ
ΦΙϹΚΩ ΤΕ ΔΩϹΙS ✱ Β ΚΑΙ ΤΗ ΠΟΛΕΙ ✱ Α

Ita vertit Bimardus.

Eram Præfectus Ponticis Navibus Ego,
Remigii Velocitate Inclytus,
Crispinus In Exercitu Celebris Vir.
Ravenna Autem Erat Mihi Patria, Antiqua Urbs.
Nosti Quis Fuerim, Et Unde Mihi Genus.
Ceterum Cave, Ne Quemquam Tumulo Inferas:
Sepulcri Enim Violati Reus Eris,
Et Fisco Denariorum Duo Millia, Et Mille Civitati pendes.

ΣΤΟΛΑΡΧΗϹ est ὁ Στόλȣ Ἄρχων, idest *Classis Imperator*. Et sane Cyzici fuisse videtur statio navium ad tutelam Pontici littoris. Secundus versus depravatus est; nescio enim quid significent duæ literæ ΘΞ &c. Bimardus tamen ad sensum se collineasse confidit. In versu quincto fortasse scriptum fuit ΚΑΙ ΤΙΝΟϹ ΓΕΝΟΤϹ ΚΤΡΩ In septimo legendum videtur ΤΤΜΒΟΡΤΚΤϹ, vel ΤΤΜΒΟΡΤΧΙΑϹ. Habes in quarto versu, *Ravennæ* Civitatis elogium a vetustate desumtum.

5 *Ibidem,*
in Archiepiscopio.
Exscripsit Dominicus Vandellius Mutinensis,
in patrio Lycæo Mathematices Professor.

D . M
L. DASIMI
VALENTIS
ARMOR. CVST. V̄
VIC. NAT. DELMATA
VIX. ANN. LIII.
MIL. ANN. XXIII.
IVL. SEVERINVS
HERES. EIVS. ET
SEVERA. VXOR
B . M . P . C.

V̄. VIC. *Pentere Victoriâ*, interpretor ego. Ideſt *Quinqueremi*. Vide supra Inscriptionem *Q. Arruntii Aquilæ*.

6 *Aquilejæ, in Sancti Syri. Misit Canonicus Bertoli.*

L. DECIMIO
SCAVAE
DERCEIONIS
F
MISSICIVS. EX
CLASSE. MONVS

De voce *Missicius* vide supra Inscriptionem *C. Atinii*.

2 *Romæ,*
penes Franciscum Mazzantum.
E schedis Ptolomeis.

DIS MANIBVS
CVLAI ERIMI VETER
EX. COH. V̅I̅I̅. PR. MILIT
AN. XVII. VIX. AN. XL
FECIT COMINAVS MAS
NVS AMICO BEREMEREN

Vadem me præstare nolo, quin heic in nomina & cognomina vitium aliquod irrepserit.

3 *Salonæ.*
Ex Johanne Lucio.

T. CVRTIACVS. T. F. LEM. BON
VET. LEG. VII. F. H. S. E. T. F. I

Hoc est *Lemonia* Tribu *Bononiensis*, *Veteranus Legionis Septimæ Felicis*, aut *Fidelis*, *Heic Situs est*. *Testamento Fieri Jussit*.

4 *Ravennæ,*
in Monasterio Classensi.
Misit P. D. Mariangelus Fiacchi,
Monachus Camaldulensis.

D . M
C. DASI
MIVS TITI
ANVS. N̄. DEL
MATA. V. AN
XXX. MIL. AN
VIIII. I̅I̅I̅. CAS
TORE M[illegible]

Ita quoque in aliis lapidibus DELMATA, non DALMATA legitur. Ubi in editis *Dalmata* occurrit, juvaret accuratius ipsa Marmora consulere; quippe merito opineris, corruptum fuisse nomen *Dalmata* ab eorum descriptoribus. Ita *Delmatius* Cæsar, non *Dalmatius*, scriptum videmus in antiquis Nummis.

7 *Aterni*
Lapis effossus Anno Ch. 1737.
Misit Petrus Polidorus V. Cl.

D . M
L. DIDIO RVBRO. L. F
MIL. CLASS. RAVENN.
SIMP. PR. NEPTVN
VIX. AN. XLII. MIL
AN. XIX
FABIA QVARTILLA COIVX
B . M . F

Ad interpretationem quartæ lineæ nihil aliud mihi legendum succurrit, nisi *Simplarius*, aut *Simplaris Prætoriæ Neptuni*, aut *Prætoria Neptuno*. *Duplicarii* quoque milites, sive *Duplarii* fuerunt, ad quorum discrimen alii appellati *Simplarii*, sive *Simplares*. A Vegetio Lib. 2. memorantur *Torquati Duplares, quibus torquis aureus solidus virtutis præmium fuit: quem qui meruisset, præter laudem interdum duas consequebatur annonas; Duplares duas, Simplares unam.*

1 *In Castro Larona, in Hispania. E schedis Farnesiis.*

C. DELLIO. M. F
POM. FLAVINO
VETERANO
LEG. VII. C. F. AN. LXI
DELLIVS FLAVO

2 *In Epiro ad Promontorium Neptuni. E schedis Barberinis Cyriaci. Misit N. V. Abbas Compagnonius.*

ΔΙΟΝΤCΙΟC ΠΡΩΤΑΡΧΟΤ ΩΔΕ ΠΑΡΑΓΕΝΟΜΕΝΟC
ΜΕΤΑ ΤΩΝ CΤΝCΤΡΑΤΙΩΤΩΝ ΨΙΛΟΤΑΙC
ΔΙΟΝΤCΙΟC ΜΕΙΔΩΡΟC ΚΑΙ ΠΟCΕΙΔΩΝΙΟC
ΚΑΙ ΔΙΟΝΤCΙΟC ΚΑΙ ΠΤΟΛΟΜΑΙΟC

Ideſt :

Dionysius Protarchi (filius) *Huc Adveniens Una Cum Suis Commilitonibus Denudatis, Dionysius, Midorus, Et Posidonius, Et Dionysius, Et Ptolomæus.*

3 *In Portu Romano Trajani. Ex Episcopo Hadriensi Philippo a Turre.*

C. DOMITIVS. POLLIO
PATER. VETER. AVGVSTI. EX
CLASSE. PRAETORIA. MISENAT
FECIT. SIBI. ET
DOMITIAE. SPEI. LIB. ET. CONIVG
LIBERTIS LIBERTABVS. POSTERIS
EORVM
HVIVS MONVMENTI. INTROEVNTIB
PARS. SINISTERIOR. AD. FAMILIAM. L S S
PERTIN
IN. FR. PED. XVI. IN. AGR. PED. XXXVIIII.

Siglas L S S. interpretor *Libertorum Suorum*. PATER appellatus mihi creditur, quod ei Filius ejusdem nominis foret.

4 *Emeritæ, in domo Fernandi Albani. E schedis meis.*

D . M . S
DOMITIO PAS
TORI VETERANO
LEG. SEPT. GEM
ANN. LXXXVI
VAL. VERNACLA
HOSPITI PIENTIS
SIMO FEC
H. S. E. S. T. T. L

5 *Ravennæ, in Basilica Classensi. Misit P. D. Mariangelus* Fiacchi *Monachus Camaldulensis.*

D . M
DOMITI. PRI
VETERAN
AB RO
PLICTA
N. SVR
ANNIS
OMITIVS
CIANVS
DOMITIVS
CVS. FILI
TONIA
A. CONI
PON
CVR

6 *Brixiæ, apud N. V. Julium Antonium Averoldum. Misit ipse.*

C. DOMITIVS DOCILIS
ET L. STATIVS SECVNDVS
FRATER. MIL. LEG. VI. V. S. L. M

7 *Fulginii in Palatio Gubernatoris. E schedis meis.*

CN. DOMITIO. SEX. F. VEL
AFRO. TITIO. MARCELLO. CVSINO
TITIALI PRAEF. ANNONAE
ADVERSVS GERMANOS DONATO AB
IMP. VESPASIANO. AVG. ET. T. CAES. AVG. F
CORONIS. MVRALI. VALLARI. AVREIS. HASTIS
PVRIS. III. VEXILLIS. II. ADLECTO. INTER
PATRICIOS. PRAETORI. TR. PL. QVAEST
PROPRAETORE. PROVINCIAE. AFRIC
TRIB. MIL. LEG. V. ALAVDAE. IIII. VIR.
VIARVM. CVRAND. PATRONO
D OPTIMO D

Gruterus pag. 403. num. 1. hanc ipſam exhibet, ſed mire diverſam ab iſtâ. Tu confer, & elige. Certe *Conſulis* iſtius, ut habet Gruterus, nulla eſt mentio in Faſtis, & antiquis monumentis. Iſque nuper *Adlectus inter Patricios* non tam facile cenſendus eſt ad Conſulatum evectus. Occurrit tamen ad Annum Ch. 104. *Marcellus Conſul*, cui an quidquam rei ſit cum iſto, ignotum mihi eſt. Utcumque res proceſſerit, Gruterus habet in ſecundâ lineâ MARCELLO CVRINO LVCANO. In aliis ſchedis eſt CVRVIO. Præferendam tamen lectionem mearum ſchedarum opinor, quod *Titialem* exſtitiſſe cenſeo hunc eumdem Marcellum, Sodalicio nempe *Titialium* adſcriptum. Novimus enim *Titios*, qui idem ſententiâ meâ ſunt ac *Titiales*, ita fuiſſe nuncupatos, ut ſcribit Varro, ſcilicet ab *Titiis* avibus, quas in auguriis obſervare conſueverunt veteres. Alii a prænomine Tatii Sabinorum Regis dictos malunt. Unde, ſi credimus Feſto, Romæ fuit quoque *Titienſis* Tribus, & Curia *Titia*, ſeu Titialis. Certe inter *Sodales Titios*, vel *Titiales* cooptari, honori ſibi duxit Galba Auguſtus, teſte Suetonio in ejus Vitâ Cap. 8. *ob res* cum *in Africa*, tum *in Germania* bene *geſtas*. De hac ipſa Inſcriptione ſermo recurret infra poſt Inſcriptionem *Tiptri CL.*

8 *Nemauſi. E ſchedis G. Guirani in Cæſarea Bibliotheca.*

C. DOMITIO PATERNI F. MILIT. LEG. XV	C. DOMITIO PATERNO	LAVRINO CELTI. F.

LAVRINVS CELTI F. HERES TESTAMENTO ROGATVS

Hanc doctiſſimus Bimardus ponit *Ucetiæ*.

1 *Arelate.*
Ex Marchione Maffejo.
Misit etiam Bimardus Montis Seleuci Baro.

D L. DOMIT. DOMITIANI
EX TRIERARCH. CLASS. GERM
PECOCCEIA VALENTINA
CONIVGI PIENTISSIM M

Trierarchus, *Trieri*, five *Triremi Præfectus*. Nulla mihi in aliis lapidibus occurrit mentio *Classis Germanicæ*. Sed illius meminit Tacitus Histor. Lib. Primo, ubi commemorat *Julium Burdonem Germanicæ Classis Præfectum*. Statio huic erat in fluvio Rheno. Altera tamen Classis in *Danubio* nota nobis est ex eodem Tacito. Pro PECOCCEIA, uti habet Maffejus, legendum est P. F. COCCEIA, uti me per literas monuit accuratissimus Bimardus, qui lapidem scrutatus fuit. Fuit igitur *Domitius* iste *Domitianus ex Trierarchis Classis Germanicæ Piæ Fidelis*, vel *Felicis*.

2 *Romæ*,
in Janiculo.
Ex Donio.

D . M
T. DOMITIO
CRESCENT
STAT. PR. 7.
SERENI. HE
B. M. F. C. M.
AN. VI. VIX.
AN. XXX.

STAT. PR. 7. ideft *Statori Prætorii*, feu *Prætorio Centuriâ Sereni*. Ita appellati inter Prætorianos, qui peculiari aliquâ ratione ftabant ad cuftodiam Auguftorum. Hic *militavit Annos fex*, *vixitque Annos triginta*.

3 *Venetiis*,
apud Dominos Allegrios.
Ex Ephemeridibus Italicis Literatorum.

D. M. T. DOMI
TI. GRACILIS
NA. DELM
VIX. AN. L
MIL. AN. XIII
III. PADO
HEREDES
L. PLETORIVS
BASSVS. ET
L. MVRRANIVS
CVPER. B. M. P.

Domitius iste *Gracilis* fuit *Natione Delmata*, militavitque in *Triere Pado*.

4 *Romæ*,
in domo Caroli Aftalli.
Ex Ligorio, *& fchedis Ambrofianis.*

D . M
DVBITATIO. ATTICO
MIL. CHO. V. PR. 7. SATVR
FECERVN. HEREDES
BENEMERENTI

CHO. pro COH. ut in aliis lapidibus, ex marmorariorum infcitiâ. Hic fuit *Miles Cohortis Quintæ Prætorii in Centuria Saturi*.

5 *In Anglia.*
E Tranfactionibus Philofophicis Anglicis.

L. DVCCIVS
L. VOLT. RVFI
NVS. VIEN
SIGNIF. LEG. VIII
AN. XXIIX
H . S . E

Legendum in fecundâ lineâ L. F. VOLT. ideft *Lucii Filius*, Tribu *Voltiniâ*. In tertiâ VIEN. hoc eft *Vienna* Allobrogum, quæ militem hunc genuit.

6 *Metis.*
Ex P. Montfauconio.

D M
M. DVRONICI
BIXIT AN. IVL
M. VI. D. XXIV
MIL. AN. XX

IVL. pro LVI

7 *Ibidem.*
Ex Mauriffo.

D . M
CN. EBVTIVS
CN. F. STOLO
ORPHITVS
PR. LEG. VI
ADIVT

8 *In agro Tudertino.*
juxta fluvium Arnatam.
Ex Donio.

C. EDVSIVS. SEX. F. CLV
NATVS. MEVANIAE
CENTVRIO. LEGION. XXXI
AVGVSTI. CAESARIS
ET CENTVRIO. CLASSICVS
EX TESTAMENTO

Apud Reinefium quoque occurrit *Centurio Classis Præt. Ravennatis*.

9 *Coræ.*
Ex P. Vulpio, *e Societate Jefu.*

D . M
C. EGNATIO FELICI MILITI COHOR. VRB.
MILITAVIT ANNIS XX
TRABIVS SERATVS ET MARSIVS FELICIANVS
HEREDES
AMICO OPTIMO BENEMERENTI
S . T . T . L

Defideratur numerus *Cohortis Urbanæ* hujus.

1 *Romæ, in Vinea Cæsarina. Ex Donio.*

D . M
T. EGNATIO
DECINIANO
FILIO. MILITI
VIX. ANN. XXVII
MENS. IIII. DIEB. VII

2 *Romæ, in ædibus Ludovisiis. E schedis Ptolomeis.*

ELA APOLLINART
MIL. COH. I. PR. TVR
SER. MANSVE
TIANI. VIXIT
ANN

3 *Extra Bononiam. in Monasterio Cruciferorum. E schedis Capponiis.*

ENTICOL. Q. F. C. B. PRIM. PIL. PRAEF.
EQ. IIVIR. I. D. PIL. III. TRIB. MIL. PRAEF.
FABR. VIN. Q. POTESTICVS. DE. P. S. P

Sunt heic vitia quædam. In prima lineâ siglas C. B. interpretor *Consulis*, aut *Consulum Beneficiarius*. In secundâ PIL. III. Hæsit Lipsius; veri tamen simile duxit, fuisse olim præter *Primum*, etiam *Secundum*, ac *Tertium Pilum*. Illius conjecturam firmare videtur hic lapis, nisi quod certi minime sumus de hujusmodi lectione. Jam *Primipilus* appellatus fuit *Enticola* iste. Cur heic *Tertius Pilus* nuncupari potuit, quum crescere, non decrescere illius honor debuerit? Quid ergo significabitur per ea PIL. III. Fortasse legendum AEDIL. III. idest *Ædilis Tertium*. Sequitur *Præfectus* FABRûm VIN. Quid sit VIN. prorsus me ignorare fateor. Num *Vinariorum*? *Vinarii* vocabulum, quod rarius apud Latinos Scriptores occurrit, eos, qui vinum vendebant, significabat. Hoc sensu *Vinarios*, & *Corpus Vinariorum* memoratos videas a Suetonio in Claudio Cap. 40. & Lampridio in Alexandro Augusto. Locus itaque fortasse designatur per illud VIN. Sed quisnam ille? Neque enim extra Italiam quærendus mihi creditur, neque *Vindelicos* huc accersendos reor. Num & heic vitium?

4 *In Hadriensi agro Anno 1738. effossa. Misit Octavius Bochius J. C. Nobilis Hadriensis.*





Ærea cassis est, sed tam exiguæ figuræ, ut alicui imagunculæ imposita videatur. Inscriptæ ibi literæ ΕΥΤΥΧΗΣ Ο ΦΟΙΩΝ, idest *Eutyches Pheon*.

5 *Bergomi, ad Sanctæ Theclæ. E schedis Cyriaci misit Abbas Compagnonius.*

M. ENNIVS L. L
VET. LEG. IIII. MED
SIBI ET
SVIS

Sive legas *Legionis IV. Medorum*, sive *Medico*, utraque lectio incommoda parit. Si *Veteranus* fuit *Ennius* iste, quei *Medicus*? Et nusquam Legio *Medorum* occurrit.

6 *Antemaduni Lingonum. Misit Bimardus V. Cl.*

FABIAE FORTVNATAE
ATTIVS TVTICANVS
A TRIBVNATV LEG. II. AVG.
CONIVGI VNIVS EXEMP

7 *In Hungaria. Ex eisdem schedis.*

D . M
FABIO MARCO
QVI. VIXIT. ANN. XLVIII
IVLIA EVTITIA
CONIVGI. DVLCISSIMO
F . C
LEG. T. A. P. F. VEXIL. TRES

Scriptum ibi censeo LEG. I. Hoc est: *Legionis Primæ Adjutricis Piæ Fidelis Vexillationes tres*. Aut *Legionis II. Primæ* &c.

8 *Prope Tibur. Misit doct. Vir Johannes Joseph Ramagginius.*

D
A. FABIO
PROCVLO
PRAEF. COH. I. DA
TRIB. MIL. LEG. II. AD
IVTRICIS FECIT
LVCCEIA. M. FILIA
NEPOTILLA
MARITO OPTIMO

1 *Aquilejæ olim,*
nunc Utini apud Comites Gorghios.
Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.

C. FABIVS
C. F. PVBLIL
VERONA
MILES. LEG
VIIII. HISP
H . S . E

Apud Fabrettum pag. 242. hanc habes vitiatam in numero Legionis.

2 *Extra Romam,*
in Sancti Pauli.
Ex Margarino.

D. M. Q. FABIO
FELICI. MIL. COH.
VIIII. PRAET.
C. LARISI. VIX.
ANN. XXXVI.
MILITAVIT. AN
FECERVNT. H.
B . M

C. Larisi, videlicet *Centuriâ Larisi.*

3 *Valeria in Hispania.*
vulgo Valera quemada.
Ex Donio, & ex schedis P. Cattanei Min. Observ.

Q. FAB. LIEGGIO
QVI MILITAVIT
COHORT. X. PRAET.
ANNIS XVIII. DEFV
NCTVS EST AN. LXXX
FABIVS VINDEX
AMICO OPTIMO
H . S . E
S . T . T . L

Donius legit in primâ lineâ Q. FABIO EGAEO.

4 *Nemausi,*
E schedis Guirani in Cæsarea Bibliotheca.

M
FABRICI
O. L. MONTANI
PRAEF. VIG. ET. ARM.
TRIB. MILIT.
I. CYRENIC.
TESTAM. FIERI IVSSIT

In altera Nemausensi apud Gruterum pag. 385. num. 6. occurret tibi *Præfectus Vigilum, &* ARM. ideſt *Armaturæ*, ſeu *Armamentario*. Cui videlicet *custodia Armorum* tradita fuerat.

6 *In Monte Silicis.*
agri Patavini,
Ex P. Salomonio.

T. FANNIO. C. F. ROM. CHORT
I. PRAET. FANNIA. T. L. FESTA
PATRONO. ET SIBI VIVA FECIT

CHORT. pro COHORT.

5 *Florentiæ,*
apud N. V. Carolum Strozzium.
Ex Gorio.

D ☧ M
L. FADI CORNVTI
TITI. MESSIANI
PRAEF. COH. V̄. EQ
SPANORVM. TRIB. MIL
LEG. V̄. MACED. H. AED
EX TESTAMENTO
L. FADI CORNVTI
PATRIS

Cohors V. equitata Spanorum (pro *Hispanorum*) nobis primum ex hoc marmore innoteſcit.

7 *Romæ,*
in Via Appia.
Ex Ligorio.

DIS. MAN
L. FANNIO. L. F. PAL
ARISCVLO
NEPHIRA
7. LEG. VII. CLAVD.
PRIMIPILO
LEG. XII. GEM. VIX
ANN. XLIX. MIL. A. XX
Q. FANNIVS. L. F. PAL
MARIVS SVFEN
F . . . C

Nephira, fortaſſe *Nepheris* oppidum non longe a Carthagine, memoratum a Strabone, Livio, & Appiano.

8 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

FELICISSIMVS MILES R. QVI HABVIT VXOREM
TECLAM IN PROVINCIA HISPANICA VIXIT
ANN. P. M. LXV. M. III. DEP. X. KAL
OCT. IN. P

Chriſtiani Militis titulus. *Miles Romanus* appellari videtur. *Provincia Hiſpanica* aliquid peregrini præfert. Hiſpania quippe in duas, aut tres Provincias diviſa fuit. In Gruteriano tamen Theſauro pag. 414. num. 8. *Provincia Hiſpanica* occurrit.

1 *Romæ, in Vinea Cardinalis Carpensis. Ex Ligorio.*

DIS. MANIB
C. FICTORIO. C F
VASCLARIO
FICTORIAE. PITHVSAE
MATRI
C. FICTORIO. C. F. ATTICO
7. LEG. III. GALLICAE
FRATRI VIX. AN. XXV
FICTORIA. C. F
ATTICILLA PARENTIBVS
SVIS FECIT

3 *Arimini, juxta Sancti Andreæ. E schedis Alexandri Marchionis Capponii.*

FLAVIO. T. F
QVI. MAXIMO
EQVO PVBLICO
ET TESTAMENTO

Scribendum EX TESTAMENTO.

4 *Aquilejæ, nunc in Villa* Cruccò. *Misit doctiss. V. Canonicus* Bertoli.

D . M
FLA. AVGVSTALIS
LEG. PRIIT. MOES. MILITA
VIT. ANNIS. V. MES. VI. DIE
XII. ORAS. IIII. VIXIT. ANNIS
XLI. MES. VII. DIE. XV. ORAS
IIII. ABVIT. CONIVGEM. C
ASTORINAM. ANNIS
VIII. MES. III. DIE. VI. ORAS
IIII. ET. FILIVM. STIRCORIVM
QVI. VIXIT. AN. III. MES. VII. D. I
ET. OR. VI. SVPRA. VIXIT. PATER
DIE. XLVII. POSVIT. TITOLVM
CAS. CON. P. CA. SVO


In secundâ lineâ LEG. PRIIT. pro PRAET*oriæ Mœsiæ*. In postremâ lego: *Castorina Conjux Posuit Carissimo Suo.*

6 *Moguntiæ. E Browero.*

FL. MAXIMO MATERNO
VET. LEG. XXII. P. P. F MISSVS HONESTA
MISSIONE EX DVPLICARIO
T. FL. SABINVS ATTILIVS. VET. ET FL. IVLIVS
REGINVS MILES LEG. XXII
FRATRES ET HEREDES T. SIBI VIVI

Fl. Maximus iste *Maternus* fuit *Veteranus Legionis Vicesimæ Secundæ Primigeniæ Piæ Fidelis.*

2 *Aquilejæ. Misit N. V. Franciscus Comes Beretta Utinensis.*



C. FIRMIDIVS
C. F. AEM. RVFVS. SVESS
AVRVNCA. MIL. COH. VI
PR. MILIT. ANN. VII
L. POMPILIVS. L. F. VOL. CELEI
COMMILITO. TIT. D. S. P

Celeja, sive *Celleja*, nunc *Cilla*, celebris olim Romanorum Colonia in Norico. Vide Fabrettum pag. 104. *Suessa Aurunca* nota etiam apud veteres. Vide infra Inscriptionem M. Saturii.

5 *Forosempronii. Misit N. V. Johannes Baptista Lactantius, Præpositus Cathedralis Forosemproniensis.*

T. FLAVENNIO
PROBO
Q. FLAVENNIV
PVDENS
EVOC. AVG. ET
T. FLAVENNIVS. DEXTER
PATRI. BENE. MERENTI
POSVERVNT

7 *Romæ, in hortis Montaltinis. E schedis Ptolomeis.*

D . M
FLAVIO RESPECTO OP
TATIN. VARCIANO. VIXIT
ANN. XLV. DIEB. V. MIL. ANN
XXIII. POSVERVNT HEREDES
B. M. TITVLVM MARMOREVM
APVLEIVS SERENVS
SEVERINVS VI

1 *Ex Ruderibus Concordiæ.*
Misit Johannes Dominicus Bertoli
Canonicus Aquilejensis.

FL. VICTORI. DVCENARIO. PRINCIPI. STABVLI
DOMINICI. QVI. VIXIT. AN. LXXII. ET. MILI
TAVIT. SVB. AVGVSTO. ANNIS. XIII. AVR.
MAVRA. VXOR. CONIVGI. CARISS. QVOD
DEBVERAT. VIRGINIVS. VIRGINIAE. FILIAE
SVAE. FECISSET. MODO. VIRGINIA. FECIT. CVM
QVA. VIXIT. BENE. AN. XXXV. FECIT. ET. SIBI
SI QVIS. VOLVERIT. POST. OBITVM. NOSTR
IN. EO. LOCO. PONI. DABIT. IN. RE. PV. DE
NARIOR. FOLEX. SEXCENTOS

Ex Antonii Bellonii Schedis hausit hanc eruditiss Bertolus. Animadverte in quinctâ lineâ VIRGINIAE FILIAE. Ibi a sciolo quopiam additum reor *Filiæ* : neque enim is noverat, *Virginiæ* nomine designatas fuisse Uxores, atque idcirco animadvertens, Conjugi supra memoratæ nomen *Mauræ* fuisse, *Virginiam* subsequentem existimavit Filiam. Scribendum quoque pro *Fecisset* in subsequenti lineâ FECISSE. Si *Flavius* iste *Victor Ducenarius* in Militia fuit, ducentos milites in acie ducebat. Sed præter eos *Ducenarii* fuere inter Judices, in Scholis, aliisque Ministeriis. Nunc primùm emergit munus *Principis Stabuli Dominici*. Idem mihi creditur atque *Comes sacri Stabuli*, cujus est mentio in Codice Theodosiano. Ceterum Inscriptio hæc pertinet ad Sæculum a Christo nato Quartum, aut Quinctum. Quod etiam prodit mentio *Follium*, videlicet Nummorum, quorum nomen potissimùm post Constantinum Magnum invaluit. Heic tamen scriptum FOLEX pro FOLLES.

2 *Augustæ Taurinorum.*
Ex Guichenonio.

D. FLAVIO. M. F. PATRI
T. FLAVIO. D. F. SVPERO
MIL. COH. VIII. PAR.
IRTVLEIAE. Q. F.
CLEMENTI VXORI
FLAVIAE. D. F.
MODESTAE. F.
FLAVIVS. D. F.
POL. FRONTO
T. F. I.

Pro COH. VIII. PAR. scriberem PR. ut sit *Cohors Octava Prætoria.*

3 *Romæ.*
E Malvasia.

D. M. S
L. FLAVIO
SATVRNINO
MILITI. COH. PR. VI
VIX. ANN. XXIV. M. I
P. TITIVS PROCVLVS
FECIT PIENTISSIMO
ET FLAVIA SATVR
NINA FRATRI

4 *Ibidem,*
in Museo Albano.

D M
L. FLAVIO SECVNDO
MIL. COH. VII. PR.
ST. V. G. PROCI
T. VENNONIVS MAIOR
AMICO B. M. FECIT

In quartâ lineâ lego *Statori Quinctæ* C. (non verò G.) ideſt *Centuriæ Proci*, nisi sit Stipendiorum V.

5 *Ibidem,*
in vinea Comitum de Vecchiis.
Misit P. Scarmagli, *Monachus Benedictinus.*

D . M
T. FLAVI ERVIALI
PR. LEG. VIII. AVG.
M. SABIENIVS
LIVNA ET
L. FLAVIVS TERTIVS
ET C. MELLONIVS
SERENVS PR. LEG. XXII.
PR. H. F. C

ERVIALI in secunda linea fortasse pro EVRIALI.

6 *Ibidem,*
in vinea Manicolæ satellitis.
Ex Ligorio, & Malvasia.

DIS. MANIBVS
T. FLAVIO. T. F
PALATINA
MIL. COH. V. PR
7. AVRELI
BASSI
H. S. E
IN. F. P. III. IN. AGR. P. IIII.

7 *Ibidem,*
in Villa Mattei.
E schedis Ptolomeis.

D . M
T. FLAVIO. MA
CRINO EVOCA
TO. AVG. N. T. FLA
VIVS. EPAFROD
ITVS. LIBERTVS
PATRONO. BEN
E. MERENTI. F

2 *In Castello Gandulfo,*
lapis effossus Anno Christi 1736.
Misit Reverendiss. P. D. Didacus Revillas,
Abbas Hieronymianus.



DIIS. MANIBVS
T. FLAVIVS. QVIRINVS
EQ. SING. AVG. LECTVS
EX. EXERCITV. RAETICO
EX. ALA FLAVIA PINIDE
MILIARIA STIPENDIO
RVM. SEXS. VIXET. ANNIS
XXV. PVBLIVS CRESCENS
ET CLAVDIVS P IRNVS
HEREDES BENEMERENTI
POSVERVNT

Exesæ lineæ in quinctâ lineâ exhibuerunt PINIDE. Scriptum ibi puto PIA FIDEL.

5 *Romæ,*
apud Theobaldum della Molara.
Ex Ligorio.

DIIS MANIBVS
SACRVM (*sic*)
T. FLAVIVS VOT
SEXTINIVS. EQ.
LEG. XII. AVG. ET
T. FLAVIVS VOT
FRASINVS EQ. SI
NGVLORVM. A. FEC
SIBI. ET SVIS
LIBERTIS LIBER
TABVSQVE. SVIS
H. M. FIL. EORVM
N. S
IN. F. P. XV. IN. A. P. XXS

Frasinius iste fuit *Eques Singularis*, sive unus ex *Equitibus Singularibus Augusti*.

6 *Aquilæ. Ex Ligorio, & Malvasia.*

P. FONTEIVS. SEX. F. ARN.
SPENDIANVS
PR. FRVM. LEG. I. MINERVIAE
FEL
AQVIL. LEG. EIVSD. DD

Habemus heic *Præfectum Frumento*, aut *Frumentariis Legionis Primæ Minerviæ Felicis*; qui etiam *Aquilifer* (Italice *Alfiere*) fuit *Legionis ejusdem*.

3 *Romæ,*
in Via Lavicana.
Ex Ligorio, ac Donio.

D. M
T. FLAVIO. T. F. OCRIC.
VITVLEIO. MIL. VET.
VIX. AN. LXXIV.
M. IVNIVS. MAXIMVS
AMIC. B. M. F

In tertiâ lineâ Donius legit VITVLO. In secundâ lineâ OCRIC. interpretare OCRICVLANA, nempe Tribus, in quam adlectus exstitit hic Miles.

4 *In Villa Fractæ*
apud Nobb. Contarenos.
Misit N. V. Antonius Scotus Canon. Tarvis.

FL. VICTOR. VETERANVS
SIBI ET ZOSIMETI VXORI SVAE INC
OMPARABILI. CVM. QVA. RELIGIOSE
ET OMNI CASTETATE VICXIT VIV
VS DE PROPRIO SVO. FECIT. SI QVIS
HANC ARCAM POST OVITVM NO
STRVM VOLVERIT APERIRE INFE
RRE DEBET FISCO ✻ FOL SESCENT
OS

Ideſt *Denarios Folles sexcentos*, qui Constantini Magni ævo maxime in usu fuerunt.

7 *In Civitate Venafri.*
Misit Ignatius Maria Como, Nob. Neapolita.

SEX. FVLFENNIO. C. F. TER. SALVTARI
PRAEF. COHOR. IIII. GALL. EQVIT.
TRIB. MIL. COHOR. I. MIL. VINDELICOR.
PRAEF. ALAE. I. PANNONIORVM
CVRAT. KAL. COLONIAE. SVESSATINAE
CVRAT. TEMPLI. ET. ARCAE
VITRASIANAE. CALENORVM
FLAMINI. DIVI TRAIANI
IIVIR. Q. TER.
PATRONO COLONIAE

Egregia Inscriptio, quæ nobis prodit *Cobortem Quartam Gallorum Equitatam*, & *Primam Militum Vindelicorum*; *alamque primam Pannoniorum*. *Fulfennius* iste *Salutaris* fuit *Curator Kalendarii Coloniæ Suessatinæ*, nempe *Suessæ* Urbis Campaniæ, quæ *Colonia Julia Felix Classica Suessa* appellata fuit. *Suessanus* Populus alibi occurrit. Hinc discimus, *Suessatinum* fuisse etiam nuncupatum. Munus quoque gessit Fulfennius noster, *Curatoris Templi*, *& Arcæ Vitrasianæ Calenorum*. *Caleni* Cives oppidi *Cales*, non longe a Capua siti, quo deducta fuit Romanorum Colonia, testibus Livio & Paterculo. Ibi *Templum* erat, & *Arca*, ideſt Ærarium Populi, a Vitrasio quodam, ut opinor, institutum. Fuit hic etiam *Flamen Divi Trajani*. Demum processit *Duumvir Quinquennalis Tertium*, ut habemus in penultima lineâ marmoris hujus.

1 *Ravennæ,*
in Sancti Apollinaris Classensis.
E schedis Valeriis, & Capponiis.

C. FVLVI. SEVER.
SCRIB. III. VICT. N. VER.
VIXIT. ANN. XXXV.
MIL. ANN. XVII.
VOLCENIA SEVERA
ET. C. VOLCENIVS
TITV. H. P. C

Voces breviatas in secundâ lineâ sic interpretare: *Scribæ Trieris* (idest *Triremis*) *Victoriæ, Natione Veronensi.*

2 *Ibidem.*
Misit Dionysius Sancassanius, Medicus.

D. M
T. FVLVIVS. NEPO
V. AVG. NAT. BES.
VIX. AN. XXXXIIII
MIL. AN. XXIIII. L. CASS.
CORDV. H. P.
IN. F. P. VI. IN. A. P. V.

Miles hic in *Pentere*, sive Quinqueremi AVG*usta* (ita quippe legendum opinor) *natione Bessus*.

3 *In Vinea postrema Viæ Prænestinæ.*
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS. MANIBVS
FVRIO. PAVLLO. FVR. F
POPINIA (*sic*)
PAVLLINO
7. COH. IIX. LEG. XXVI
PIAE. FELIC. VIXIT
ANN. XLVIII
M. VI. D. VIII
H . S . E
FVRIVS PAVLLINVS
LIBER. PATRONO. F. C
IN. FRONTE. PEDES. VS
IN. AGRO. PEDES. VIIII. S

In tertiâ lineâ POPINIA significat Tribum. Audi Festum Pompejum: *Pupina Tribus ab agro Pupino.* Sed ex Lapide isto, & altero Gruteriano legendum videtur in textu Festi *Popinia.*

4 *Romæ,*
in Via Salaria.
Ex eisdem.

L. FOVRIO. L. F. POL
FOVRIANO
ORIVNDO. EPORED. IT
AL. MIL. VETERANO
CLASS. RAVEN. VIX.
AN. LXII. M. IIII.
H . S . E
IN. F. P. VI. IN. AG. P. X

Eporedia, nunc *Ivrea*, in subalpina regione.

5 *Formiis.*
Ex Ligorio.

DIIS. MANIBVS
L. FVRIVS. SEX. F. PAL
SEVERIANVS
NAT. FOR. VOC
MIL. COH. III. FAEGE
NIS. MIL. ANN. IX
VIX. ANN. LXIII.
H . S . E

Forum Voconii oppidum fuit Galliæ Narbonensis, cujus non semel mentio est inter Ciceronis Epistolas, & in Tabulis Peutingerianis. Non longe a Fluvio Argenteo situm fuit inter Massiliam & Antipolim. *Fægenis*, in marmore scriptum fuerit 7. FAEGENIS, idest *Centuriâ Fægenis*. Vide infra Inscriptionem *C. Pœtilii.*

6 *Venetiis.*
Ex Donio.

M. FVRIO. M. F
SATVRNINO
VETERANO
LEG. XIII. ET
M. FVRIO. SP. F. VER
NAE. PATRI. GRVTTIAE
MATRI. M. F. SECVN
DAE. VXORI. CERVO
NIAE. M. F. PRIMAE
MATRI. T. F. I. M
FVRIVS. M. F. SA
TVRNINVS

Quod heic geminæ *Matris* mentio occurrat, vix tolerandum videtur, & præcipue quod post MATRI in septimâ lineâ sequitur M. F.

7 *Extra Ravennam.*
E schedis Jacobi Valvasonii.
Misit Comes Franciscus Valvasonius.

D . M.
M. FVRNIVS. ALEXANDER
III. TRIVMPHO. NAT. GR
VIX. ANN. XLV. MEN. III
MIL. ANN. XXV
FVRNIA. DAPHNE. PATRONO. B. M
IDEM. ET. CONIVGI. P. C

1 *Aquilejæ,*
olim in Sancti Ægidii.
nunc Utini,
apud Comites Gorghios.
Misit Comes Franciscus Beretta *Utinensis.*

L. GAILON
IO. CORINII LIB
FIDELI
L. GAILONIO. L. F
IVSTINO MIL. LEG
II. ADIVTRIC. AVG
L. GAILONIO. L. F.
IVSTO. FRATRI
GAILONIAE. PRIM
LIBER

In exemplo Canonici Bertoli legitur CORIN. III. LIB. Scriptum ibi puto CORINTH. LIB.

2 *Romæ,*
penes Orpheum Bosellium sculptorem.
E schedis Ptolomeis.

D. M.
C. GALIONI
LATINO
CENTVRI
ONI FRA
TRI

3 *In Monte Silice,*
apud Capuccinos.
Ex Salomonio.

L. GALTIVS
SEX. F. ROM
LEG. XII. SIGNIF.

4 *Romæ,*
in domo Dominici Normanni.
E schedis Ambrosianis.

D . M
T. GAVDIENO. T. F. PLACIDO
MIL. COH. XII. VRB. 7. PROCLI
MIL. ANN. XX. VIX. ANN. XXXX
MEN. VII. FECER.
HERMES ET PECVLIARIS
PATRONO SVO B. M

5 *Veronæ,*
apud Comitem Moscardum.
E schedis meis.

GAVIA. C. F. RVLLA
VIVA SIBI FECIT
ET
M. VALERIO
CRISPINO FILIO
7. LEGIO. VII.

6 *Aquilejæ,*
in Sancti Pauli.
Ex eisdem.

Q. GAVIO. T. F. CLA
PEDONI
TR. MIL. A' POPVLO
PRAEF. FABR. PRAEF. EQ
OCTO. VI [illegible] C. F. P. Q. R.
PROC [illegible] VIRO
EX TESTAMENTO
T. RETIVS. T. F. QVI. BARBA. ET
Q. POMPEIVS. CN. F. SER
EX PECVNIA LEGATA
ROGATI. FECER

Tribunus Militum a Populo hic appellatur, quod nempe a Populo eo munere donatus fuerit. Id sane factum, vigente Romanorum Republica, ex Livio, Festo, & aliis habemus. Num sub Imperatoribus, incompertum est mihi.

7 *Minerbii,*
in agro Veronensi,
in Sancti Laurentii.
E schedis Valerii.

L. GELLIO. L. F
ROM. COHORT. II
NV. GELLIVS
FRATER

8 *Jaderæ. Ex Johanne Lucio.*

L. GEMINIO
C. F. TRO
MONTANO
PRAEF. CHO. I
SEBASTENORVM
P. AVFIDIVS POSTVMVS
AMICO

Debemus huic lapidi notitiam *Cohortis Primæ Sebastenorum*. TRO. in secundâ lineâ significat Tribum *Tromentinam*.

9 *In Via Portuensi, ad ripam Tiberis. Ex Donio.*

P. GENVCIVS. P. FIL. ARNIENSIS
LATINVS. MIL. COHOR.
X. RAP. C. A. PETREI. PRISCI
MIL. ANN. XVIII. VIX. AN. LXI.
A. GENVCIVS. A. F. AR. SEVERIAN
ET. SEX. GENVCIVS. PRISCVS
T . C . F
Q. FABIO. GENV
CIANO. EQ
GENVCIA PRI
SCA. F.

Heic nobis innotescit *Cohors Decima Rapax*, cui adscriptus fuit *Genucius* iste, uti & *Arniensi* Tribui, militavitque in *Centuria Auli Petrei Prisci*.

10 *In Civitate Castellana. Ex eodem.*

P. GLITIO. L. F. GALLO
TRIB. MILIT. LEGION.
PR. III. VIRO. CAPIT. OP
VEHEIS. P. Q. MAXIMILLA
AEGNATIA. CON O. S. P

In secundâ lineâ post LEGION. aliquid desiderari videtur, numerus nempe *Legionis Primigeniæ*, hoc est XXII. Fuit *Glitius* iste *Gallus Triumvir Capitalis*, qui jus dicebat hominibus tantummodo abjectæ conditionis. Idque in *Oppido Veheis*, sive *Vajis*, non longe ab Urbe.

1 *Prope Cliviam, in ædibus Principis Naſſaviæ. Ex Cupero V. Cl.*

I . O . M
T. GRANIVS
VICTORI
NVS
OPTIO. V. S. L
M

Optio heic mihi creditur Militare Officium, veluti *Optio Tribuni* &c.

2 *Neapoli, in ſuburbano Januarii Mazzæ. Miſit doctiſs. V. Ignatius Maria Como.*

D . M
HERENNIVS
MNEMON
BENEF. GENIALIS

GENIALIS, cujus fuit *Beneficiarius Herennius* iſte *Mnemon*, fuerit aut Tribunus, aut Prætor &c.

3 *Atripaldæ, in agro Avellinenſi. Miſit idem* Como.

PROCVLVS
XI. RAPACIS
P. HERENNIO
P. F. GAL. AVO
CENSORI

4 *Uxenti, in Principatu Tarentino. Miſit Petrus Polidorus, audiendis cauſſis Præfectus apud Eminentiſs. Cardin. Hannibalem Albanum.*

D . M
L. HETERIO. Q. F
DOMO COSSENNIA
CENT. LEG. GALBIANAE
QVI MILITAVIT ANN. XVI. M. X
IVL. ROSCIVS COMMILEX (*ſic*)
B . M . P

Scripſit ad me doctiſſimus Polidorus, *Coſſenniam* fuiſſe antiquam Civitatem Brutiorum. Ego nuſquam illius veſtigia apud veteres reperi. *Coſam* tantummodo, ſi tamen germanum eſt illius Urbis nomen, novi in Lucania, atque *Coſentiam* in Brutiis, ſi tamen & iſtius certum eſt nomen in antiquis monumentis.

5 *Prope Balmas in Comitatu Vindaſcenſi. Miſit N. V. Joſeph* Bimard de la Baſtie, *Montis Seleuci Baro.*

M. HIRTVLEIO
M. FIL. VOLT
ALBANO MILITI
COHORTIS PRAE

6 *Maderni, ſive Calvazeſti. in agro Brixiano. E ſchedis Farneſiis, & Capponiis.*

IAMVNO RVFI. ET
TERTVLLAE. STA
CASSI. BASSI. F. VXORI
QVARTION. SEXTO
MILITIBVS
LEG. XXI. RAPACIS
FILIIS. DEFVN
SVAVINI. L. FILII
V . F . C



Lapidem hunc inter Marmora Brixiana exhibuit quoque Rubeus, ſed mancum, & fortaſſe depravatiorem quam heic. Deſideratur apud eum QVARTIONI SEXTO. Pro BASSI. F. legitur FASIL. Et in calce SVAVINI F. FILI. V. F. Habes heic nomina exotica, aut Gallorum reliquias, aut e finitima Germania.

7 *Veſontione, lapis effoſſus Anno Chriſti* 1734. *Miſit Cl. V. Joſeph* de Bimard la Baſtie.

D . M . S
M. IETVLEIO
VICTORI
PRAEF. COH. VI
RALLORVM

Pro IETVLEIO ſuſpicatur eruditiſs. Bimardus legendum BETVLEIO, & GALLORVM pro RALLORVM: quod poſtremum certum mihi videtur.

8 *Romæ, in vinea Johannis Baptiſtæ Paſſamontis. Ex Ligorio.*

DIS. MANIBVS. ET
SOMNO. AETERNALI
M. INIO. M. F. SVC. INIANO
SVMONTIO. EXER. PVLL.
M. INIVS. SECVNDVS. INIA
NVS. EPICVR. FRATRI
B. M. PIO. SANCTISSIMO. ET
INIA FLORINA. CONIVGI
FIDELISSIMO. HER
FECERVNT

Inius iſte *Sumontius* fuit *Pullarius Exercitus*; hoc eſt, ut ſupra monui, Pullorum cuſtos ad capienda auſpicia & auguria: qua in re deliraſſe veteres Romanos notiſſimum eſt.

9 *Lugduni. Miſit Bimardus.*

D M
IOVINO VALE
RIONI. VET. EX. LEG
I. M. IVLIA. MA
TERNA. CONIVG
I. INCOMPARA
BILI. MEMORIAM
POSVIT. E. MEDIO
CRITATE SVA. ET. SVB
ASCIA. DEDICAVIT

Ideſt: *Legione I. Minerviâ.*

1 *Ticini.*
E Spelta.

IPONIANVS SECVNDVS. P. CESTIVS
PRISCVS DVCENIVS PROCERES NERVAE
TRAIANI. AVG. LEGION. I. TVRM
VI. TRIBVN. MILIT. LEGION. XXI

In istius marmoris Nominibus discordiam parit illud P. in primâ lineâ interpositum, nisi geminos Viros heic velis. In secundâ verò vitiatas voces DVCENIVS PROCERES arbitror, & legendum DVCENARIVS PROC. CAES. idest *Procurator Cæsaris* &c.

3 *Thermis in Sicilia.*
Ex Gualterio.

ΕΙΘΑΚΟΤΙΟ ... ΑΡΩΡΟΥ
ΧΑΙΡΕ
ΧΙΛΙΑΡΧΗΣ Α ... ΤΚΙ
ΜΝΗΜΗΣ ΕΝΕΚΕΝ

Idest:

Itachus Arori Filius
Salve
Tribunus Militum ....
Memoriæ Caussâ.

Diligentiori descriptore indigebat hic lapis.

6 *Antemaduni Lingonum.*
Misit Bimardus.

IVL ... TRIBVNVS
CELERVM

7 *Romæ,*
in domo Johannis de Pinea.
Ex Donio.

IVL. ATHENODORVS A MILITIIS
SE BIBO FECIT SIBI ET IVL. MAXIMINAE
CONIVGI ET IVL. ATHENODORO
FILIO. ET. LIBERTIS. LIBERTA
BVSQ. POSTERISQVE EORVM
EVSEBIORVM

A Militiis subintelligo *Missus*, sed prorsus insueta est ejusmodi formula.

9 *Cærleon in Magna Britannia.*
Misit Joseph Bimardus, Montis Seleuci Baro.

D. M. IVL. IVLIANVS
MIL. LEG. II. AVG. STIP
XVIII. ANNOR. XL
HIC. SITVS. EST
CVRA. AGENTE
AMANDA
CONIVGE

2 *In agro Sentinate.*
In clypeo rotundo.
Misit Eminentiss. Passioneus.



Parmæ Romanæ figuram heic habes, sive *Scutum Quincti Irraatovii*: si tamen postremæ lineæ satis accurate fuerunt descriptæ. Vegetius Lib. 2. Cap. 18. *Præterea*, inquit, *in adverso Scuto uniuscujusque Militis literis erat nomen adscriptum, addito, ex qua esset Coborte, quàve Centuriâ.* Fortasse pro OVII. scribendum C. VII.

4 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

D . M
IVLIA VICTORIA CONIVX
ET AVRELII. ZOSIMVS. DEMET
RIVS THEOCOLVS HEREDES M. AVR. Q. R. E
LEGIONE VI. FERRATA SECVNDVM

Siglas Q. R. E. interpretari possis *Quæstoris Reipublicæ Ex Legione* &c. Fuisse autem iste videtur *Quæstor Legionis Sextæ Ferratæ Secundum*; cujus muneris exemplum profert Gruterus. Sed quei R. se interierit? Præstaret, marmor sub oculis habere.

5 *Neapoli,*
apud PP. Oratorii Philippini.
Misit Ignatius Maria Como Nob. Neapolita.

D. M. IVLI ANTIOCHI
FABRI DVPLICIAR. NA
TIONE CILIX. VIXIT. ANN. LX.
MILIT. ANN. XXY. IVLIA
VLPIANAE PATRI B. M. F

Animadverte *Fabros Militares*.

8 *Ex Boissardo P. Montfauconius.*

IVL. ATIMETO
M. COH. VI. QVI
V. ANN. LXII. MIL. XXX.
L. VAL. FLORENS
KARO MVNICIPI F
ITEM TIMEO. M. COH
VI. F. Q. V. ANN. XL. ITEM
C. CAEIONIO PAETO
CONTVBERNALIB
KARIS. F
ET L. SARDICO.

1 *Senis, in Museo N. V. Hadriani Sani. Ex Gorio.*

IVLI. MARTIALI
OP. CHOR. IIII. PR
7. VALENIS Q. VIXI
ANN. XXXIII. HER
BENEMERENI

Julius iste *Martialis* fuit *Optio Cohortis Quartæ Prætoriæ, Centuriâ Valentis.*

2 *Romæ, Ex Malvasia.*

C. IVLIVS. C. IVLI FAB
AFRICANI EQVITIS ROMANI
LIBERTI. LIBERTVS
SVCCESSVS ET IVLIA HYGIA
CONLIBERTA EIVS FECERVNT SIBI
ET SVIS LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POS. EORVM

3 *Tridenti. Ex Donio.*

C. IVLIO
INGENVO
C. F
TRIB. LEG. III. ITAL.
TRIB. COH. VICTOR
INFANTI BENIGN
PLVRA. DE. SE
MERENTI

Et heic omnia confusa. Extra locum sunt siglæ C. F. post INGENVO. Si VICTOR est nomen, Cohortis cognomen desideratur; certe minime nota Cohors *Victoria*. Et quei *Tribunus Infans*?

4 *Romæ, in domo Pauli Pinii. E schedis Ambrosianis.*

D . M
IVL. NERO
MIL. COH. III. PR. 7. VICTORIS
VIX. AN. XXXVI. MIL. AN. XIII.
ORIVNDVS IN PANNONIA SVPERIORE
PEDE FAVSTINIANO. AVR. DARSIVS
ET. IVLIVS VALERIANVS HERE
D. B. M. F. C. R

5 *In altera parte ejusdem lapidis.*

D . M
O. LICINIANO QVI
I. M. V. VII. FECER. MEVI
VS. ET LICINIA EVTYCHIA
I. SVIS POSTERISQ. EOR
AGR. P. III. IN. FR. P. III

Pes Faustinianus, Pannoniæ superioris locus, nunc primùm ex hoc lapide innotescit, nisi quis nos certius doceat, quid eo nomine significetur.

6 *Aquilejæ. Ex Philippo a Turre, Episcopo Hadriensi.*

D . M
IVLIO. OPTATO
V . F
LEGIONIS. X.
GEMINAE
IVLIA. VIT
OPTATA
ANA
POSVIT

7 *Neapoli, in suburbano N. V. Januarii Mazzæ. Misit Ignatius Maria Como.*

IVLIVS POTENTINVS
7. SVPERSTES
MIL. COH. PRAET
TVSSIDIA BARBARA
FILIO BENEMERENTI
POSVERVNT

8 *Florentiæ apud Nobb. Donios. Ex Gorio.*

D . M
IVLIO QVARTO EQV
SING. TVR. NIGRINI
NAT. PANN. VIX. ANN
XXXII. MIL ANN. X
VALATONIVS SECVN
DINVS. ET. AVR. INPETRA
TA. COIVX. EIVS HERED
B . M F

9 *Romæ. Misit Ficoronius.*

D . M
IVLIO. PRAESENTI QVI VIX
ANNO VNO. MENSIBVS. XI
DIEBVS. XIX. FILIO. BENEMERE
NTI. IVLIVS. LVPERCIANVS
MIL. CLASS. PRAET. MISENAT
FILIO. DVLCISSIMO

10 *Aquis Sextiis. Ex Petro Saxio.*

T. IVLIVS TRIBVNVS MILITVM
LEG. VI. VICTRI. P. F. A. T.

1 *Calari*, *in Sancti Nicolai Neapolitanorum.* *Misit Joseph Dani Juris-Consultus Taurinensis.*

D . M
IVLIO. VENVSTO
MIL. COH. I. SARDO
MILITAVIT. AN
MENSIB. IIII
VIXIT. AN. XXXV
AVENAT
F . B . M

2 *Prope Cliviam.* *Ex Cupero V. Cl.*

C. IVLIO
APOLLINI
F. APAE
MISSICIO. EX
TESTAMENTO

Heic etiam *Missicius* significat Militem honestâ missione a militiâ dimissum, qui testamento sibi condendum tumulum hunc jusserat.

3 *Romæ*, *in ædibus Francisci de Aspra.* *Ex Ligorio, ac Donio.*

D . M
C. IVLIO. BENIGNO. PR
LEG. XIII. G. MILIT. ANN. XII
VIXIT. ANN. XXII
CVRA EGIT
M. VLP. FLAVS (*sic*)
LEG. EIVSD.
HERES. POSVIT

4 *Ancyræ.* *Ex Tournefortio misit Bimardus.*

D . M
C. IVLIO CANDIDO
PP. LEG. XVII. GEM.
HEREDES EX TES
TAMENTO FECE
RVNT

Dum vitio careant in secundâ lineâ duo PP. interpretatur doctissimus Bimardus *Primipilo*, aut *Præposito*. Adde & *Pro Præfecto*. Tum subdit, fuisse quidem non unam Legionem *Geminam*, sive *Gemellam*; & isto cognomine donatam *Decimam Septimam*, nusquam reperiri. Quare suspicatur, legendum LEG. XIIII. Optandum est, ut eruditus ille Vir Historiam Legionariam a se inchoatam ad umbilicum perducat, ut is mihi spem fecit.

5 *In* Martos *in Hispania*, *in Sanctæ Marthæ.* *E schedis Farnesiis.*

C. IVLIO. L. F. SER
SCAENAE DECVRIONI
EQ. CENTVRIONI
HASTATO PRIMO
LEG. IIII. II. VIR.
LAETA FILIA

Donius pag. 243. hanc referens, legit in primâ lineâ L. F. SE. & in secundâ DECVRIALI CENTVRIONI.

6 *Neapoli*, *in Museo Valletta.* *Ex Vignolio.*

D . M
C. IVLIO. DIODO
MIL. CLASS. PR. MIS
IIII. DACICO. NAT. B
VIX. ANN. XLV. MIL
TI. CLAVDIVS. PATE
SCRIBA. HERES

Navim *Tetrerem*, sive *Quadriremem* heic habes. cui *Dacicæ* nomen est. Neque enim ad Nationem *Dacicum* referas, quum subsequatur NAT. B. ... idest *Natione Besso*, aut *Batavo*. Vide supra Inscriptionem *C. Cogitati*.

7 *Romæ*, *apud Marchionem Capponium.* *Misit Johannes Joseph Ramagginius.*

DIS MAN
C. IVLI. C. F. CLA
FLORVS SAVARIA MILES
COH. VIIII. PR. 7. ARRVNT
MILIT. AN. XVII. VIXIT. AN. XXXVI
TEST. PONI IVSSIT ARBITR. M
ANTONI NIGRI HERED

8 *Formiis. Ex Ligorio.*

DIS. MANIBVS. SACR.
C. IVLIVS. C. F. VOL. FLORVS
ORIVND. VICO. VAR
MILES. COH. III. PR. ITEM
MILES. IN. LEGION. III. PAR
THIC. Q. MIL. AN. XI
VIX. ANN. XXXIIX. M. VI
D. XV. H. XIIII
T . F . I

Vicum Varronis, aut *Varianum*, nullus antiquorum memorat. Adhuc tamen *Vicovaro* est nomen Castello, supra Tibur in Sabina sito. Nomen sane Latinæ originis *Vicovaro* monet, ut ad illud Inscriptionem hanc referamus.

9 *In Anglia. Ex Transactionibus Philosophicis Anglicis.*

D M
C. IVL. FL
INGEN
MI. LEG
VIV. F

Scribe MIL. LEG. VI. V. F. idest *Miles Legionis Sextæ*, *Vivus Fecit*.

1 *In delubro Turcico prope Ephesi Chan. Ex Marchione Maffejo.*

HAEC ARCA C IVLI
HILARI TRIERARCHI
CLASSIS SYRIACAE
LIBVRNA GRYPI
ET DOMI TIAE
GRAPIAE VXORIS
EIVS CONIVGIS
CARISSIMAE

LIBVRNA, ideft Navi, cui nomen *Grypi*. Fortaffe nunc primùm *Claſſis Syriacæ* nomen emergit ex lapidibus. Veri videtur ſimile, navim hanc in ſtatione fuiſſe ad Antiochiam. Atque heic animadvertas velim, quàm facile vel magni viri labi poſſint, nedum ingenia minorum gentium. Reineſius ex Capacio Puteolanam Inſcriptionem refert Claſs. 8. num. 44. ubi legitur M. VALERIVS DEXTER LIB. NEPTVNIO. MANIPVLARIS. Longam diſputationem texit Reineſius, ut oſtendat, occurrere heic *Librarium Manipularem* ex *Neptunio* ſive *Neptunia* oppido Latinorum: quod tamen nemo Latinorum hoc nomine donavit. Mihi certum eſt, hominem illum *Manipularem* fuiſſe in *Liburnâ*, cui nomen erat *Neptunio*, & Reineſii eruditionem hac vice inutili conatu profuſam fuiſſe.

4 *In incerto loco, in Monaſterio Sancti Marcellini. E ſchedis meis.*

C. IVLIO
IVSTO
EVOC. AVGVSTOR.
C. IVLIVS BRVTTIANVS
LEG. VI. FERRAT.
FRATRI PIISSIMO

6 *Romæ, in Via Appia. Ex Donio.*

DIS. MANIBVS
C. IVLIO. C. F. PAL
MACRINO
MIL. COHOR
X. PRAET. 7. MARCELL
MILIT. ANN. XI
EX. TESTAMEN
C. IVLIVS. C. F. PAL
IVCVNDVS. C. F

6 *In Aregnano, in Sanctæ Anaſtaſiæ. E ſchedis Fratris Jucundi miſit Gorius.*

C. IVLIO. C. F. CLA. MONTANO
TR. MIL. LEG. V. MACEDONICAE
PRAEF. FABR. X. VIR. STLITIBVS
IVDICAND. QVAESTORI. DESTINATO
IVLIA. C. F. NOBILIS PATRI

Emendatior prodit iterum hic lapis, quàm apud Reineſium pag. 421.

2 *Romæ, in vinea Antonii Piſcivenduli. Ex Ligorio, ac Donio.*

DIS. MANIBVS
C. IVLIO. C. F. QVIR
IANVARIO
7. COH. IX. VRBAN
C. IVLIVS. C. F. VOL
IANVARIVS
MINOR
7. COHOR. VII. PRAET
FECIT. ET SIBI
ET. SVIS. LIBER
IN. FR. P. XIS. IN AG. P. XIIXS

Julius iſte *Januarius* major, fuit *Centurio Cohortis Nonæ Urbanæ*; alter verò *Minor* fuit *Centurio Cohortis Septimæ Prætoriæ*.

3 *Cærleon in magna Britannia. Ex* Veſſelingio.

D. M. IVLIVS IVLIANVS
MILES LEG. II. AVG. STIP
XVIII. ANNOR. XL
HIC. SITVS. EST
CVRA. AGENTE
AMANDA
CONIVGE

5 *In Vicque. Ex eiſdem.*

C. IVLIO GAL
LEPIDO IESSON
P. P. CENTVRI. LEG. X.
GEM. P. F. 7. LEG. I. ADIVT.
7. LEG. X. GEM. P. F
XX. V. V.

Jeſſona antiqua Civitas Hiſpaniæ Tarraconenſis in Catalonia.

7 *Veronæ, in Muſeo publico. Ex Marchione Maffejo.*

D. M
C. IVLIO. MAXIMO
VETERANO EX
NEOFYLACE
VIXSIT. ANNIS
LX. TVRRANIA
MAXIMA NEPOS
ET IVLIA FILETE
LIBERTA HEREDES
B. M. F

Ex Neofylace, hoc eſt, qui antea fuerat *Templi Cuſtos*, tum Militiæ addictus, *Veteranus* evaſerat, niſi heic cognomen alicujus Navis habeatur.

1 *Ænonæ,*
prope Castrum Carini.
Ex Johanne Lucio.

C. IVLIO. C. F
NRO. C. II. PRAE
LEG. VII. P. F
O. AGRIPPAE. P.
AVITA. MARITO
AGRIPP. I
PATRI

Mancam quidem, sed etiam oscitanter descripta: quod in Johanne Lucio non rarò deprehendas.

2 *Neapoli,*
in Museo Valletta.
Ex Vignolio.

D . M
C. IVLI. PONTICI
BRI. DVPL. CL. PR. MIS
NAT. PONTIC. VIXIT
ANN. XLIIII. MIL. ANN.
XXII. IVLIVS. PONTICVS
FILIVS. ET. ANTONIA. LA
TICHE. CONIVNX. H. B. M. P

Duplarius, sive *Duplicarius Classis Prætoriæ Missenatis* Miles hic fuit. Sed quid sit BRI. in secundâ lineâ, mihi omnino obscurum est. Num scribendum PRI; ut fuerit PRIMVS inter Duplicarios? Num *Brixiani*?

3 *Gallistei in Lusitania.*
Ex Donio.

C. IVLIVS. SEVERVS. VETERANVS
LEG. VI. VICTR. AN. LXI. IVLIA. DAVE
LIBERTA. EX. TESTAMENTO
F. C. H. S. E. S. T. T. L

4 *In agro Interamnæ,*
in villa Patrum Societatis Jesu.
Misit N. V. Ferdinandus de Vicecomitibus de Cittadinis.

C. IVLIO VIGILI EQ. SINGVLARI AVG TVR. C
LEPIDI II. HIC SITVS EST. VIX. ANNOS LXV
MIL. AN. XI. HER. EIVS GALLIENIVS
SEMILIBRA FAC. CVR

Julius iste *Vigil* fuit *Eques Singularis Augusti in Turma Gaji Lepidi Secundâ*, ut interpretor. *Gallienius* verò appellatur *Heres* ex *Semilibra*, quod alii dixerunt *ex Semisse*, sive dimidia parte assis hereditarii.

5 *Gallipoli,*
in Episcopio.
E schedis Farnesiis
misit P. Andreasius, e Societate Jesu.

L. IVLI. L. F. POL
IVLIANI. PRISCI
VET. SPECVL.
LEG. II. FVLM
V. A. LXXIV
H . S . E

Scriptum in quartâ lineâ fuerit LEG. XII. FVLM*inatricis*, in qua hic *Veteranus Speculator*.

6 *Ravennæ,*
in Archiepiscopio.
Exscripsit Dominicus Vandellius in Mutinensi Lycæo Professor Mathematices.

D . M
L. IVLIVS. SEVE
RINVS ARMIGE
RVS III. MARIN
N. DELMATINVS
MIL. AN. XVIII.
IVLIA. VXOR

Animadverte heic ARMIGERVS pro ARMIGER in *Triere Marina*, seu *Marino*, nomine, aut etiam si mavis *Marini*. Heic etiam habes DELMATINVS, qui aliis DELMATA.

7 *Flumii, nunc* Fiume, *in Carniola*
apud Minores Observantes.
Descripsit Canonicus Bertoli Aquilejensis.

C. IVLIO. C. F. SERG
CLEMENTI. MIL. COH. VIII
PR. 7. C. MARCI. GEMELINI
LIVIVS OBSEQVES. LIB
V . L

Si *Clementis* Libertus fuit *Obsequens* iste, non LIVIVS, sed C. IVLIVS scriptum fuisset.

8 *Romæ,*
apud Marchionem Capponium.
Misit Ramagginius.

D . M
C. IVLIO. C. F. VOL. SILVANO
DOMO. VIENNA. SPECVLATOR
MIL. AN. XIIX. V. A. LXV. IVLIA EGLOGE
PATRONO. B. M. FECI. ET. SIBI
ET SVIS. T. F. I. IN. F. P. VII. IN A. P. V

9 *In Via Nomentana ad Pontem.*
Ex Ligorio, ac Donio.

L. IVLIO. L. F.
POL
VALERIANO
VETER. CL. MIS. H
S. F. IVNIA. C. F.

Sub titulo visuntur gemini Galli tenentes Coronam, & in sinistro latere arma & instrumenta militaria.

1 *Romæ,*
in vinea Johannis Bancherii.
Ex Ligorio, & Malvasia.

DIS. MANIBVS. S.
M. IVLIVS. M. F. PAL.
DIONYSIVS. MIL
LEG. V. GEMINAE
NAT. THRAX. ORIVND.
FABRATERI. ITAL
FLAVIAE. TREPTENI
EECIT. ET. SIBI. ET
MEMORIAE. ERGA
MARIT. PIENTISS
ET. FILI. EORVM
DVLCISS
COMPARAVIT. H. M.
-SS- ∞ ∞ CIↃↃ. DEN
IN. FR. P. XVII. IN
AGRO. P. XXVII.

Apud Malvasiam legitur in sextâ lineâ FABATORI, sed revera legendum FABRATERI, Oppidum nempe Latii novi, & olim Colonia Romanorum. *Julius* iste *Dionysius* natus quidem in *Thracia* fuerat, sed ejus Majores *Fabrateriam* habuere patriam. In decimâ nisi antea legas in Nominativo FLAVIA TREPTENE, mihi videtur MARIT. PIENTISS. significare *Maritam Pientissimam*: quo nomine interdum donatæ fuere Uxores. In quartâ decimâ lineâ siglas numerales -SS- &c. interpretor *Sestertiûm duobus millibus, mille quingentis Denariis*: quo pretio Julius iste *Hoc Monumentum sibi comparavit*.

2 *Romæ.*
Ex Malvasia.

M. IVLIO. SEVERO. MIL
COHO. VII. VRB
CALPVRNIA. VOLRESA
MATER. F

3 *Romæ,*
in vinea Sanctæ Mariæ del Riposo.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS. MAN
M. IVLIO. M. F. VIVANIANO
EQVITI. SING. TVR. AMERI
NI. NAT. DELMATIAE. MIL
AN. XII. VIX. AN. INTEGER
INTEGR. LVIII. M. AVREL
IVS. VITALIS. ET. AVRELIA
VARIA. HERED. B. M. F
IN. FR. PED. IIX. IN. AGR. P. XS

Et heic habes *Delmatiam*, non verò *Dalmatiam*.

4 *Præneste.*
Ex Donio.

SEX. IVLIVS. SEX. F. POL. RVFVS
EVOCATVS. DIVI. AVGVSTI. PRAE
FECTVS. I. COHORTIS. CORSORVM
ET. CIVITATVM. BARBARIAE. IN
SARDINIA

Quid sint *Civitates Barbariæ in Sardinia*, vereor, ut quisquam nobis nunc indicare possit. Plinius Lib. 3. Cap. 7. *celeberrimos in Sardinia Populorum* appellat *Ilienses*, *Balaros*, *Corsos*. Num pro BARBARIAE scribendum heic LALARIAE? an apud Plinium pro *Balari* fuerit *Barbari*?

5 *Niciæ,*
in horto Ducali.
Ex Joffredo.

TI. IVLIO. VELL
ACONIS. FILI
CL. VIACO
MIL. CO. I. NAVT.
7. IIII. VIRIS
HERED. EX. TES. H. S

CL. VIACO, aut *Cluvia* Samnitum oppidum, aut *Claudia Viacum*, Vindelicorum locus, Patria *Julio* huic fuisse videtur. Sed sunt heic & alia depravata. Vide infra Inscriptionem *L. Nonii Quadrati*.

6 *Ibidem,*
in agro Cenemelesosi.
Ex eodem.

TI. IVLIO. T. IVLI. FR. MIL
DVPLIC. CO. I. NAVT
LIB. FAVSTO. PATRONVS

7 *Romæ,*
apud Ascanium Hadrianum.
Ex Ligorio.

D M
TI. IVLIVS
TI. F. MATERNVS
MIL. LEG. XIII. GEM
FRVM. MIL. ANN. XII.
VIX. ANN. XXXVI
H. L. M. F. S. L. F. S

8 *Romæ,*
in Sanctæ Praxedis.
E schedis Ambrosianis.

T. IVLI. N. RE
VIX. ANN. XXV.
M. AN. V. H.
FRA. TARSA. ET
ARSINVS. CON
ALARES. B. M

Fortasse *Natione Regiensis* in primâ lineâ, & in postremâ *Commanipulares*.

1 *Aſciburgii,*
ad ripam Rheni.
Ex Cupero V. Cl.

TIB. IVL. CAR
ETIS. F. SDEB. S
DAS. DOMO
TVRO. MISSI
CIVS. EX. COH.
SILAVCIENS.
IV. H. S. E. TIB. IVL
ANTVS. F. C.
ET PRIMIGENIA
LIB. EIVS. ANNO
III. H. S. E

Jam alibi monui, *Miſſicium* appellatum, qui honeſtâ miſſione dimiſſus fuerat a militia. Militi huic *Tyrus*, aut *Turonum* patria fuit. Obſcuras nimis fateare literas SDEB. S. DAS. Jacobus Tollius hæc juncta legit SDESBDAS. Nuſquam alibi, quod ſciam, occurrit mentio *Cohortis Silaucienſis Quartæ*. Neque enim heic locus videtur alicui ex Civitatibus, quibus *Seleucia* nomen fuit. Cuperus ſiglas H. S. E. exponendas credit, *Hoc Sibi Erexit*, vel *Hoc Sepulcrum Erexit*. Sed certum mihi eſt, germanam interpretationem eſſe *Heic Situs Eſt*. Hac enim formulâ extenſis literis multi Lapides utuntur.

2 *Romæ,*
in horto Dominici Capiſucchii.
Ex Ligorio.

D M
T. IVLIO C. F
PRISCO. VETERANO
AVG. FECIT
FVLLONIA. HELENE
CONIVGI. BENE
MERENTI

3 *Extra Romam,*
in hortis Juſtinianeis.
E ſchedis Ptolomeis.

L. IVNIO. L. F. GAL. AVRELIO
NERATIO GALLO FVLVIO
MACROCI FILIO
TRIBVNO MILITVM
LEG. XI. CL. PIAE. FELICIS
FVLVIA PRISCA. C. F

4 *Apud Oppidum Civitatis Lavaniæ,*
ad Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
Ex P. Vulpio, e Societate Jeſu.

L. IVNIVS. TIB. F. IVL. MIL. L. I
.... T. F. VSINIA MATER
FILIO PIENTISSIMO
ET SP. IVNIO EROTYLLO
FRATRI. EIVS
VSINIO ATIMETO ET S. I. M
IN HOC RELIGIOSO LOCO
ERGO SANCTVS POSITVS EST
NE QVIS VELIT
HVIC LOCO INIVRIAM FECISSE
IVSSA PER QVIETEM
NOCTIS VIS CAVIT

Siglas in ſextâ lineâ S. I. M. interpretatur Clariſs. P. Vulpius *Soſpitæ Junoni Magnæ; intra vel circa cujus Templum* poſitum Junii iſtius Sepulcrum. Hæreo ego, nam ab antiquorum ritibus abhorrent Sepulcra in Templis, vel circa Templa. Præterea *Junoni Soſpitæ*, non *Soſpitæ Junoni*, dicere mos fuit. Quum idem fateatur, *valde exeſas, & vetuſtate corruptas* ibi occurrere literas: conjecturæ locus ſupereſt, pro S. I. M. ſcriptum ibi fuiſſe SIBI, vel fortaſſe melius S. P. M. *Sibi Poſuit Monumentum*. Cetera etiam vitiis ſcatere mihi creduntur.

5 *Tarenti,*
in Sancti Cataldi.
Miſit Abbas Petrus Polidorus.

L. IVNIO. L. F. GAL.
MODERATO
COLVMELLAE. TRIB. MIL
LEG. VI. FERRATAE

Neſcio, an fortè ex hoc marmore Tarentinorum quiſquam exſculpſiſſe voluerit, *Columellam*, celebrem ſub Claudio Auguſto *Rei Ruſticæ* Scriptorem, Tarentinæ Urbis Civem fuiſſe, aut ibi ſaltem vitâ functum inveniſſe ſepulcrum. Certe Scriptor ille hoc eodem nomine & cognomine donatus fuit, ſcilicet *Lucius Junius Moderatus Columella*. Sed ſatis conſtat, Columellam Scriptorem Hiſpanum, & quidem Gaditanum fuiſſe; ita ut ſi quis Tarentinum ex hoc marmore voluiſſet, confictæ Inſcriptionis ſuſpicio oboriretur.

6 *Romæ, in Via Lavicana. Ex Ligorio.*

M. IVNIO. M. L. LANTANVSO
KADREMA. PROCVR.
DECVR. VII. DVPLICARIO
M. IVNIVS. M. L. ASTYLVS
OL. DD

Cadrema quinam locus fuerit, ſi tamen locus, ignoro: Fortaſſe Cognomen eſt.

7 *Ibidem,*
in Vinea quadam Viæ Appiæ.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS. M.
M. IVNIO. M. F. VOLVMNI
ANO CALAETHRAE. MIL
COH. VI. PR. 7. MACRINI. PII
MILIT. ANN. XVII. M. VII.
VIXIT ANN. LXV
M. IVNIVS. M. F. MERVLASTA
COMIT. LEG. PR. MINER.
T F

Donius in tertiâ lineâ legit CAELAETRAE. Oppidum Etruriæ olim *Caletra* fuit. Livius teſtis eſt Lib. 39. Cap. 55.

1 *Romæ,*
juxta Sanctæ Mariæ dell' Anima.
Ex Donio, & Gorio.

P. IVNIVS. P. F. PVBLILIA
ARVVSIVS
FERSVLIS. MIL
CENTVR. FABRICI
LEG. XI. CLAVD. P. F
MILITAVIT. ANN. IX
VIX. ANN. XLIX
M. VIII. D. XI
H . S . E
IN. FR. P. IIII. IN. AGR. P. IIX

Pro *Ferfulis* opinatur Clarifs. Gorius legendum FAESVLIS. Et fane apud veteres nulla *Ferfularum* mentio eft. At *Fæfulæ* celebris olim Civitas, Municipium, & Colonia Romanorum in Etruria fuit. Ligorius quoque hanc habet in fuis Collectaneis MStis, & legit: P. INIVS P. F. PVBLILIA (fcilicet Tribu) ARVASIVS &c. In quinctâ verò lineâ. P. FI. ideft *Pia Fidelis*.

3 *Ibidem,*
in Vinea Cardellorum.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIIS. MANIBVS
SEX. IVNIO. SEX. FIL.
TROM. LATINO
ADRVMETO
VIX. AN. LIII
M. VIII. D. III
A. VALERIVS. AVRELIANVS
MILES. TESSERARIVS
AMIC. PIENTISSIMO
FECIT

Donius habet in feptimâ lineâ VALERIANVS. *Adrumetum* celebris olim Africæ Civitas. *Tefferarii* in Militia non raro occurrunt. Ad mandata Ducum perferenda tefferæ adhibebantur, tefte Livio. A militibus, qui proximiores Duci erant, mandatum primo excipiebatur, quod fubinde per fucceffionem ad reliquos omnes perveniebat, five voce datum effet, five in pittacio fcriptum.

4 *In Gallæcia.*
E fchedis Farnefiis.

MATRI PATRI
TIB. IVNIVS
TIB. FIL. QVIR
QVADRATVS
DOMO ROMA
PRAEF. EQVIT. AL.
II. FL. HISP.
C. R

2 *Ibidem,*
in Vinea Cardinalis Eftenfis.
Ex Donio.

D . M
P. IVNI. M. F
HOR
NVMIDAE
TR. MIL. LEG. VI
VICTRICIS PATRIS
PIISSIMI

HOR. Nomen Tribus, cui adfcriptus erat *Junius* ifte *Numida*, fcilicet *Horatia*, cujus rariffima eft mentio.

5 *Ravennæ,*
in Sancti Spiritus.
E fchedis Ambrofianis.

D . M
T. IVNIVS
VERECVND
VS. III. AESCV
LAPIO. NATI.
DEL. VIXIT. AN.
XXXX. MIL. AN.
XXI. MADENA

Junius ifte *Verecundus*, *natione Delmata* militavit in *Triere* feu *Triremi*, cui vocabulum *Æfculapio*. Reinefius, vir certe ob lapidariam eruditionem fumme colendus, ex Urfato Patavinam hanc Infcriptionem adfert:

6 D M
P. MARIO. NI
GRO. CORVI
NA. NI. CON
VIX. AN. LXII
MIL. AN. XXV
III. AESCVLA
PIO ♡ ♡
ASCLEPIO
DOTI.....
II. COL. VC

Urfatus, deprehenfo heic nomine *Æfculapii*, excurrit in acta nemini non nota *Æfculapii*, quafi heic de ipfo Deo agatur. quum certiffimum fit, fermonem effe de Navi, five *Triere*, cui nomen *Æfculapius* inditum fuit. Tum cenfet, *Afclepium* cognomen fuiffe ipfius *Æfculapii*; quo nihil magis abfonum. Idem fuit *Afclepius*, & *Æfculapius*. Heic verò nullum habemus *Afclepium*, fed aut *Afclepiodotem* Conjugem, aut *Afclepiodotum* commilitonem *Marii* hujufce *Nigri*. Reinefius interpretatur CORVINA. NI. CONIVX. Tum addit: *Quæ poft verfum quintum leguntur, nondum quifquam obfervavit; Infcriptionem aliam conftituere, quæ pertineat ad Claffem de Diis*: hoc eft, quæ *Æfculapio* dicata fuerit. Sed & ipfe a vero longe receffit. Una eft, non duplex, Infcriptio; atque heic *Æfculapio* eft cognomen Trieris, non Deus, uti & in Marmore a me producto perfpicue conftat. Neque tam facile confentiendum eidem Reinefio legenti CORVINA NIGRI CONIVX. Ab ufu abhorret repetitio nominis *Nigri*. Et mihi fufpicio eft, Patriam Militis pro more iis verbis fignari. Stephano tefte olim *ad oftia Iftri oppidum* NICONIA exftitit. Num hæc Mario huic Nigro Patria, cui quidem cognomentum dederit Meffala *Corvinus*?

1 Romæ, in Museo Eminentiss. Cardinal. Alexandri Albani.

D M
IVSTIVS ERON
TINVS MIL. COH. VIIII
PR. C. SECVNDINI VIX. AN.
XXXIIII. MIL. AN. XII. NAT
NORICVS. VLPIVS MAXI
MIANVS
HERES B. M. F

2 In agro Aquilejensi. Ex Philippo a Turre Episcopo Hadriensi.

M. IVVENTIVS
M. F. CLA
OCLATVS. VET
COH. VIII. PRAET
T. F. I. SIBI

Donius hanc ponit *Tumesii*, & legit in secundâ lineâ CLA. OPTATVS. Scribendum erit *in Ecclesia Plebis supra Tulmetium*.

3 *Forojulii in Provincia. Ex Marchione Maffejo.*

KALAVIA. M
F. Ͻ. LEG. XII
HIC . SIT
SACRORVM

Kalavia nomen viri, qui *Centurio* fuit *Legionis Octavæ*. SACRORVM, fortassis excidit PATER, ut in Gruteriano lapide pag. 1102. num. 2.

4 *Florentiæ, apud Principem Corsinium. Ex Gorio.*

D . M
KALPVRNIA
EDISTE VIXIT
AN. XXV. MES
II. DIES XVI
IVVENALIS
SIVILIANVS
EQ. SING. CON
IVGI. BENEM
ERENTI. FE. OLL

5 *Romæ, in domo Caroli Astallii. E schedis Ambrosianis.*

D . M
Q. KANVLEI RVFI
SIGNIF. COH. XII. VRB.
FECIT
C. AFRANIVS. APOLLINARIS
CONTVBERNALI OPTIMO

6 *Hadriæ. Misit Octavius Bochius Jurisconf. Venetus.*

L. LABERIVS
CORNIC.

Cornicularios in militia non semel offendimus. Ex iis fortasse fuerit *Laberius* iste.

7 *Romæ, apud Marchionem Justinianum. Ex Donio.*

D . M
L. LAELI. VICTORIS
MILITIS. COH. XIIII
VRB. ORBIA. RHODOPE
HERES CONIVGI
BENEMERENTI
POSVIT

8 *Veronæ, apud Comitem Moscardium. E schedis meis.*

M. LAELIVS
LAELIANVS
VET. COH. VII. PR
SIBI. ET
AIAE
PROCLAE
V. F. I

9 *Vicentiæ. Ex Marzario, ac Donio.*

M. LAEVIVS. M. F. MEN
PRAESENS
MIL. COH. XIV. VRB. SIBI ET
FONTEIAE. Ͻ. LIB
MODESTAE. MATRI
T. F. I
VIX. ANN. XXXV.
MILITAVIT. XVI.
LIBERTI. FACIVND.
CVR.

10 *Romæ, Ex Boissardo.*

D M
TI. LAMSARIO
MARCELLINO
MIL. COH. X
VRB

11 *Ragusi, apud Marinum Bondulam. Ex Donio.*

LARTIDIA. RECEPTA
C. LARTIDI. CRISPI
COH. VIII. VOLVNT. ANN
XXVIII. PATRONVS. POSVIT
H . S . E

Recepta, subintellige *Liberta C. Lartidi*.

1 *Nemausi.*
E schedis Guirani in Bibliotheca Cæsarea.

LATTIO. L. F. VOL
LVCANO
SIGNIFERO CENTVR.
TRIBVNO. COHORT. V.
INGENVORVM

Cohors Quincta Ingenuorum ex hoc Marmore primùm innotescit. Si quis pro LATTIO legere malit L. ATTIO, me minime contradicentem habebit.

2 *Ibidem,*
Ex eisdem.

AVG. LATTIVS LATTV
PRIMIPILARIS LIB
SIBI ET
RITO. V. F

3 *Tarvisii.*
Ex Burchelato.

LAVRENTIVS. MILES
DE. NVMERO. TARVISIANO

Tarvisinum horreum memoratur Cassiodorio. *Tarvisani* montes Plinio. Germanum Patronymi cum nomen fuisse videtur *Tarvisianus*. Certe *Tarvisium* Urbi in Venetia nomen fuit apud veteres. Paullus Diaconus, cum hoc lapide concors, *Episcopum Tarvisianum* commemoravit. Sed multa sunt in editis, quæ aliter ab antiquis efferebantur.

4 *In agro Florentino,*
Ex Gorio.

C. LAVSENNA. M. F.
SCA. PROCVLVS
FLORENTIA
MIL. COH. VIII
PR. 7. MAGI

5 *Ferrariæ,*
Ex Historia Ferrariensi.

L. LEPIDIVS. IVSTVS
VETERANVS. LEGIONIS. XXX
VLPIAE VICTRICIS
SEMPRONIVS
REDEMPTVS
HELLIVS. ET. HOMVLLA
MARCELLA
CONIVX. C. SS.

Postremas siglas legendo C. S. S. interpretor: *Communi Sepulcro Siti.*

6 *Azani in agro Veronensi,*
in Sancti Martini.
E schedis Farnesiis, & ex Fulvio Azzario.

C. LEPIDVS ℳ. F. REGIEN
LEG. XI. AVG. SIBI. ET
AEMILIAE CONIVGI CARISSIM
BENE MERITAE VIXIT ANN. XL.
MENSIB. V. DIEB. VII
VALE MIHI SOLATIVM

7 *Fulginii.*
Ex Fabio Pontano.

CN. LERIO. C. F.
FLACCO
TRIBVNO MIL. LEG. XIX
MVNICIPES ET INCOL

8 *Boarni,*
in agro Brixiano.
Ex Rubeo.

C. LEVCONIO. C. F. FAB
CILONI. VETER. LEG. XXI
ET. LEVCONIO FIRAIC
LEVCONIAE. C. F. PROCVLAE
ALLIA. L. F. SVAVIS
VIRO. FILIIS. SIBI

9 *Tibure.*
Ex Donio.

SEX. LIBERIO. SEX. F. CLAVDIA. APPVLINO
PRAEF. COH. VI. PRAET. CENTVR.
M. AVRELI. VERANI. ANN. XII. TRIB. LEG
VII. VICTRIC. DONAT. DONIS. MILITARIBVS. A. DIVO
SEVERO. PERTIN. AVG. ARAB. SARMAT.
MILITAVIT. ANN. XIX. VIXIT. ANN. XLV. MEN. VIII
Q. LIBERIVS. SEX. F. CLAVD. MACRIANVS
PATRI. RARISS. ET. INCOMPAR. EX. T.
IN. FRONTE. PED. XVI IN AGRO PED. XXV

Legio VI. non VII. *Victrix* appellata fuit. In secundâ lineâ CENTVR. mihi nihil aliud est, nisi *Centuriâ Marci Aureli Verani*. Si *Appulinus* iste *Miles* diceretur *Cohortis Sextæ Prætoriæ* in Centuria Verani, egregie sensus procederet. At is *Præfectus Cohortis* appellatur: quei ergo in *Centuriâ*? Idem foret, atque nunc Italice dicere: *Colonello nella Compagnia d'un tale.*

10 *In Promontorio Miseno. E schedis meis.*

III. LIBERO. PAT. MANP.
DARRVNTIVS. CLEMENS
NAT. ALEXANDRINVS
VIX. ANN. XL.
MILITAVIT. AN. XVIII
IVLIVS. AMMONIANVS
H . B . M . F

Pro DARRVNTIVS legendum censeo in secundâ lineâ D. ARRVNTIVS. Is militavit in *Triere Libero Patre Manipularius*. Nisi mavis MAN. P. quasi *Manipularius Præfecti*, uti supra vidisti in Inscriptione *Quincti Arruntii*.

1 *Romæ, in vinea Johannis Bancherii. Ex Ligorio, ac Donio.*

D LICINIAE FLORAE
SANCTISSIMAE M
FEMINAE
D. LICINIVS. D. FIL
(*sic*) TAMPHILVS. MIL
COH. XI. PRAET
FECIT. ET. SIBI

Donius habet PAMPHILVS.

2 *Ibidem, in domuncula Societatis* del Gonfalone. *E schedis Ambrosianis.*

D . M
LICINIAE LAIDIS
VXOR. KARISSIMAE
M. AVREL. SPERATVS
OPT. CL. PR. RAVEN
B . M . P

Fuit is *Optio in Classe Prætoriâ Ravennate.*

3 *In agro Calliensi lapis effossus Anno Christi 1736. in prædio Domini Francisci* Matthias. *Misit Lucas Antonius Gentilis.*

C. LIGVSTINIÓ
C. F. CLV. DISERTO
7. LEG. XX. VV
7. LEG. IIII. SCYTHÍCAE
ITEM. 7. LEG. XX. VV
EVOCATO. AVG
BENEF. PRAEF. PRAET
EVTYCHÉS. LIB
PATRONO. OPTIMO
OB MERITA
CVIVS. DEDICATIONE
DECVRIONIB. ET. PLEBEI
CRVSTVLVM. ET. MVLSVM
DEDIT

Habes heic *Centurionem Legionis XX. Valentis Victricis.* Animadverte etiam accentus.

4 *Romæ, in Foro Trajani, in ædibus Coritii. E schedis meis.*

D . M . S
LONGINI VICTORIS VET. AVG. N. QVI
VIXIT ANN. XXV. DIES XIII. MIL. ANN. XVIII.
DVPLARIVS ADIVTOR. SIGNORVM
NATVS PANNONIAE SVPERIORAE
FECIT LONGINIVS EVPREPES
LIBERTVS PATRONO BENEMERENTI ET
LIBERTIS LIBERTAB. POSTERISQ. EORVM
NE DE NOMINE EORVM EXEAT H. M. H. N
SEQVETVR SINE DOLO MALO EXTERVM



Si hic militavit *Annos Octodecim*, ergo emendandus numerus Annorum vitæ, & scribendum VIXIT ANN. XXXV. aut XLV. *Adjutor Signorum* in Militiâ Romanâ nunc primùm innotescit.

5 *Ravennæ, in Classensi Basilicâ, marmor effossum Anno Christi 1736. Misit doctiss. P. D. Mariangelus* Fiacchi, *Monachus Camaldulensis, Bibliothecarius Monasterii Classensis.*

D M
C. LONGIN
PVDES (*sic*)
VETERANVS
CLASS. PR. RAV
POSVIT. SIBI. ET
ALEXANDRIAE
SVAE

6 *Romæ, in vinea Baptistæ de Anagnia. Ex Ligorio, ac Donio.*

LVCAETIAE. DENTATAE
FILIAE. SVAE. PIISSIMAE
FECIT. P. LVCAETIVS
7. COH. VI. VIGIL. LOCVS
EMPTVS -S-S- XL. NVM.
SIBI. ET. SVIS. LIBE
RIS
HI M. H. E. N. S

Ibi sculpta imago Mulieris jacentis, & Coronam manu attollentis.

1 *Segoviæ,*
apud Portam Sancti Jacobi.
E schedis Farnesiis.

C. LVCCEIVS
MIL. LEG.
EIVS HERES
SVLP. MARTIOLA.
PERTVTORES COR
PVSCVL. EIVS
CARVM EMIT
REDANI

2 *Romæ,*
in vinea Francisci Donati.
Misit Ignatius Maria Como, Neapolit.

CN. F. C. LVCELLERI
MAXIMO CORNELIO
L. SINO
V. MACEDONICAE X. VIC
PROVINCIAE ACHAIAE

Ibidem,
apud Franciscum Mazzantum.
E schedis Ptolomeis.

D . M
LVCILIAE CANDI
DAE COIVGI BE
NE MERENTI QV
AE VIX. ANN. XVIII.
FECIT VETVRI
VS LVCIVS EQ
EX SINGG. AVG. N.

4 *Moguntiæ.*
Ex Browero.

D . M
A. L. ARVNCVLEIO
TRIBVNO. EQVITI RO
MANO HERENNIVS
NVS MIL. LEG. XXII

5 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardin. Alexandri Albani.

D . M
LVEIANO. L. F. VITA
LI VETERANO EX
PRAET. SOPICVS
CALLISTVS
H . B . M . F

Scriptum suspicari licet LVCIANO.

6 *Ravennæ,*
in Monasterio Classensi.
Misit P. D. Mariangelus Fiacchi.

MACER. NAT
BESSVS. VIX. AN
XL MIL. AN. XXV
N YLAX. IIII
FORTVNA
CAETRONIA
AFRODISIA
ET. CAETRONIA
FORTVNATA
PATRONO
B . M . P

In *Tetrere*, sive *Quadriremi Fortuna* Miles iste meruit. *Bessus* natione fuit. *Bessos* sæpe in militia invenimus, Thraces videlicet ad Hæmum montem positos, atque ex ferocitate magni factos.

7 *Vasti,*
in Sancti Nicolai.
Ex Donio.

OSSA. SITA
SEX. MAGRI
Q. F. ARN
SATVRNINI
7. LEG. I. MINER

Scriptum ibi videtur MACRI.

8 *Faventiæ, apud Marchionem Spadam.*
Misit Comes Franciscus Brembatus Bergomas.

D . M
P. MAECI. P. F
POL. PROCVLI
MIL. CHO. III. PR
ARCHITECT. AVG
C. MAECIVS
CRESCES (*sic*)
FRATRI PIENTISSIMO

1 *Emeritæ in Hispania.*
Ex Donio.

L. MAELONIVS. APER
VET. LEG. VI. VIC. P. F. AN
LXXI. MILITAVIT. B. COS
L. MAELONIVS. PRIMITIVVS
ET. MAELONIA. CAESIOLA
ET. MAELONIA. MALIA. LIB
PATRONO. PIISSIMO
D. S. F. H. S. E. S. T. T. L.

Melonius iste *Aper* fuit *Veteranus Legionis Sextæ Victricis Piæ Fidelis, Annorum LXXI. Militavit Beneficiarius Consulis.* Postremas siglas interpretare: *De Suo Fecerunt* &c.

2 *In Urbe Teatina.*
Misit P. Johannes Antonius de Sancta Anna, Clericus Regularis Scholarum Piarum.

D. M. S.
MAEVIAE SEVERINAE
COELIVS. TACITVS. VET
AVG. N. CONIVGI. DE
SE BENE MERENTI
P P

3 *Gemonæ in Foro Julii, in Sancti Spiritus.*
Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.

TI. MAGIO. CAECINIANO
TRIERARCHO. ET
ALSIAE. POSTVMAE. VXORI
NF. NS. NC

4 *Bajis.*
Ex P. Montfauconio.

MAGENA
MAGE MARI
V. F. SIBI ET
PRIMVLAE PRI
MI FI. ANN. V

Ibi Militis figura, hastam & clypeum tenentis.

5 *In oppido Clopitiva Comitatus* Hadzzeg *in Transilvania.*
Misit Apostolus Zeno.

D. M
MAMMIA. SECVN
DINA. VIX. AN. LII
AVRELIA. SATVR
NINA. VIX. AN
VIII
AVRELIN. GEMVS
MIL. LEG. XIII. G
ANTONIN
MATRI ET SO
RORI POSVIT

Militem heic habes *Legionis Decimæ tertiæ Geminæ Antonianæ, seu Antoninæ* P. Duellius in secunda linea habet MA IA &c. in septima verò INGENVS. Edidit & hanc Comes Marsilius, qui in secundâ lineâ legit MARIA: in tertiâ AN. LIII: in sextâ XVII: in octavâ LEG. VII. GEM. in nonâ ANTONINAE: in septimâ verò AVRELIVS . . . . GENVS.

6 *Romæ, apud Ficoronium.*
Misit ipse.

C. MANILI. C. F
GAL. HISPANI. MILITIS
COH. III. PR.

7 *Romæ, apud Nobiles* della Valle.
Ex Ligorio, ac Donio.

M. MANIO. M. F. CLAVD
NIGRIANO. VET.
MILIT. LEG. XXXV. VIC
H. F. C
M. TVLLIVS. MIL. LEG. III.
PART. FRAT. T. E. F. C.

8 *Mediolani, in propugnaculo Portæ Tonsæ.*
E schedis meis.

C. MANLIO
OYF. VET. LEG
VIII. AVG.
REPENTINVS

9 *Astigi, ad puteum extra Monasterium.*
Ex eisdem.

CN. MANLIVS. CN
FIL. PAVLLINVS
TRIB. COHORTIS PRAET
PRAEFECT. COHORTVM
II. VIR
PRAEFECTVS IVRE DIC.

10 *Romæ, in domo Simonis de Lentulis.*
E schedis Ambrosianis.

D. M
M. MANNI. FIRMI
MILIT. COHORTIS
X. VR. 7. CORNELIAN
BEN. MEREN. FECIT
CONIVGI B. M

Desideratur nomen uxoris titulum ponentis, nisi lateat in postremis literis B. M. quæ ob præcedens BENEMERENTI aliter explicandæ videntur. Ceterum fuit hic Miles *Cohortis Decimæ Urbanæ* in *Centuria Corneliani*.

1 *Prope Cliviam,*
in ædibus Principis Nassaviæ.
Ex Giberto Cupero.

MARCINVS SVR
CONIS F. BREVCVS
MIL. EX. COH. VII
BREVC. ANN. XXXV
STIP. XII. H. S. F

Scribe H. S. E. ideſt *Heic Situs Eſt*. Jam nos docuit Plinius, *Breucos* populum Pannoniæ fuiſſe. Inde prodiit & iſte Miles. *Cohortis Breucorum* in aliis lapidibus mentio occurrit.

2 *Ravennæ,*
in Beatæ Euphemiæ Sacrario,
Miſit P. D. Petrus Paulus Ginnani, *Prior Benedictinus.*

C. MARCIO. IVSTI. VET. EX. ADOPTIONE
NAT. DELMAT. CASTRI. DIANAE
V. ANN. LXX. MIL. XXV.
MARCIA. AGATHA. LIB. B. M. P. C.
IN. FR. P. XI. IN. A. P. XII.

Pro EX ADOPTIONE lego EX OPTIONE. Is nempe *Optio* in militia fuerat. Alibi dixi, Optionem fuiſſe, *quem Decurio, aut Centurio optabat ſibi rerum privatarum miniſtrum; quo facilius obiret publica officia*. Ita Paullus Diaconus in additamentis ad Feſtum. At ubi Vegetium Lib. 2. Cap. 7. audire velimus, *Optiones* ab optando appellati, *quod Tribunis ægritudine præpeditis, ii tamquam adoptati eorum atque Vicarii ſolent univerſa curare*. Ex hoc marmore in lucem prodit *Caſtrum Dianæ in Delmatia*, ignotum hactenus Eruditis.

3 *Extra Romam,*
in hortis Juſtinianeis.
E ſchedis Ptolomeis.

D . M
TI. MARCI. MAR
TINI. PR. LEG. I. M
IN. IVLIVS. AMA
NDVS. PR. LEG
XXX. V. V. H. F. C

In ſecundâ lineâ PR. LEG. I MIN. interpretor *Præfectus Legionis Primæ Minerviæ*. In poſtremâ memoratur *Legio Triceſima Valens* (niſi ſit *Ulpia*) *Victrix*. Siglas H. F. C. ſunt qui exponunt *Heroum* (ideſt Sepulcrum) *Faciendum Curavit*. Ego potius: *Heres Faciundum Curavit*. Vide in fine ſubſequentis marmoris.

4 *Auguſtæ Taurinorum.*
E Guichenonio.

MARIA. Q. F. QVARTA
TESTAMENTO FIERI IVSSIT SIBI ET
C. ALBIO. C. F. C. N. SEVERO
F. MILIT. LEG. ITALICAE ET
P. ALBIO. C. F. SECVNDO
P ALBIVS. SECVNDVS. F. IDEM
HERES FACIVNDVM CVRAVIT

Donius pag. 112. hanc retulit, ſed mancam. Immo & illi alteram plane diverſam ſubtexuit, quam ego tibi dedi.

5 *Romæ,*
in Muſeo Albano.

D
MARIVS FELI
CHOR. IIII. BIE
ET MINDIA RV
AVRE. SEBERO
LIBERTO BEN. MER.

Fortaſſe legendum heic in tertiâ lineâ BRE. ideſt *Breucorum*. in Theſauro Gruteriano *Cobors Quarta Breucorum* memoratur.

6 *Pariſiis.*
Ex Clariſs. Marchione Maffejo.

D M
ET QVIETI AETERNAE
MAXIMI CAL
VONIVS BELLI
VS MIL LEG XXII
ET LVTEA MATER
MAXIMO FIL
QVI VIXIT AN
NO. VNO. M. X. D
IIII. P. C. ET SVB
ASCIA DED

Clariſſimi Viri Bimardus & Abbas Oliva eamdem hanc Inſcriptionem Lugduni ponunt, & in prima linea ſub diverſis ſignis legunt ille D. M. hic vero D. M.

7 *Fani,*
Miſit N. V. Petrus Paulus Marcolini
Comes & Eques.

MAX. COS. I. COSSA
MARTIALIS CREMONAE
SASSIVS BONONIAE
VERRES VRBINI
MAXIMVS FANO FORTVNAE

Fragmentum videtur Tabulæ, in qua Militum aliquot nomina ſignata fuerint; quippe adſcribi eorum Patria conſuevit. Vitium habes in priore linea.

8 *Caſtulone in Hiſpania.*
Ex Donio.

Q. MARTIO. C. F. TRIB
LEG. VII. FEL. INVIC
ET. LEG. XII. GERM
LEGIONARII. BENEM.
P.

1 *Celejæ.*
Ex P. Duellio, Canonico Regulari.

I . O . M
MASCLINIVS
SVCCESSVS. BENEF. C. AN ƧISTI
AVSPICIS. PROC. AVG
V. S. L. M

Hic fuiſſe videtur *Beneficiarius Caji Angiſti Auſpicis Procuratoris Auguſti.*

3 *Romæ,*
apud Angelum Colotium.
Ex Ligorio.

SEX. MATRINIVS. SEX. F
CORNICVLARIVS
LEG. X. AVG
ANN. VIII. VIX. ANN
XXXVII. M. IIX
D . IX
H . S . E

5 *Neapoli,*
apud PP. Oratorii Philippini.
Miſit N. V. Ignatius Maria Como.

D . M
MEMIAE NE
REIDI. VER. STADI
VIX. ANN. XX. M. VIIII
D. V. VOLCEIVS. SA
TVRNINVS OPTIO
III. VENERE COIVGI
OPTVMAE B. M.

Si de Viro heic ſermo foret, *Veredarium Stadii* explicarem. At de Femina ſermo eſt. Num ejus Pater, exempli cauſsâ *Veratius Stadius*, deſignatus? Miles iſte *Optio* fuit in *Tiere Venere.*

7 *Florentiæ, apud Donios.*
Ex Gorio.

D . M
MEMMIVS. SEX
PRIMANIO. PATERNO
EQ. SING. D. N.
ET. AVRELIVS. EPONICVS
HERED. B. M. F

D. N. ideſt *Domini noſtri*, quo nomine ſignificabatur vivens Imperator.

9 *Patavii. E ſchedis meis.*

M. MENIVS. M. F
FAB. CRASSVS CAESONIVS
TR. MIL. PRAEF. FABR
IIII. VIR

2 *Tibure.*
Ex Donio.

M. MATRIDIO. M. F. CLAVDIA
TATIO. SABINO. EQ. ROM
VIXIT. ANN. LXXII. MENS. IIII D. III
MIL. TVR. L. VERISSIMI. LEG
XXI. MINER ☙ ANN. VIII
MATRIDIVS. SPERATVS. PATER. T
T . C
IN. FR. P. XXVIII. IN. AGR. P. XXIIII.

In tertiâ lineâ corruptam arbitror notam numeralem LXXII. Annorum vitæ *Matridii* iſtius *Tatii*, tum quod Pater ſuperſtes ei titulum poſuit, tum etiam quod Annos tantummodo VIII. militavit. Quocirca ſcribe VIXIT ANN. XXXII. Animadverte *Legionem* XXI. cui cognomen *Minervia*. Hic militavit in *Turma Lucii Veriſſimi*. Turmæ & *Alæ Equitum* fuerunt, *Cohortes* & *Legiones* Peditum. At quia Turmæ aliquando certis Legionibus jungebantur, ideo hic Eques in Legione meruit. Inde etiam Legiones equitatæ.

4 *Romæ,*
apud Camillum de Anguillaria.
Ex eodem.

D . M
MECIA. IANVARIA
TATAE. SVO
BENEMERENTI
FECIT. C. ANTONIO
ANTONINO. MILITI
EX CLASSE PRAETO
RIA. MISENATIVM
VIX. ANN. XL. MIL. XXIV.

6 *Romæ,*
in domo Patriciorum.
Ex Donio.

D . M
C. MELLONI
VICANI
FRV. LEG. VIII
AVG. P. C. IVL
EMERITVS. H. F

Frumentarius hic fuit *Legionis Octavæ*, de quo munere aliquid ſupra indicavi.

8 *In Caſtello Curi.*
Ex Ligorio.

IVNONI. AETER
SACRVM
D. MEMMIVS. D. LIB
XENOPHON. BVCIN
ATOR. LEG. III. PARTH
ET. MEMMIA. D. LIB.
PHOEMONAE. V. D. D

Junonem Ætheream, ſive *Ætheriam*, unus nobis Ligorius exhibet. *Jovem Æthereum*, *Palladem Æthereum* alii appellarunt: cur non & *Junonem*? Etiam apud Gruterum pag. 559. num. 7. *Bucinatorem* habes pro *Buccinatorem.*

1 *Romæ,*
in ædibus Matthæjorum.
E schedis Ptolomeis.

MERCATORI
NAT. RAETO
ANNORVM XIIII
SERVO DE SE
MERENTI
T. AVR. GENTILIS
DVPLICARIVS DOMINVS

2 *Arimini,*
inter Portam Sancti Bartholomæi, & Arcum.
Ex Garuffio.

TITO. MESTRIO
C. F. AN. SEVERO
EQ. PVBL. PONT
II. VIR. QVINQ. TRIB.
COH. CIVIVM ROM
T. MESTRIVS CALLISTVS
CVM T. MESTRIO. SEVERO
CALLISTIANO FILIO
L . D . D . D

Desideratur numerus Cohortis.

3 *Ticini,*
in Sancti Johannis in Burgo.
E schedis meis.

M. METIL
SICVLO
III. VIR
TRIB. MIL. LEG
D. D

4 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinal. Alexandri Albani.

D . M.
METINIVS APER
MIL. COH. I. PRAE. TEREN
TII. VIX. ANN. XXX. MIL
ANN. XII. FVFICIVS FELIX
EQ. COH. I. PRAE. VALENTIS
HERES. BENEMER. FECIT

5 *Romæ,*
in Sancti Alexii, in urna eleganti.
Misit P. D. Felix Nerinius Monachus Hieronymianus.

METTIO MESSORI
MIL CHO III PR 7 AV
DACIS CLAVDIVS
RVFIANVS CONM
ANIPLO. B. M. F

Mettius iste *Messor* fuit *Miles Cohortis Tertiæ Prætoriæ in Centuria Audacis*; & fuit *Commanipularis Claudii Rufiani*, qui titulum posuit. *Manipulus* autem in re militari minor fuit Centuriâ, Ammiano teste Lib. 17. Ab hoc vocabulo descendit *miles manipularis*, si modo fœni fasciculum intelligas, qui hastæ imponebatur, ut ait Ovidius Fastorum Lib. 3.

Pertica suspensos portabat longa Maniplos:
Inde Maniplaris nomina Miles habet.

At vide Vegetium Lib. 2. de Re Militari.

6 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre, Episcopo Hadriensi.

C. METTIVS
M. F. TRO
MIL. CHO. II. PR.
VIXIT ANN. XXX.
MIL. ANN. X.

7 *Ravennæ,*
in Archiepiscopio.
Exscripsit Dominicus Vandellius Mutinensis.

MIL. ANN. XX.
BITHVS. L. MET
TIVS. FILIVS
ET. BARBIA
CALLISTE. V
XOR. ET. HERE
DES. EIVS. B. M. P

8 *Augustæ Taurinorum.*
Ex Guichenonio.

T. METTIVS
QVIR. VALENS
VETER. AVG
SIBI ET
METTIAE VERAE
FILIAE SVAE

9 *Ravennæ, apud Sanctæ Mariæ in Portu.*
E schedis Fratris Jucundi misit Gorius.

BONAE MEMORIAE CASTISSIMAE
CON. MINDIAE PROCILLAE MINVC.
DIONYSIVS SPECVLAT. MARITVS
CVM QVA V. A. XXII. IPSA
AVTEM. V. A. XXXVII

Speculator, militare officium. Non semel vidimus.

10 *In Oppido Illuri, in Catalonia. E schedis meis.*

HASTIS
TRIB. PL. Q. P
L. MINICIVS. L. F.
DESIG. Q. AVG. ET
MIL. LEG. I. ADIVT. PP. LL
BALINEVM

1 *Sciscii in Sirmio. Ex Comite Marsilio.*

M. MINICI
VS SATVRNIN
EX OPTION. CLAS
PRAETORIAE RAVEN
ANNOR. XXX. SIBI
ET CRISPIAE CEL
CONIVGI CARISS
ET MINICIO CELE

H . M . P

2 *Romæ, apud Marium Delphinum. Ex Ligorio.*

D M
MISIL. ROMVLIANVS
MIL. COH. VII. PR. 7. VICTORIS
SECVTOR. TRIB. VIXIT
ANN. XXVII. MIL. ANN. VI
VETTONIVS. PROCVLVS
ADIVTOR. CORNICVL
CONTVBERNALI. BENE
MERENTI

Inscriptionem hanc ipsam legi apud Gruterum pag. 561. num. 11. Ipsam, eo monente, *vidit Smetius*. Lectorem heic monitum volo, me innumeras alias Ligorianas omisisse, quod a Smetio & Grutero antea productas viderim. At heic Smetius pro MISIL. habet in secundâ lineâ M. SIL. *Secutores Tribuni* dedit quoque Gruterus. Hosce functos munere Apparitoris adstitisse Tribuno opinari licet.

3 *Tergeste. E schedis Belloniis apud Apostolum Zeno.*

MODESTVS. P. P. BIS. SIC
TRIB. MIL. COH. V. VIG
DIVI NERVAE IMP. CAES
HISPANIAE CITER. ASTVR
DEDIT IDEMQVE DEDIC

4 *Romæ, ad Sanctæ Agnetis. E schedis Ptolomeis.*

D M
SEX. MOD
SALVIANI
VETERANI
EX COH
VI. VIC

5 *Moguntiæ. Ex Browero.*

L. MVCAPORI AVLVSI
MIL. LEG. XXIII. P. F. C
VIXIT. ANNIS. XXX
STIPEN. XIIII. CIVES
CIVITATE ANC. HE
RACVSANVS DIATR
MVCAPOR MV
RALIS. MIL. LEG. XXIII
FRATRES ET CON
TVBERNALES
TI. ET. A. F. F. FECERVNT

Idest *Civis Civitatis Hujus*. In fine A. F. F. fortasse pro *Affines*.

6 *Aquilejæ olim, nunc Utini, apud Comites Gorghios. Misit N. V. Franciscus Comes Beretta Utinensis.*

M. MVNATIVS
M. F. SCAP
ETRVSCVS
FLORENTINVS
VIXIT. ANN. XIIX
Q. MVNATIVS
MILES. CHOR.
VII. PR
FRATER. POSVIT

7 *Florentiæ, apud N. V. Petrum Andream Andreinium. Ex Gorio.*

D . M
C. MVSSIDI. CAPITONI
MIL. CLASS. PR. MISEN
EX. III. PIETATE. VIX. AN
NIS. XXXVI. MIL. ANN
XVI. TERENTIVS. VALENS
H . B . M . F

Habes heic *Trierem* sive *Triremem* vocabulo *Pietatem* in *Classe Prætoria Misenate*, in qua militavit *Mussidius* iste *Capito*.

8 *Romæ, in Vinea Diabolelli. Ex Ligorio.*

L. MVSSIO. L. FIL. SCAPTIA
CORNELIANO
CORNICVLARIO
LEG. IIX. AVG. P. F. QVI. VIXIT
ANNOS. XLIV. M. IX. D. XX. HOR. XIII
MVSSIA. PAMPHILIA. GRATA
CONIVGI. SANCTISS. F. C. SIBI. ET SVIS
IN. FR. PED. XX. IN AGR. P. XX

1 *Neapoli,*
in suburbano Januarii Mazzæ Jur. Consult.
Misit Ignatius Maria Como.

In uno latere.	*In altero.*
D . M NAEVIO SENTIANO MIL. VI. OPE. ET CAR PIME CONIVG. EIVS NAEVIA AMMAS PARENTIBVS	D . M C. VELONIVS

Supra vidimus *Trieres, Tetreres, Penteres, Hexeres.* En rursus *Hexerem Opem*, in qua *Nævius* iste *Sentianus Miles* meruit.

3 *Veronæ,*
in Museo publico.
Ex Marchione Maffejo.

SEX. NAEVIO
L. F. PVB
VERECVNDO. SIGN
COH. XIIII. NATO
VERONAE. OSSA
RELATA. DOMVM
CINIS. HIC. ADOPERTA
QVIESCIT. HEREDES
TITVLVM. VERSICVLOS
CORNELIVS. EROI
CONLEGAE. ET. AMICO

Cinis fœminini etiam generis occurrit apud Catullum Veronensem, aliosque veteres.

6 *Romæ, in Via Portuensi. Ex Donio.*

C. NONIVS. C. L. EPAPHRODITVS
NONIA. VALERIA. PACATA. M
C. NONIVS. C. F. PAL. SOSTRATVS. F
NONIA. PRISCILLA. AVFENA. S
C. NONIO. C. F. PAL. CELERINO. AVOK
AVGG. NN. LEG. III. PARTH.
CVM. PARENT. SARCOPH. FECERVNT

M. in secundâ lineâ, F. in tertiâ, S. in quartâ, sunt *Mater, Frater, Soror.*

7 *Niciæ,*
in agro Cemenelensi.
Ex Joffredo.

L. NONIO. QVADRATO. CO. I. NAVT.
S. MVMIVS. Q. MANILIVS. ET. CAI.
VENIVS RVFVS. D. S.

CO. I. NAVT. in primâ lineâ videtur exhibere *Cohortem Primam Nautarum*. Sed hoc omnino peregrinum. Vide supra alteram Niciensem positam *Ti. Julio Vell.* ubi rursus occurrit CO. I. NAVT. In secundâ linea pro S. MVMIVS, scribendum P. MVMIVS, aut aliquod aliud Prænomen. In lapidariâ quippe *Sexti* Prænomen non consuevit per unicum S. describi, sed quidem per SEX.

2 *Ibidem,*
in Museo Valletta.
Ex Vignolio.

D . . . . . M
Q. NAEVIO
MARCIANO
MILITI. CL. PR. MIS
BENEFICIAR
VIXIT. ANN. XXII
M. II. DIEB. XXIII

Norunt Eruditi, Octavium Augustum, teste Suetonio in ejus Vitâ Cap. 49. *Classem Miseni, & alteram Ravennæ, ad tutelam superi & inferi maris collocasse.*

4 *Romæ,*
in domo Episcopi Feltriensis,
in Via Aquæductus.
Ex Donio.

D M
C. NERTONIO. LVDO
EVOCATO. AVG
AR ...... VTVS
L. PONTI. MARCELLI
SEX. HERES

5 *Florentiæ, apud N. V. Petrum Andream Andreinium.*
Ex Gorio.

D : M
C. NONIO. CALVISIO
VETER. EVOKA. EX. CL. PR. MIS
STIP. XXIX. VIX. ANN. LIII
T. SEMPRONIVS. SEVER
H . B . M . F

8 *Luceriæ, juxta Portam, qua Trojam itur.*
Ex Donio.

Q. NONIVS. Q. F
CLA
LEG. VI. H. S. E

9 *Romæ, in Vinea Diabolelli in Via Appia.*
Ex Ligorio, ac Donio.

D . M
CN. NVMERIO. CN. F. TROM
VALENTI
VETERANO. LEG. X. GEM
VIX. ANN. XLVII.
M. VI. D. XXI
MIL. AN. VI. NAT. TOME
P. SEPTIMIVS. P. F. FABIA. CRI
SPINIANVS. OPT. TRIB. ET
CANDIDATVS. LEG. EIVSDEM
AMIC. OPTIMO. B. M. P

Numerius iste *Valens* fuit *Natione Tome*, quæ aliis est *Tomi*, & *Tomis* Civitas Mœsiæ inferioris ad Istrum, in qua Ovidius exsulare coactus fuit. *Septimius* autem *Crispinianus* fuit *Optio Tribuni*: quod militare munus aliis ex lapidibus nobis innotescit. Non ita *Candidatus Legionis*. Vegetius commemorat *Candidatos Milites dictos principales, quique privilegiis muniuntur*. Scribit Suetonius Cap. 15. in Vita Neronis, Augustum hunc *Candidatos, qui supra numerum essent, in solatium dilationis ac moræ, Legionibus præposuisse*. Ammianus quoque Lib. XV. Cap. V. meminit Tribuni cujusdam, qui *dum militaret Candidatus*, morituro Constanti Augusto adstitit.

1 *Nemausi,*
E schedis Guirani in Bibliotheca Cæsarea.

D . M
M. NVMERII
M. FIL. [illegible] VOLT
MESSORIS FRATE
VIGI [illegible] ARMORV
IVLIA VALENTINA
FILIO PIISSIMO
NVMERIAN [illegible] VLA
ET NVM [illegible] NINA
FRATRI OPTIMO

Pro FRATE. VIGI.... ARMORV. fortasse Marmor habuerit PRAEF. VIGIL. ET. ARMOR. Vide supra alteram Nemausensem Inscriptiouem *Fabricii Ɔ. L. Montani*.

3 *In Oppido Duratiani.*
Ex Johanne Vignolio.

C. NVMMIO. C. FIL. FAL
CONSTANTI P. P.
LEG. II. TRAIANAE
CENTVRION. II. LEG. III
CYRENEICAE. ET VII. CLA.
EVOCATO. IN. FORO. AB ACTIS
MILITI COH. III. PRAET
II. X. VRB. DONIS DONATO AB
IMP. TRAIANO. TORQVIBVS
ARMILLIS. PHALERIS. OB
BELLVM. PARTHICVM III. M. AB
IMP. HADRIANO. CORONA.
AVREA. TORQVIBVS. ARMILLIS
PHALERIS. OB. BELLVM. IVDAICVM
HEREDES. EX. TESTAMENTO

Nobilis ista Inscriptio nobis exhibet in secundâ lineâ *Præpositum*, aut *Pro Præfecto*, sive Vicarium *Legionis Secundæ Trajanæ*. Fuit etiam *Mummius* iste *Constans Evocatus in Foro ab Actis*: quod munus antea ignotum, nunc primùm emergit. Conjecturæ meæ veniam imploro. Is mihi creditur literis mandasse Acta Caussarum, quæ agitabantur in Foro. *Evocatus* sive revocatus is fuit ab eo munere ad Militiam, aut ex Militia ad illud officium. *Belli Judaici* mentionem heic habes. Cœptum fuit, ut creditur Anno Christi 134. productumque in triennium, novæ Hierosolymæ excidium novum peperit.

7 *Calatiæ.*
Ex Ligorio.

M. OPELIVS. M. LIB
SEVERVS
7. COHOR. VIII. PR
FORTVNAE. PRIMI
GENIAE. PRO. SAL
MARCIANI. SEVE
RI. DEDIC

2 *Forojulii in Provinciâ,*
apud Antelmium.
Ex Marchione Maffejo.

DIS MANIBVS
NVMISIAE CAESIAE G NVMISI F
CONIVGI PIENTISSIMAE VIXIT
ANNIS LX L SOLICIVS AVRELIAN
Ɔ· LEG. V. MAC. ET. LEG. P. MINER
VIAE. P. FIDELIS SE VIVO ET NV
MISIVS CHRESTVS LIBERT SIB
ET SVIS FECERVNT

Solicius iste *Aurelianus* fuit *Centurio Legionis Quintæ Macedonicæ, & Legatus Primæ Minerviæ Piæ Fidelis*. Post Tribunos illustris ea dignitas fuit.

4 *In agro Reatino.*
Ex Ligorio, ac Donio.

C. OCTAVIO. P. F. PASTORI. PVBL. VERO
A. SIG. LEG. VIIII. DEDVCTVS
REATE. AB. DIVO AVGVSTO. OCTAVIAE
C. L. SECVM CONIVGI ❦ C. OCTAVIO
C. F. QVIR. PASTORI. OCTAVIAE. C. L
V. D. S. SS. VI. C. OCTAVIO
TROG. OMNI HONORE

Publilia Verona mihi creditur usurpata, ut supra ad Inscriptionem *Marci Atili Maximi*, ubi *Offentina Mediolan.* Hoc ipsum marmor descriptum ad me quoque misit, e schedis Vallicellianis depromptum, Clariss. P. Joseph Blanchinius. Presbyter Oratorii Romani. Is in quartâ lineâ pro SECVM legit SECVNDA; & rectius sane.

5 *Mediolani,*
ad Sancti Ambrosii.
E schedis Cyriaci misit N. V. Abbas Compagnonius.

V. F. SEX. OCTAVIVS. C. F. VET
LEG. IIII. SCYTHICAE SIBI ET
ANTONIAE TVENDAE CONTVBERNALI
ET OCTAVIANAE ANTONIAE. L.

6 *Anaræ,*
in oppido Phrygiæ.
E schedis Guastarini.

OLBIO ET NICANORI SVAVISS. FILIIS SVB
L LVNELLO MILITIAE IVN. INTER
FECTIS DOLENTISS. PARENTES POSVERE
ΧΑΙΡΕΤΕ ΜΝΗΜΕΙΣ ΕΝΕΚΑ
Idest:
Valete Memoriæ Caussâ.

Militiæ Juniores idem videntur fuisse atque *Tirones*.

8 *Ossunæ. Ex Malvasia.*

OPTATVS
CALPVRNIAE VARIAE
FILIVS LEG. XXVIII
HIC SITVS EST

1 *Assisii, in Sancti Damiani. Misit Illustriss. Henricus Henriquez, Gubernator Maritimae & Campaniae.*

C. OTTIDIO
ATTIANO
MILITI COHOR. IX
PRAETOR. NAEVI
VIXIT. ANNOS XX
MENSES XI. DIES XIX

2 *In Castro Interaqua agri Sulmonensis. Ex Donio.*

L. OVIDIO. L. F. SER
VENTRIONI. TR. MIL. PRAEF
FABRVM. IIII. VIR. I. D. IIII.
VIR. QVINQ. PRIMA. L. DE
SVO FECIT. HVNC PRIMVM
OMNIS ORDO MVNICIPVM
IN LOCVM PVBLICVM INTVLIT
ET SEPELIENDVM CVRAVIT

PRIMA. L. idest *Liberta*, quae Patrono huic suo titulum posuit.

3 *Sicambriae, ad Sanctae Mariae Albae. E schedis Farnesiis, & Capponiis.*

D . M
PACATO. MVCARIS
MIL. LEG. II. ADI.
STIP. XVI. VIXIT
ANNIS XXV.
BATO NERITANVS
COMMILITONI
OBSEQVENTISSIMO
ET FRATRI
EX. TESTAMENTO
FIERI. CVRAVIT
EX. H-S. N. DCCC.

Neriti (nunc *Nardò* in Calabria Cives *Neritini* appellari consueverunt. *Neritanos* eorum nomen olim fuisse indicare videtur hoc Marmor.

4 *Romae, apud Manicolam Satellitem Praefectum. Ex Ligorio, ac Donio.*

M. PACCIO. M. F. RVFO
PRIM. PIL. LEG. II. AVG
PACCIA HERENNIA
FLORA. FEC
MAT

5 *Perusiae. Misit Hyacinthus Vinciolus Jurisconsultus.*

D . M
P. PACILIAI
CAEI. MILI
CHO. XV. R B
VERI. MIL
ANN. II. VIX
ANN. XXIII.
PACILIVS. LEO
FIL. PIENT. ET
SIB. FEC.

Scribendum in secundâ lineâ P. PACILI ALCAEI. Et in quartâ CHO. XV. TVR. VERI.

6 *Ad Solicianum agri Florentini, apud Sancti Petri. Ex Gorio.*

L. PADANIVS. C
F. MACER. VETE
LEG XI
TESTAMENTO EI
FECERE

Veterano-ne, an *Veterani* legendum sit, tu velim decernas.

7 *Tergeste. Ex Irenaeo* della Croce.

P. PALPELLIVS. P. F. MAEC. CLODIVS
QVIRINALIS. P. P. LEG. XX. TRIB. MILIT. LEG. VII.

8 *Ravennae, in Basilica Classensi. Misit P. D. Petrus Paulus* Ginanni, *Prior Benedictinus.*

A. PAPIRIO. VERNACVLO
RO. CIVITATE. DO. N. DELM
VIX. ANN. XXXXVI. MIL. A. XXVI
DIDIVS. SATVRNINVS. F. DOC. III. ET. DIANA

Vernaculus iste *Natione Delmatâ*, *Romana Civitate donatus* fuit. In postrema lineâ vox breviata DOC. aut est nomen *Trieris*, aut potius significat DOCTOR, utpote qui in ea Navi aut Milites ad pugnam, aut Nautas exercebat ad remigandum. Certe DIANA Navis, sive Trieris nomen est. Qui Inscriptiones illustrandas suscipit, opus esset ut singula marmora sub oculis haberet.

9 *Romae, in Villa Matthaejorum. E schedis Ptolomeis.*

C. PAPIRIVS. C. F. CLV. CARBO. TR. MIL.
LEG. XX. VI. VIR. Q. PRO. PR.
ANTVLLA. Q. F. VXSOR

1 *Miseni.*
E schedis meis.

L. PAPIRI. VRSIONIS. VET
CL. PR. MIS. NAT
AEGYPT. VIXIT. ANN. IV.
LVCIA PAPIRIA. LIB. PATRONO
B . M . F

Vitium est in numero Annorum vitæ *Papirii* istius *Ursionis*. Scribendum itaque LV.

3 *Romæ*,
apud Marium Boccabellam.
Ex Ligorio.

DIS ΘΕΟΙϹ Ⲯ MANIB. K
L. PASINICO. MAIOR
MIL. COH. VI. PR. 7
MARINIANI. LOSCI
VIX. ANN. XXXVII
MIL. ANN. XVI
ΠΑϹΙΝΕΙΚΩΙ
ΧΑΙΡΕ. ΧΑΙΡΕ. ϹΤ

In primâ lineâ repetitum vides vocabulum *Dis* vel *Diis* per Græcum ΘΕΟΙϹ, ac alterum *Manibus* per siglam K, hoc est ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙΣ *Inferis*. Sic & in postremis lineis Græcarum vocum sensus hic est *Pasinico*. *Vale*... *Salve Tu*. Viator salutem adprecatur Pasinico, is verò respondet.

5 *Romæ*,
apud Ludovicum Montaltum.
E schedis meis.

D . M . S
SEX. PATVLCI. APO
LAVSTI. AVG. DVPL.
PVT. ET. POMPONI
AE. CHRYSIDIS. EIVS
PATVL. EVNVS. ALVM.
B . M

Parùm castigata videtur ex incuriâ descriptoris. Num. PVT. pro *Puteolani*?

6 *Ibidem*,
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.

D . M
PAVLINVS. ABENTI
NVS. EQ. S. D. D. N. N
VIX. ANN. XXXVIII. M.
ANN. XVIIII. T. RVFINI
N. GER. N. IVL. SEVERI
NVS. ET. VETTIVS
MARTINVS. SING
B . M . F . C

Paulinus iste *Abentinus* fuit *Eques Singularis Dominorum nostrorum*, videlicet Augustorum. *Militavit Annos decem & novem*. Obscura sunt, quæ sequuntur. Dum aliquis meliora adferat, ego interpretor TVRMA RVFINI, NATIONE GERMANVS, NATVS IVLIACI.

2 *Florentiæ*,
in Museo Mediceo.
Ex Gorio.

M. PAPIRIO
PRISCO. MIL
COH. II. VIG.
7. ALINNAE. FIRMI
C. MANLIVS VITALIS
VEXILLARIVS
7. EADEM
POSVIT

4 *In oppido Lona*
in Dacia.
Misit Apostolus Zeno.

PATERNO
AVREL. VALERI
VS. ADIVTOR
OFFICI. CORNI
CVLARIORVM. E
V. D. M. P

De *Cornicularìis* aliquid alibi in hac Classe innui. *Valerium* heic habes *adjutorem Officii Cornicularìorum*, quos Suetonius in libello de Illustrib. Grammaticis *Corniculo merere* dixit Cap. 9. ubi Orbilium Pupillum Beneventanum *in Macedonia Corniculo, mox equo meruisse* scribit.

7 *Ex Donio.*



1 *Romæ,*
in Via Lavicana.
Ex Donio.

L. PERCERNIO. L. F. PALATINA
CAPPVLO. TRIB. EQ. TVRM. III
CELER. VIXIT. ANN. LXX. M. VII
M. PERCERNIVS. M. F. PAL. CAE
LIANVS. FRAT. CARISS. T. F. C

Supra ad Inscriptionem Donianam *Sexti Liberii Appulini*, mihi durum accidit offendere *Præfectum Cohortis* in *Centuriâ Marci Aurelii Verani*. Et heic abhorrere a ritibus Militiæ Romanæ mihi videtur *Tribunus Equitum in Turma Tertia Celeris*. Nam Tribuni etiamsi plures, universæ Legioni aut Alæ præerant, eamque moderabantur; neque uni *Turmæ* addicti fuerunt. Quare videat Lector, meâ-ne ex inscitiâ absurda ista procedant, an inter Donianas aliquid furfuris irrepserit.

4 *Florentiæ,*
apud N. V. Petrum Andream Andreinium.
Ex Gorio.

D . M
C. PETICI. HERACLI. N
AEGAR. M. III. ATHEN
VIX. AN. XXX. MIL. AN. XII
VALERIA. THEODOTE
VXOR. ET. H. B. M. F

Peticus iste *Heraclius* fuit *Natione Ægarensis* ex Lydia (si tamen Lydia Ægaram habuit), & militavit in *Triere*, cui nomen *Athenæ*.

6 *Augustæ Taurinorum,*
apud Thesauros.
Ex Guichenonio.

...ONIVS. L. F
...L. PEREGRINVS
...LEG. XXII. PR. P. E. I. D
...LEG. A. COMMENT
...L. F. OPTIO. CENTVRIO
...ONIS EIVSDEM
...AVS. PILVS. PRIOR
...NOR. XXXIX. STIP. XVI
... F. I.

In tertiâ lineâ lege PR. P. FID. idest *Prætoriæ Piæ Fidelis*.

7 *Miseni.*
Ex P. Mabillonio.

D . M
M. PETRONI. VALEN
TIS. VETER. EX. CLAS. PR. MIS
PETRONIA. PRIMA. PATRONO. BENEMERENTI

2 *In Thermopylis,*
ubì Leonides manus conseruit cum Græcis.
Ex Herodoto.

ΜΥΡΙΑΣΙΝ ΠΟΤΕ ΤΗΙΔΕ ΤΡΙΗΚΟΣΙΑΙΣ ΕΜΑΧΟΝΤΟ
ΕΚ ΠΕΛΟΠΟΝΗΑΣΟΥ ΧΙΛΙΑΔΕΣ ΤΕΤΟΡΕΣ

Hoc est:

Heic contra Persarum trecenta millia pugnarunt
E Peloponnesiis tria millia.

3 *Neapoli,*
in Museo Valletta.
Ex Johanne Vignolio.

DIS . MAN
L. PESCENNIO. MAXIM...
GVBERNATORI. EX. CLASSE
PRAETORIA. MISENENS.
VIXIT. ANN. XXXVI

5 *Ibidem,*
in Museo Mediceo.
Ex eodem Gorio.

D M
PETRONIO. LO
NO. MILITI. COH. X
PR. B M
AVRELIVS. VIBIVS. MILE
S. COH. X. PR. IVSTI. HE
RES. FECIT
FLORENTINI

Postrema dictio FLORENTINI aut addita fuit aliâ manu, aut adjungenda illico erat post præcedentem IVSTI. Sed & ante hanc ipsam vocem desideratur *Turmâ*, nempe *Justi*: alioquin moribus illorum temporum adversatur COHORS X. PRAETORIA IVSTI.

8 *Ravennæ,*
in Archiepiscopio,
Exscripsit Dominicus Vandellius Mutinensis,
in patrio Lyceo Matheseos Professor.

C... F T
VALENTI
...RESS. VIII...
VIX. ANN
LIIII
MIL. ANN. XXXXIII
T. PETRONIVS
BITHVS. VETER
ITR. B. M. P. C

In tertiâ lineâ fortasse legendum N. BESSVS. III...... idest *Natione Bessus Triere......*

1 *Ravennæ,*
in Monasterio Classensi.
Misit P. D. Mariangelus Fiacchi.
Monachus Camaldulensis.

PHALLAEVS
DIOCLIS F. GVBER
DE GALEAT. PIERIS
ET NICE. L. P. F
IN. FR. P. VI. IN AGR
P. XV

Quàm mihi gratum fuisset propriis oculis contemplari posse hunc lapidem. Unde Italicum nomen *Galea*, sive *Galera*, Triremum significans, descenderit, frustra adhuc quæsitum fuit. Exhibet nobis Inscriptio hæc *Gubernatorem de Galeat.* quæ vox indicio esse potest, fuisse Naves *Galeatas* Romanorum ævo, quibus a *Galea* impositum fuerit nomen, quasi capita armata inter Naves. Sed ista accuratiori examine indigent; nam Dionysius Sancassanius Medicus Clarissimus ibi legit DEC. ALEATIS.

2 *Ferrariæ,*
in Sancti Bartholomæi.
Ex Historiâ Ferrariensi, ac Donio.

D . M
M. PHILLIVS
APPVLEIVS
CRESCENS. VET
EX. COH. XII. VRB.
T. F. I. VETTIAE
VERECVNDAE
M. APPVLEIVS
FELIX. LIB. ET
HERES
PONI. CVRAV.

Donius in secundâ lineâ habet M. PHILIPPVS depravate, uti etiam ex sequenti marmore constabit.

3 *Ibidem.*
Ex Historia Ferrariensi.

M. PHILLIO. M. F. ROM. SABINO
VETERANO. LEG. III.
ITALICAE
VIXIT. ANN. LXII. MEN. VIII.
D. VIII.
Q. PHILLIVS. M. F. M. N. ROM. PRINCEPS
EQ. R. ET. PHILLIA VENERIA PRIMA
PARENTES FECERVNT
IN FR. P. XVII. S. IN. AGR. P. VII. S

Uti apud Gruterum pag. 347. num. 1. habemus *Principem & Primipilum Legionis Septimæ*, & *Principem Peregrinorum*, & alibi *Principem Castrorum*, ita heic reperimus *Principem Equitum Romanorum*, quod munus nondum prodierat in lucem.

4 *In Oppido* Ostroc
Comitatus Hadzzeg *in Transilvania.*
Misit Apostolus Zeno.
Edidit etiam Marchio Maffejus.

SEX PILONIVS
SEX. F. [illegible] STE. MODE
STVS BENEVENTO
7. LEG. IIII. F. F. III. HAS
POST. ANN XXX. H. OR
DINE ACCEPIT EX
EQVITE ROMANO
MILITAVIT IN LEG.
VII. C. P. F. ET VIII. AVG
XI. C. P. F. MINER. P. F
STIPENDIO CENTVRIO
NI. CI [illegible] XVIIII
H. S. E. S. T. T. L

Beneventani adscripti fuere Tribui *Stellatinæ*. In quarta linea lege: *Centurio Legionis Quartæ Flaviæ Felicis*, seu *Fidelis*, *Tertiæ Hastatorum*, sive HAStatus. In quinctâ lineâ *Hoc ordine*. In decima legendum *Undecimâ Claudiâ Piâ Fideli Primâ Minerviâ Piâ Fideli*. Hic etiam *Eques Romanus* creatus fuit. In postrema linea P. Duellius Canonicus Regularis legit has siglas, nempe P. S. B. ST. TI. Verùm præferenda est lectio Zeni, quam etiam dedit Marchio Maffejus.

5 *Romæ,*
in vinea Corsetti Ostiensis.
Ex Ligorio.

D . M
P. PLAVSVRNIVS. P. F
OVF. GALLVS
VERONA
MIL. LEG. V. AVG. P. F
VIX. ANN. LIX. M. V
D. XXV
MILIT. ANN. XIV
IN. PR. PED. VI. IN. AG. PED. VIII

Quum in *Poblilia* Tribu *Veronenses* suffragia sua tulerint, *Plausurnius* iste Miles *Oufentinam* præfert: quod quidem illegitimi fœtus suspicionem ingerere posset. Verum vide quæ supra indicavi de Militibus Bononiensibus.

6 *Fani, in scalis Palatii Magistratus.*
Misit Eminentiss. Card. Passioneus,
& Comes Petrus Paulus Mercolinus.

P. PLOTIVS. L. F. CAM.
VETERANVS LEG. II.
AVGVSTAE SIBI ET
VRBANAE L.
TESTAMENTO FIERI IVSSIT

7 *Romæ, in domo Archiepiscopi Materæ.*
Ex Ligorio, ac Donio.

C. POETILIVS
C. F. CLA
PAVLLVS
EMONA
MIL. COH. III. PR
7. FAEGENIS
MIL. AN. VIII
VIX. AN. XXVII
T . T . L

Donius habet in primâ lineâ POCTILIVS. Præferenda lectio Ligorii. EMONA, sive *Æmona* Civitas olim *Istriæ*, ex cujus ruinis excitata fuit urbs, quæ nunc *Città nuova* appellatur. Confer cum Gruteriano exemplo pag. 556. num. 5.

1 *Bononiæ.*
E Comite Malvasia.

POLLAE ET ATILIAE SORORIBVS
C. ATILIVS. PO. MILES PRAE
T . F . I . S
ARBITR. C. ATILI. L. EX

3 *Neapoli,*
apud Johannem Vincentium Rondinellium,
Ex Vignolio.

D M
L. POMPEIO ASIATICO
III. SOLE. NAT. ALEXANDR.
MIL. AN. XXVII. VIX. A. LIIII.
ET
M. POMPEIO. FIL. EIVS
VIX. AN. VIII. M. V. DIEBVS X.
VALERIA. MARCIA. CONIVG
KARISSIMO. ET. FIL. DVLCIS
SIMO. BENE. MER. FEC.

Pompejus iste *Asiaticus* militavit in *Triere Sole*, fuitque *natione Alexandrinus*.

5 *Romæ,*
apud Equitem Mandosium,
Ex Boldetto.

D . . M
L. POMPEIVS EVPHEMVS
Q. FLEXINAE SEVERO AMICO
SVO. B. M. FEC. MILITI. CHOR
TERTIAE PRAETORIAE
CENTVRIAE FELICIS. QVI
MIL. ANN. V. M. II. D. IIII. VIX.
ANN. XXXVI. M. X. D. II. HOC MO
NVMENTVM. FEC. L. POMPEIVS
EREEMVS. SIBI. ET. SVIS LIBERT
LIBERTABQ. POSTERISQ. EOR.

7 *Florentiæ,*
apud Marchionem Riccardium,
Ex Gorio.

D . M
P. POMPEIO
PROCLO MIL
COH. XI. VRBAN
T. CLAVDI VIXIT
ANNIS. XXX.
MILITAVIT. ANNIS
XVII. ME. VII
STABIA. LONGINA
C . B . M . F

Commatum speciem heic vides.

2 *In oppido Sancti Blasii*
in Lucania,
apud Alphonsum Antoninum.
Misit N. V. Franciscus Valletta J. C. Neapolita.

POMANIO SCVRRAE D. POETIL
COR. VAL. I. ITEM. TORQ. I. DON
C. GRATVLVS RVFILLVS VERI
DIVS MICILVS MARMOR
D. S. P. D. D. B. M

Pomanius hic certe vir Militaris fuit, quum *Coronâ Vallari unâ, itemque Torque uno donatus* fuerit. Sed quei *Scurra Decimi Poetilii?* Nonne Scurræ, Mimi, aliique id genus homines in fæce Populi, ac Servilis conditionis plerumque fuere? At noscas, in Militaribus *Scurram* officii speciem fuisse, eamque honorificam. Nempe *Armiger*, & *Corporis Custos* hac voce significabatur. Rem vidit Salmasius ad Vitam Alexandri Severi a Lampridio scriptam. Ibi inquit Historicus: *Unus ex Germanis* (utique Militibus) *qui Scurrarum officium sustinebat*. Elagabalus quoque Augustus, Spartiano teste, *per Scurras occisus est*, idest per corporis Custodes. Mitto reliqua, apud Salmasium legenda, quibus adde Acta Passionis Sancti Victoris Martyris ad diem VIII. Maji apud Bollandistas, ubi hæc verba: *Tunc Maximianus Imperator jussit vocari* SCVRRONES, *& jussit eis, ut duceretur ad silvulam, quæ ad Ulmos vocatur, & ibi decollaretur. Et quum duceretur Sanctus Victor, dixit Militibus, qui eum ducebant*, &c. En idem *Scurrones*, ac *Milites*, qui nempe corpus Imperatoris custodiebant. Acta quoque Passionis Sanctæ Eulaliæ Martyris, & Sancti Marini Martyris apud Du-Cangium in Glossario, *Scurrones* nobis exhibent, uti *Armigeros*, & *Spiculatores*. Sed & Liberatus Diaconus Cap. 23. *Rhodo*, inquit, *Augustalis jussit eum ab Scurrone duci, & foras Regiam Civitatem occidi*.

4 *In Thermis Herculanis,*
detectis in Dacia.
Ex Paschali Caryophilo.

HERCVLI. IN
VICTO L. POM
PEIVS. CELER
PRAEF. COH
I. VBIORVM. M. S

6 *Ravennæ,*
in Monasterio Classensi.
Misit P. D. Mariangelus Fiacchi,
Monachus Camaldulensis.

D. M
M. POMPEIO
SENECAE. DEL.
VIX. AN. L. MIL.
AN. XXV. III. A.O
M. AVRELIVS
MVS. EX. EAD

Hic fuit natione *Delmata*, & *militavit annos vigintiquinque in Triere* fortassis *Augusto*.

8 *Romæ, in domo Vincentii Pernæ. Ex Ligorio.*

D . M
Q. POMPEIO. Q. F. POL
SEVERO. VET. VIX. A. LXXX
VENERIANVS. ET. AGATHO
PVS. LIB. ITEM. H. F

Idest *Liberti, item* (scribere consueverunt veteres etiam IDEM) *Heredes fecerunt*.

1 *Budæ.*
E schedis Farnesiis
misit P. Andreasius, e Societate Jesu.

SACRVM
SEX POM
PEIVS CVRAT
LEG. XIII. C

Fuit *Sextus* iste *Pompejus Curator Legionis tertiæ decimæ Claudiæ*. Inter militaria officia ac munera, *Legionum Cura* locum habuit. Suetonio quippe teste Cap. 76. Julius Cæsar *trium Legionum, quas Alexandriæ* reliquerat, *Curam & imperium Rufini*, Ruffoni, vel Ruffioni, *liberti sui filio, exoleto suo, demandavit*.

2 *Romæ,*
in vinea Johaunis Baptistæ Leni.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS. MANIBVS
L. POMPIO. L. F. PRI
MITIVO. EVOK. AVG.
L. POMPIVS CLAVDI
ANVS. FRATRI. KARIS
SIMO. B. M. FEC

3 *Astæ in Pedemontio.*
Ex Guichenonio.

POMP
PATRIALI. P
QVINQ. TRI. M
HERENNIA. L. L. P
SEPTVMIAE. C. F
AV. HOSTILIVS
POMPEIVS. M

4 *Aquilejæ olim,*
nunc Utini,
apud Comites Gorghios.
Misit Franciscus Comes Beretta Utinensis.

L. POMPONIVS
SILVANVS
MIL. LEG. XI
H. S. E

5 *Thomassæ,*
in Villa agri Aquilani.
E schedis meis.

Q. POMPONIO
PROCVLO. MIL.
CHOR. IIII. PR. 7. MAXI
MIL. ANNIS. XIII. TESTA
MENTO. Q. POMPONI
VS. THAVMASTVS. EPA

Ibi sculpta imago Militis hastam tenentis.

6 *Pisauri ap. Passerios.*
Ex N. V. Hannib. de Abatib. Oliverio.

D M
Q. POMPONIO. VERO
AEQ. IIIPL. AVREL. A
F. ABVCIVS. PIVS. NAT
VIND. COM. S. B. MER

Voces illas AEQ. IIIPL. AVREL. A. interpretatur Nobilis vir Hannibal de Abatibus Oliverius: *Equiti Triplari*, sive *Triplario*, sive *Triplicario Aureliani Augusti*. Uti enim fuerunt olim Milites *Duplares*, seu *Duplicarii*, ita interdum *Triplares*: quod ex unicâ ista Inscriptione discimus. Ingeniose, erudite.

7 *Fundiliani,*
in Diocesi Nuscensi.
Misit Ignatius Maria Como.

C. POMPVLLIVS. P. F. HONOR
PRIM. PIL. TRIB. MIL. PRAEF. AEQVE
CAVIA. P. F. GEMELLA. VXOR
ARBITRATV
GEMELLAE VXORIS
P. PHILODAMVS L

PRAEF. AEQVE. Populi *Æquani* olim noti. *Æqua* autem Civitas a Silio memorata videtur. An spectare ad illam possit officium istud, aliis decernendum relinquo. Hanc Inscriptionem misit quoque ad me Abbas Petrus Polidorus V. Cl. eam *Histonii* (nunc *il Vasto*) collocans, atque hisce literis:

C. POMPVLIVS. P. F. L. V. PRIMI
PIL. TRIB. MIL. PRAEF AEMI
LIA P. F. GEMELLA VXOR
ARBITRATVS. S. P. Q. F.

Idest *Senatus Populique Frentani*. Priorem lectionem, uti tutiorem, ego lubentius amplector.

8 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinal. Alexandri Albani.

C. PONTI. C. F. SCA. RVFI
TR. MIL. Q. AED. PL.
GALERIAE. L. F. VXORIS
ARBITRATV C. NIFINI. L

9 *In Sanctæ Mariæ in Pantano agri Tudertini.*
E schedis meis.

T. POPILIO. T. F. VOL
ALBINO TVDER.
PRAEF. ALAE. I. ALPINO
TRIB. LEG. VII. GEM. FEL.
PRAEF. ALAE. I. TVNC
RORVM. FRONTON
VICANI VICI
MARTIS TVDERT
EX AERE CONLAT
LOC. D. D. D

Vide Gruterum pag. 1032. num. 1. *Tudertum*, nunc Italice *Todi*, *Civitas Umbriæ Citerioris*. Ibi *Vicus Martius*: *Ala Prima Tungrorum* heic memoratur.

1 *Romæ,*
in lamina ærea orbiculari,
apud Clariss. P. Menestrerium Soc. Jesu.
Videtur Bulla ornamenti gratiâ apposita baltheo.



2 *Nemausi, sive Ucetiæ.*
E schedis G. Guirani in Bibliotheca Cæsarea.

L. PORCIO L. F. VOLTIN
P. ROM. MILITI LEG. II. AVG.
OPTIONI. SIGNIFERO

Corrupta suspicor P. ROM. Fortasse D. ROM. idest *Domo Româ*. Interea P. pro *Patria* accipere tibi liceat. Hanc etiam Jacobus Tollius proferens, legit: P. D. M. L. PORTIO. L. F. VOL. IINIRO MILITI LEG. AVG. Præferenda lectio Guirani.

3 *Viennæ in Delphinatu,*
in quadam Porta Civitatis.
E schedis Pacediani.

L. PORTIO. T. F. ILVO
LATINO
EQVO PVBLICO
ORNATO
PRAEF. FABRVM. IIII VIR
AER. III VIR. LOC. PVBL. PERSEQ.
PORTIA. T. F. TVTEL.

Vide Gruterianum marmor pag. 398. num. 6. ubi idem munus *Triumviri Locorum Publicorum Persequendorum*: Eos puto, quibus erat, ne Loca Publica a privatis occuparentur.

4 *In agro Misenate.*
Ex Donio.

M. PORCIVS. M. F. CLAVD
SATVLLINVS
ARCHINAVT. CLAS. RAVE
VIVVS. FECIT. SIBI. ET
PORCIO. L. F. CLAV. PROBO
PRAEF. ARMOR. CVSTOD. ET
PORCIAE. MAMMILLAE
IOCVNDAE. FIL
H. M. DOL. MAL. ABES
IN. FRONTE. PED. XIV. IN
AGRO. PED. XVI

Archinauta Classis Ravennatis, munus non antea notum.

5 *Tiferni,*
in Plebe Sancti Johannis Baptistæ.
Ex Gorio.

II. VIG
ADIVTORI
POSTINIAE
MYRTALE
PIRAMVS. FIL
P. B. M

6 *Parmæ,*
in domo Horatii Belliardi Canonici.
Ex Bonaventura Angelo,
& e schedis Farnesiis.

POSTVMIAE FELICITATI
CONIVGI KARIS
SIMAE ET DVLCISSIMAE
TITIVS ACCE
PTVS VETERANVS
EX PRAET. VXORI
INCOMPARABILI
QVAE VIXIT AN. XX.
MENS. VIII. FVIT IVN
CTA. MECVM AN. IIII. MENS. II
QVAE
IN ABSENTIA LONGI
ITENERIS MEI A
DESIDERIO TENER
TATIS VITAM FVN
CTA EST B. MERENT. PO.

7 *Romæ,*
in vinea Poggii.
Ex Ligorio.

A. POSTVMIVS. A. F
PALATINA. FERRV
GIVS. BIRBILI
MIL. COH. VII. PRAET
7. FEROCI. VIX
ANN. XXXV. MIL
ANN. XVIII
T. F. I

Scribe *Bilbili*, quæ olim Hispaniæ Tarraconensis nobile Municipium fuit, & patria Poëtæ Martialis.

1 *Romæ,*
E schedis Ptolomeis.

P. PRIMINI
SECVNDI
MILITIS COH. I
7. PR. 7. VETVLI
STIP. III

2 *In incerto loco.*
Ex Donio.

L. PRIVIGNIVS
CORNICVLA
RIVS
LEG. II. AVG
FECIT

3 *Aquilæ.*
Misit erudit. V. Antonius Antinorius Aquilanus.

P. PROCVLEIO. CELERI
MIL. COH. XI. VRB. 7. SEREN
MILIT. ANN. XVII
P. PROCVLEIO. CLEMEN
P. PROCVLEIO. CELERINO
PROCVLEIA. CAPRIOLA
MATER
S . V . T . L

Ideſt: *Sit Vobis Terra Levis.*

4 *Florentiæ,*
apud Marchionem Corsinium.
Ex Gorio.

D . M
PVBLICIAE AROM
TE
CONIVGI KARISSIMAE
FEC. ALBANVS. EQ. VET.
LVD. MAG. VIX. ANN
XXII. MENS. V. D. VIII
IN. FR. P. III. IN AG. P. VII

Incertus ſum, quei legam in quartâ & quinctâ lineâ EQ. VET. LVD. MAG. Nam ſi *Albanus* iſte fuit *Eques Veteranus Ludi Magiſter*, ſtatim percontaberis: qua ratione *Veteranus* evaſiſſe potuit, qui *Annos* tantùm *Viginti duos* cum dimidio fere, in vivis exſtitit? An ergo interpretaberis *Eques Veteris Ludi Magni*? At *Ludus Magnus* ad Gladiatores ſpectabat, non verò ad Milites, eoque minus ad Equites Certum ſane eſt, Vegetio teſte Lib. I. Cap. XI. & Lib. II. Cap. XXIII. exerceri conſueviſſe Tirones in militia *ad Palum*: eiſque adſtitiſſe plane videtur *Magiſter* aliquis. At ejuſmodi exercitium *Ludi* nomine fuiſſe deſignatum, nondum inveni. Magiſter ille *Campidoctor* appellabatur. Quare adhuc inquirendum.

5 *Romæ,*
in ædibus Antonini Frangepanis.
E schedis meis.

C. PVBLICIVS. C. F. PAP. QVIETVS
TICINO. MIL. COH. XII. VRB. 7. VERI
MIL. AN. XII. VIX. ANN. XXX.
C. MARIVS MAXIMVS
COMMANIPVLARI AMICO
POS

Habes heic *Ticinenſes Papiæ* Tribui adſcriptos. Inde, ut ſupra innui, inditum poſtea ſuſpicor Ticino *Papiæ* Cognomen, quod Nomen evaſit. Apud Reineſium pag. 519. legitur C. DECCIVS PAPIRIA TICINI MILES. Scriptum ibi fuerit PAP. aut PAPIA.

6 *Bononiæ,*
in ædibus Tipographiæ Sancti Dominici.
Exscripsit amicissimus Gherardius Mutin.

D . . M
SEX. PVFIO
QVARTO. MIL
COH. IV. PR
BVCINATORI
(*sic*) ALLIATOR
ORIES STATOR
AVG. MVNICIPI
OPTIM

7 *Aquilejæ,*
in Cathedrali.
Misit Canonicus Bertoli.

PVP
EVGIADIVS
COH. II. PR
7. GER. M. PRO
CLAVDI. DEDIT

8 *In Africa.*
Ex Gorio.

D M
M. PVRVLADI AM L COLLV
PR. PVSP. 7. CALLESTIANI Q V
A. XXX. MIL. A. XII. FAVRIA M
VARIVS COMMANI
ARI

Lego in ſecundâ lineâ MIL. COH V. PR. P. VIC. ideſt *Miles Cohortis Quinctæ Prætoriæ Piæ Victricis.*

1 *In Tusculano Marchionum de Bevilaquis agri Bononiensis. Ex Malvasia.*

D . . M
QVIETO. FRV
LEG. XXX. VV
Q. FLACCINIVS
VERVS FRVM
LEG. EIVSDEM
. H . F . C

Frumentarii Legionum supra in aliis lapidibus nobis occurrerunt.

3 *In* Petronell *ad Danubium. Ex Comite Marsilio.*

P. QVINTIVS
P. F. PVBLI. VETER
LEG. XV. APOLL.
ANNORVM [illegible]

5 *In Arce Belgradi. E schedis Francisci Justiniani misit Comes Franciscus Valvasonius.*

D . M
T. FL. T. F. QVIRINA. VICTORINO
DONATO HASTIS. FAL. COR. MV
RALI. ET. T. FL. VICTORI. F. EIVS
ET. FLAVIAE. VICTORIAE. PV
ELLAE. SPEDIA. MATER. DESOLATA. FE
MINA. MARITO. KAR. ET. FILIIS
DVLCISSIMIS. VIV. FECIT

6 [illegible] *Brixiæ, in Sancti Nazarii. Ex Ligorio, & Octavio Rubeo.*

C. REXIO
P. F. FAB
NAVILIANO
SENIORI
EQVO PVBLICO
OMNIBVS
HONORIBVS
MVNICIPALIBVS
PERFVNCTO

2 *In oppido Causularum. E schedis Belloniis apud Apostolum Zeno.*

IOVI OPTIMO MAXIMO
SEX. QVINTILINVS
QVIR. SENECA
VETER. COH. TITI PR. V. S. L.

4 *In Castro Veteri ditionis Aquilanæ, in tergo Ecclesiæ Sancti Cypriani. E schedis meis.*

D . . M . S
P. QVINTIO. SEX. F. QVIR.
TIRONI. MIL. COHR. XI.
VRB. 7. SCAETI. ET. SEX.
QVINTIO. SEX. F. QVIR.
FIRMO. MILITI. COH
XI. VRB. 7. SABINIANI. EX
COLLEGIO. I. O. M. SEX
QVINTIVS. SEX. F. QVIR.
FIRMIVS. AED. PATER
P.

Animadverte *Collegium Jovis Optimi Maximi*, antea nobis ignotum.

7 *Ad* Cisluch *in Insula Naronis fluvii. Ex Donio.*

L. RICCIVS. L. F. VEL. PESSI
NVNTE. ANN. LX. VEL. MAR
CIA. MAXIMA VXOR
L. RICCIVS. L. F. VALENS
L. RICCIVS. L. F. GALLVS
RICCIA. L. BVLLA. H. SS. L.
ATILIVS. L. F. VEL. VETER
LEG. VII. AVVNCVLO SVO
POSVIT ET SIBI

In primâ lineâ VEL. Tribum *Velinam* significare potest. *Velitem* tamen puto: Itidem in secundâ interpretor VELITEM. *Velites* in militia nullus Eruditorum ignorat. Attamen, ut alibi monui, in lapidibus eorum mentio occurrere minime consuevit. Habes heic tres, ut opinor, Velites, inter quos unus *Veteranus*. Siglas H. SS. L. in sextâ lineâ exponere mihi liceat *Hoc Siti Sunt Loco*. *Pessinus* Civitas Galatiæ notissima.

1 *Brixiæ.*
Ex Octavio Rubeo.

M. ROMANIO
M. F. FAB
MACRINO
VETERANO
LVCRETIVS CENSORINVS
M. NONIVS ARRIVS

3 *In Oppido Sancti Pauli supra montem.*
Misit P. Revillas, Abbas Hieronymianus.

D . M
ROSCIE. IANVARIAE. CONIVGI
DVLCISSIME. CONIVGI. ET
CARISSIMAE. ET. SANCTISSIMAE
OPTIME. FEMINE. BENEME
RENTI. FECIT. L. DOMITIVS
LVPERCVS. VETERANVS. AVG
C. Q. V. A. XXVII. ET. SIBI

Ideſt *Cum Qua Vixit Annos XXVII.*

5 *Romæ,*
in domo Johannis Mangonis Architecti.
Ex Ligorio.

DIS MANIBVS
SEX. RVLLIO. SEX. F
SERGIA
MASONIO
VETERANO
SEX. RVLLIVS
SEX. F. Q. N. AVTIVS
MILES. DVPL. ARM
FRATRI. PIEN
TISSIMO
FECIT

Vegetius Lib. 2. Cap. 8. commemorat *Armaturas duplares, quia binas conſequuntur annonas, Simplares, quia ſingulas.*

7 *In oppido Corbario in Marſis.*
Ex Phœbonio.

SABIDIVS. C. F. PAP. PRIM. PIL
SV. ET LEG. X. ET LEG. VII. TAVT
IN. X. PRIMVM. PIL. DVCERET EODEM
TEMPORE PRINCEPS ESSET. LEG. VI.
PRAE. B. GV. CAESAR. DIVVS. AVG. ET
TI. CAESARIS. AVG. DEM. SVA
A. DONAVIT
CORNELIA. AVG. N. P. PVPILLA. V
S. R. CRISPINA. NEPTIS

Et heic plus quàm alibi habes, unde Mutii Phœbonii negligentiam arguas, qui tot Marſorum lapides deformatos nobis dedit.

2 *Florentiæ,*
in Muſeo Mediceo.
Ex Gorio.

M. ROMANIO
EVOKA. AVGG. NN.

4 *Tuſcanellæ,*
in lapide effoſſo apud Lacum Volſinium.
Miſit Sebaſtianus Dinius Civis Tuſcanellenſis.

C. RVFIO. C. F
POMP. FESTO
P. P. TRIB. COHORT. V̄. VIC
XII. VRB. III. PR. PROC
PROVINCIAE DALMA
TIAE. ET. HISTRIAE
C. RVFIVS. FESTVS
LAELIVS. FIRMVS. C. V. ET
RVFIA. C. F. PROCVLA. C. F
PATRI PIENTISSIMO
L. D. D. D

Vide Sponium pag. 99. & Fabrettum pag. 742. qui Lapidem proferunt, in quo *Rufius Feſtus V. C. gemino Proconſulis auctus honore* memoratur. Alteram quoque Græcam Inſcriptionem edidit Gruterus pag. 464. num. 7. in qua *Rufius Feſtus Helladis* ab Athenienſibus honoratur. Hanc & ego emendatiorem dedi in Claſs. VIII. *Senatus Conſult.* Habemus heic geminos *Rufios Feſtos*, e quibus ſenior *Proconſulatum* geſſit *Delmatiæ & Hiſtriæ.* Ad unam eamdemque gentem hi omnes ſpectare videntur.

6 *In Monte Sancto.*
E ſchedis Nicolai Pacediani.

D . M
ET MEMORIAE AETERNAE
RVSTICINI ERENNI. VET. LEG. XXX. RIC
QVI VIXIT ANNIS LXXXV. PATRI PIENTIS.
RVSTICINA SVPERA PONENDVM CVRAVIT
ET ESYVIA VRSIA CONIVX QVAE CVM EO
VIXIT ANNIS XXXXII. SINE VLLA MACVLA
ET SVB ASCIA DEDICAVIT

Quid eſſet in tertiâ lineâ RIC. cognomentum nempe *Legionis XXX.* ignorabam. Bene ceſſit, quod hoc ipſum Marmor accepi a Cl. V. Joſepho Bimardo, Montis Seleuci Toparca, Is autem habet LEG. XXX. VICT. ideſt *Victricis*. Præterea in ejus exemplo legitur PIENTISSIMO P.....RVSTICINA VR.,...PONENDVM CVRAVIT ET ESTIVIA VRSA. Præferenda lectio Pacediani, qui ducentis ante Annis Marmor ſub oculis habuit.

1 *Romæ, in ædibus Farnesiis. E schedis Francisci Ptolomei, & ex Josepho Castalione.*

DIS. MAN
Q. SAENI. Q. FIL. FAB
POMPEIANI
COND. IIII. P. AFR.
FVFICIA. CLYMENA
VXOR
PROSDECTVS. ET
TRYPHERVS
LIB

Nisi sit corruptâ vox COND. in quartâ lineâ, novum fortassis habes heic Officium in *Quadriremi P. Africani*. Sed vereor, ut diligentiâ, quâ par erat, exscripta fuerit vox ista.

2 *In incerto loco, Ex Donio.*

P. SAFINIVS. C. F. POL
GRATVS. SPECVL
VIXIT. ANNOS. XXII.

3 *Bononiæ, in Instituto Scientiarum. Exscripsit amicus Gherardius, Mutinensis.*

7. SALLVS TI PROCVLI
M. AVRELIVS M. F FL NERO SCISCI
L. MARIVS L F FL CANDIDVS SCISCI
M. ACILIVS M F VEL MARCELLVS AQVIL
P. AELIVS P F AEL SCANTIVS MVR
M AVREL M F VLP EVRETVS ANCH
M AVREL M F VLP LARINVS ANCH
M AVREL M F VLP MINDIANVS ANCH
M AVREL M F VLP DARDANVS SER
M AVREL M F VLP CELSVS PAV
M AVREL M F VLP MAIOR BE
M AVREL M F AVG MARCIANVS TR
M AVREL M F FL ARCAINVS
M AVREL M F FL
M AVREL M F
M AVREL M F
M AVREL

Istorum Militum Patria indicari mihi creditur in postremis vocibus. SCISCIAE quoque mentio infra occurret in Inscriptione *C. Valerii Spectati*. De hoc Oppido, seu Urbe, nihil habet antiqua Geographia. Verum ex Cl. Comite Ferdinando Marsilio didici, *Sciscium* in *Sirmio* fuisse.

4 *Patavii, in Sanctæ Justinæ. E schedis Farnesiis.*

OSSA SALVINI
SEMPRONI. CE
ROM. LEG. XI
ANTIOCO
LICINIA LL. F

5 *Lugduni. Misit Bimardus V. Cl.*

AETERNAE
SALVIO MEMORI
VET. LEG. I. M. EX OPTI
ONE. ET. ISATIAE
CONIVGI. EIVS. ALV
DISAS. VET. LEG. I. M
GENERO. ET. FILIAE
PIENTISSIMAE
POSVIT

6 *Neapoli, in suburbano N. V. Januarii Mazzæ. Misit Ignatius Maria Como.*

D . M
L. SALVO. PVDENTI. MILITI
EX. CLASSE PRAET. MIS. DE. III
CONCORDIA. NAT. BESSO. VIXIT
ANNOS XXXV. MILIT. ANN. XVI.
BARBIVS CRESCENTIVS EX
CENTVRIONIB. EIVSDEM CLASSIS
HERES B. M. FECIT

Salvius iste *Pudens* fuit Miles in *Triere*, seu Triremi ex Classe Misenate; cui vocabulum CONCORDIA.

7 *Bovarni, in agro Brixiano. E schedis Farnesiis.*

L. SARNIVS. C. F
FAB. VEXILLARIVS
VETER. LEG. IIII. SIBI
ET POPILIAI. T. L
HIPPANI ET CAPI
TONI. F. ET PRISCAE
F. ET. FIRMO. F

1 *Tridenti*,
in Palatio Principis Episcopi.
Misit Jacobus Tartarottus, eruditus Civis Roveretanus.

V . F
SASS. IVS. REM
F. I. VBIA. E. E. SDR
AE. VXSORI. TVRI
BAP BARVTAE. F.
PLADIAE. SASSI. CVRIS. FI
ET. VERECVNDAE. FVN
DANIAE VSXORI
M. CVRISIO. SABINO
MILES LEG. XXI
RAB. ET SVIS

NON IVVAT EX PILLA
TM ABS TE ZELE LEVARI
QVANTVR CHRISTOPHORI
TEMPORE MADRVTII

In secunda & tertia linea prioris Inscriptionis legendum opinor *Sassius Remi Filius* fecit *Ubiæ Esdræ Uxori Turi Bap.... Barutæ Filiæ* &c. In postremâ lineâ scribe RAP. idest *Rapacis*; In penultimâ verò scriptum MILES pro MILITI. Altera Epigraphe, quæ heic subest, recentioris ævi fœtus est.

2 *Florentiæ*,
apud Vecchiettos.
Ex Gorio.

SATRIVS. A. F. SCA
LIBANVS. FLOR. MIL.
COHOR. PR. MARTIALIS
MILITAVIT. AN. X. VIXIT
ANN. XXXIII

3 *Romæ*,
prope Sancti Augustini.
E schedis Fratris Jucundi misit Gorius.

D . M
M. SATVRIVS CELEIA
EQ. COH. X. PR. 7. APTI
MIL. ANN. XII. VIXIT
ANN. XXX. H. I. C

Celeja Civitas supra nobis occurrit in Inscriptione *C. Firmidi*. Postremas siglas sic redde: *Heic Jacet Conditus*.

4 *Ibidem*,
apud Angelum Colotium.
Ex Ligorio.

D . M
M. SATVRIVS
M. F. CLA. MAXIMVS
VET. COH. X. PR
ANN. XVI. VIX. A
XLIII. H. C. F

Siglas interpretor: *Hic Conditus Fuit*. Aut *Heres curavit faciundum*.

5 *Ibidem*,
in ædibus Chisianis, ad Sancti Apostoli.
E schedis Ptolomeis.

T. SATVRNINO SESQVI
PLIC. EX NVMERO AQVIT
SINGVLARIVM AVG. CLAVD
VIRVNI TVRMA MACEDONIS
MIL. AN. XXI. VIX AN
FACIENDVM CVRA
SEXTILIVS AMI

Sesquiplices mihi creduntur iidem atque *Sesquiplares*, qui nempe annonam unam semis consequebantur. *Saturnino* huic Patria fuit *Claudia Virunum*, Civitas Norici a Plinio laudata. Apud Gruterum pag. 569. num. 7. legitur NAT. NORICVS. COL. C. VIRVNVM. Quid eæ literæ significent, nunc discimus, nempe *Colonia Claudia Virunum*.

6 *Ancyræ*.
Ex Tournefortio misit Joseph de Bimard,
Montis Seleuci Baro.

D . M
C. SECVNDI
NO IVLIANO
EQVITI LEG
XXII. PR. PP. AN
N. XXXV. STIP. XV
C. SERANIVS VE
CTIVS SECVNDVS
HERES ET CONLEGA
F . C

Doctiss. Bimardus animadvertit, pro PR. PP. in quinctâ lineâ legendum esse PR. P. F. scilicet *Primigeniæ Piæ Fidelis*, seu *Felicis*.

7 *Clusone*
in agro Bergomate, ad Portam Prætorii.
Ex Patre Cælestino, Capuccino.

ARMORVM CVSTODI
SECVNDIO ET TERTIA
SORORES
EX TESTAMENTO
EIVS
FACIENDVM CVRARVNT

1 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre, Episcopo Hadriensi.

D M
A. SEIO ZOSIMIANO
EQVIT. ROM. PRAEF. COHORT
III. BRACAR. AVG
TRIB. LEG. XI. CL. SVCCVVIAE
ET. DEC. ANTIATI. A. SEIVS
AFRICANVS. PAT. PIISSIM. B. M. FECIT

Vide Gruterum pag. 466. num. 5.

3 *Parentii*
in Istria.
Misit Comes Franciscus Brembatus Bergomas.

D M
M. SEMPRONI
SVCCESSINI EQ. R
M. SEMPRONIVS

5 *Brixiæ.*
Ex Puccinellio.

P. SENECIO. P. F
FAB. GARRVLO
FILIO
EQVO PVBLICO
PRAEF. FABR. QVAEST
HEREDES EX TESTAMENTO
EIVS

8 *Romæ,*
in Museo Kircheriano,
Ex P. Lupo, Societatis Jesu Presbytero.

D M VIGI
SEPTIMIVS. IVBENALIS. 7. COHORT. PRIM. TRAIA
XI. VRBANAE. HOC. MONIMENTVM. VIRGINE
IN FRONTE. PEDES. XII. IN. AGRO. PEDES XVI
CVM. TERRVLA. PVRA. AB. ANTE ET. DEXTRA
LAEVAQVE. AD. MVRVM. SICVT. TERMINVS
DEMONSTRAT. LONGVM. PEDES. LII. LATVM
PEDES XXXV. COMINIAE. SEMNETI. COIVGI. IN
COMPARABILI. ET SEPTIMIAE. COMINIAE. FILIAE
SVABISSIME. RAPTIS. CVM. FAVSTO. SOCERO. COM
PARAVERVNT. DE. CORNELIA. CHARITINE. ET. SIBI
ET. LIBERTIS. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. SVIS

Vox VIGI. in prima lineâ fortasse exciderat Marmorario, qui eam fcalpro superadditam exculpsit, ita ut agnoscatur *Septimius* iste *Juvenalis* exstitisse *Centurio Cohortis Primæ Vigilum Trajanæ*, & *Undecimæ Urbanæ*. Animadverte novam formulam *Monimentum virgine*, ita quippe appellatum, in quod nullum antea cadaver invectum fuerat. Nec dissimili significatione metaphoricus ejusmodi vocis usus apud nos invaluit, qui solemus quandoque dicere *Vino vergine*, *Olio vergine*, *Negozio vergine*, videlicet *quel vino, che non ha bollito sul tino: quell' olio, che si trae da ulive non riscaldate: e quel negozio, di cui non si sia per anche trattato.*

2 *Ravennæ*
in Monasterio Classensi.
Misit Sancassanius Medicus.

SELEVCVS
OPTIO. III. DIANA
CONIVGI. BENE. ME
RENTI
ATINIA SECVNDA
FILIA. ET MARCVS
COMMATRONIVS

Seleucus iste fuit *Optio* in *Triere*, cui cognomen *Diana*; posuitque hunc titulum conjugi suæ, cujus nomen & agnomen reticetur.

4 *Cordubæ.*
Ex Johanne Pierio Valeriano.

SENECAE TARQ.
AED. Q. II. VIR
EQVO PVBLICO
DONATO

Idest, ut censeo, *Senecæ Tarquinio*, *Ædili Quinquennali*, *Duumviro* &c.

6 *Romæ,*
in Museo Albano.

SENNIO. L. F. EV
LARI MILIT. COH
VIG. MAGNI
IVLIVS CANDIDVS
HERES B. M

7 *Bajs,*
lapis effossus Anno Christi 1736.
Misit Ignatius Maria Como.

D M
SEPTIMIAE. DOMITIAE. Q. V. ANN. XLV.
AVRELIVS. VITELLIVS. MIL. CL. PR. MIS
NAV. FEL. III. MINERV. SIBI. ET. CONIVGI
INCOMPARABILI. B. M. F
LIBERTABVSQVE POSTERISQVE

Percontaberis, quid significetur in tertiâ lineâ per voces hasce breviatas NAV. FEL. III. MINERV. quid dicam non habeo. Dum quisquam meliora ferat, liceat legere: in *Navi Felici Triere Minervæ*; neque enim *Navarchum* in *Felici* illa Triere excogitare audeo.

9 *Ibidem, in Museo Albano.*

D M
L. SEPTIMI EQ.
S. AVG. TVR. FESTI
AN. XXX. MIL. AN. X
NATIONE CL. SAVARIA
AIVS MAXIMVS II.
IVS POSVIT

Septimius iste fuit *Eques Singularis Augusti* in *Turma Festi*. Patria huic fuit *Claudia Savaria*, sive *Sabaria*, tunc Romanorum (ut puto) Municipium (nunc *Sarvvar* nuncupatum) in Pannonia Prima, quæ postmodum in divisione Illyrici, juxta Notitiam Imperii, paruit Præfecto Italiæ. Vide infra Inscriptionem *M. Ulpii Justini*.

1 *Castulone in Hispania.*
Ex Donio.

L. SEPTIMIVS. Q. F. SEMPRONIANVS
P. P. LEG. IIII. GEM. VICTR. SIBI. ET
FVLVIAE. C. F. FVSCILLAE. VXORI
DVLCISSIMAE. CVM. QVA. VIXIT
ANN. XII. M. II. DIES. VI
SINE QVERELA

2 *Narbone.*
E schedis P. Montfauconii
dedit Bimardus.

Q. SEPTIMIO
ET. SIGNIFERO LEGIONIS
IIII. MACEDONICAE. DO
MO. FORO. IVLI. ET OR
TENSIAE MONTANAE W. C

Uti Clarifs. Bimardus animadvertit, nulla fuit Legio *Quarta* Macedonica, sed quidem *Quinta*, & sic fortasse legendum. *Forum Julii* est heic *Frejus* Gallorum, non Italicum, sive Carnorum.

3 *Ravennæ,*
in Monasterio Classensi.
Misit P. D. Mariangelus Fiacchi,
Monachus Camaldulensis.

C. SERENI
APOLLINAR
III. NEPTVNO
G. V. A.
XXXII. M. A. VI
C. DIONYSIVS
APOLLINAR
FRAT. ET. HER
P

Serenus iste *Apollinaris*, Miles fuit in *Triere*, seu Triremi, cui vocabulum *Neptuno*.

4 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ Majoris.
Ex Ligorio.

D . M . S
CN. SERGIO. CN. F
SCA
PHILARISTO
MIL. LEG. III. ITAL
MILIT. ANN. X
VIX. ANN. XX
T . F . I
IN. FR. P. XVII
IN. AGR. P. XXV. S

5 *Cortonæ,*
in Sancti Domnini Vallis Prælii.
Ex Gorio.

M. SERTORIVS. M. F
ST VERECVNDVS
CORTONA
M. COH. PR. 7. ANNI
VIXIT ANNIS XXI
MILITAVIT. ANNIS. V.
EX. T. F. I.

Cortona nobilis Etruriæ Civitas, cujus & apud veteres celebre est nomen. *Stellatinæ* Tribui eadem adscripta fuit.

6 *Veronæ,*
in Museo publico.
Ex Marchione Maffejo.

Q. SERTORIVS
L. F. POB. FESTVS
CENTVR. LEG. XI
CLAVDIAE PIAE
FIDELIS

7 *Moguntiæ in Arce.*
E schedis Ambrosianis.

QVIETI. ET. PERPETVE. SECVRITATI. SERVANDIAE
BARBARE. QVE. VIXIT. ANNIS. XXX. MENS. IIII. DIES. VIIII.
SILVESTRIVS. SERVANDVS. CIRC. N̄. CATTHARENS
IVM. CONIVGI. DVLCISSIME. ET. RARISSIME. ET SERVA
NDI. ETERVS. SERVANDA. SEVERINA. BARBAR. MATRI
PIENTISSIME. CVM. PATRE. POSVERVNT

Silvestrius iste *Servandus* fuit *Circitor Numeri Cattharensium*: officium nempe militare. A circumeundo quippe vigilias dicti *Circitores*, quo vocabulo utitur Vegetius Lib. XV. de re militari. Veteri ævo apud Romanos circumibant vigilias Tribuni, teste Livio, quum inquit: *A custodibus probra in circumeuntes vigilias Tribunos jacta.* Sed quinam Populi *Cattharenses* fuerint, nondum inveni. Quæ nunc Delmatiæ Civitas, *Cattaro* appellatur, fortassis antiquior est, quàm vulgo credatur.

1 *Parmæ,*
in Sancti Alexandri.
Ex Bonaventura Angelo.

C. SERVILIVS. C. F
TRIB
PRIM. PILVS CASTROR
PRAEFECTVS FIERI IVSSIT

Ideſt *Primipilus* & *Præfectus Caſtrorum*. In ſchedis Ramberti apud doctiſs. Johannem Dominicum Bertoli Canonicum Aquilejenſem legitur PRAEFECTVS CASTRO . . . .

3 *Salonæ*
prope rudera Amphitheatri.
E Johanne Lucio.

Q. SERVILIO
M. F. PALAT
PACVVIANO AED
PRAEF. COHORT. I.
MORINORVM
M. SERVILIVS COPIEN
SIS. PACVVIANVS
PATER FECIT ET SIBI

Cohors Prima Morinorum ex hoc marmore primùm innoteſcit. *Morini* celebris olim Populus in Belgio, cujus meminere Cæſar, Strabo, Vergilius, & alii.

5 *Ravennæ,*
in Sancti Salvatoris.
Miſit P. D. Petrus Paulus Ginnani,
Prior Benedictinus.

SESTIAE. FVGINAE. NAT. ITALICA
VIX. ANN. XXI. MENS. VI. DIEB. XXIII
C. SESTIVS. CAPITO. VET
FILIAE. ET. SIBI. ET
C. SESTIVS. SATYRVS. LIBERT. V. P

VET. fortaſſe. *Veteranus.*

7 *Coloniæ.*
Ex Jacobo Tollio.

D M
C. SEVERINIO VITALI VETERANO
HONESTE MISSIONIS EX BF. COS
LEG. XXXV. SEVERINIA SEVERINA
FILIA PATRI KARISSIMO ADSEREN
TE VITALIANO HILARIONE LIBERTO
FACIVNDVM CVRAVIT

Ideſt *Ex Beneficiario Conſulis.*

2 *Neapoli,*
in ſuburbano N. V. Januarii Mazzæ.
Miſit Como, *Patricius Neapolita.*

D M
C. SERVILI PAVIIN
MIL. DVPL. CL. P. MI
SEN. FIL. DVL. VICASIA

Fortaſſe legendum PAVLIN.

4 *Capuæ, ſeu Firmi.*
Ex Donio.

D M S
Q. SERVILI. VICANI
VETERAN. LEG. XII. FVL
SERVILIA. FELICISSIMA
LIB. PATRONO. OPTIMO
Q. Q. Q. SERVILII. SABINIANVS
RVFINVS

Legionis Duodecimæ Fulminatricis mentionem animadverte. Tria Q. Q. Q. prænomina ſunt trium *Quinctorum Serviliorum*, quorum duorum agnomina heic tantùm ſuperſunt.

6 *Romæ,*
prope Sancti Andreæ, Viâ-Caſſiâ.
Ex Donio.

A. SETINIVS. M. F. POM
MAXIMVS. ARRETIO
MIL. COH. II. PR. 7. VIBI
MILIT. AN. VIIII. VIX. AN. XXX

Vide Fabrettum pag. 133. qui non adeo emendatum lapidem hunc dedit. *Arretinus* fuit iſte Miles.

8 *Ophenæ,*
in Sancti Marci,
in confinibus ditionis Aquilanæ.
E ſchedis meis.

SEVERO
MISSO HONESTA
MISSIONE
EX. COHORTE. IIII.
PRAETOR. HEP
T. FLAVI

9 *Piſauri,*
apud Nobb. de Paullis.
Ex Hannibale de Abbat. Oliverio.

SEVERINAE
HOSPITAE
SANCTISSI
MAE. P. AELIV
S. TERTIVS 7
LEG. III. CYR

1 *Romæ,*
E schedis meis.

SEX. SELANIVS P. F. MANDATVS
MILES LEG. XV

2 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ dell' Anima.
Ex Ligorio.

SEX. SEXTIVS
SEX. FIL. QVIR.
BASSVS. MIL
COH. X. VRBAN
VIX. ANN. XXXV
H F C

4 *Ibidem,*
in vinea Diabolelli, in Via Appia.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS MAN
SEX. SEXTIO ❦ CARPOPHO
RO ❦ TESSERARIO ❦ LEG
VI. FERR. AN. VIII. Q. VIX. AN
LVII ❦ M ❦ VIIII ❦ D ❦ VIII. B. M. F
SEXTIA ❦ IVNIA VXOR

6 *Attidii,*
in agro Fabrianensi.
Ex Eminentissimo Passioneo.

L. SIBIDIENO
L. F. OVF
SABINO. TRIB
MILIT. PROC
PROVINC. AFRIC
PATR. MVNIC
T . P . I

Attidiates in Umbria memorat Plinius. Hinc discimus, *Attidium* fuisse *Municipium*.

7 *Morviedri in Hispania.*
E schedis Farnesiis.

SILANO
IVSTO AN
C. LEPIDI F
SEVIRO EQVI
VRBANO TRIBVN
SORTITO PE
SAGVNT

3 *In oppido Sancti Leonardi*
in Austria.
Ex Actis Lipsiensibus Eruditorum.

M. SEXTIO VETTONANO
AED. M. AEL. CE. ANN. LXX.
ET VINDAE TERTI. F. CON. AN. L.
P. AEL. MARCIANO. F.
MIL. COH. IIII. PRAE. ANN. XX. STIP. III.
ET. AV A A MAXSIMO
ET. CON N. LXXX. M. S. SM
OL AE L CE. I. HL. TAGPE. M. S
SII. XII. ET
SEX. SARMINIO. MI. L. II
S AN. XV.

Marcus Sextius iste *Vettonianus* fortasse fuit *Ædilis Municipii Ælii Celejæ*, seu *Cellejæ*, de qua vide Inscriptionem supra *Cajo Firmidio* positam. Fateor tamen, nusquam alibi Celejam occurrere cum cognomine *Æliæ*. Quare locus restat meliora quærendi.

5 *In Castro Albacinæ,*
agri Fabrianensis,
apud Camaldulenses.
Misit Dionysius Sancassanius.

C. SIBIDIENO
C. F. OVF
MAXIMO
TRIB. COH. II. PR.
L. SIBIDIENVS

8 *Neapoli,*
in Museo Valletta.
Ex Vignolio.

D . M
QV. SILICIO. SILBA
NVS. NAT. AFER. VIX. AN
IX. EMERIT. CL. PR. MIS
QV. T. SILBANVS. FIL
MESSEA. IANVARIA
CONIVX. B. M. F

Pro Q. V. lego P. V. idest *Piæ Vindicis*, ut infra in Inscriptione *C. Suagii*.

1 *Budæ.*
E schedis Franc. Justiniani
misit Comes Franc. Valvasonius.

C. SOSIO. CISSIANO
MILITI. LEG. II. ADIVT
ARMOR. CVST. ET
DVPLARIO. STIP. X
IIII. ANN. XXXII * PORO
LISSENI SI PRODI * NO
VIVS. PROVINCIA
LIS. MIL. LEG. EIVSd
HERES. FECIT

Corruptas eas voces POROLISSENI SI PRODI, restituat qui potest.

5 *Apud Arechtheam Acarnaniæ Civitatem.*
E schedis Barberinis Cyriaci.
Misit Nob. V. Pompejus Compagnonius.

ΕΠΙ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΥ
ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΓΟΡΓΙΑΣ
ΖΗΝΩΝ ΝΙΚΑΝΔΡΟΥ
ΣΩΣΑΝΔΡΟΣ

Hoc est:

Sub Stratone Duce belli
Andronicus Gorgias,
Zeno Nicandri,
Sosander.

2 *Romæ,*
apud Piccardinos.
E schedis Fratris Jucundi, & ex Donio.

DIS. MANIBVS. SOSSIAE
GNOMAE. L. VIBIDIVS. L. F
CAM. PRAESENS. RAVEN
7. COH. IV. PR. MATRI
PIENTISSIMAE. FECIT

Ergo *Ravennates Camillæ* Tribui subjuncti fuere.

3 *In agro Bajano.*
Ex Donio.

D M
M. STABERIVS. M. F. QVIR. LACER
7. COH. VI. SPECVLAT. CLASS. MISEN
V. FECIT. SIBI. ET. STABERIAE VERI
DIANAE MATRI ET. L. STABE
RIO PROCILLO. FILIO. DVLCISSIMO
VIX. ANN. XII. M. VII. D. IIII. HOR. II

4 *Apud Civitatem Patras*
in Peloponneso.
E schedis meis, & Cyriaci Anconitani.

T. STATILIVS. T. F. PAL. FELIX
EQVO PVBLICO TRIB. CHO.
XXVI. VOLVNTARIORVM
VIXIT ANNIS XXXV
MENS. III. DIEB. XVII

Cohortem XV. *Voluntariorum* vidimus supra in Inscriptione *Ti. Claudii Priscilli*. Heic habemus *Cohortem XXVI.* eorumdem, cujus Tribunus fuit *Statilius* iste Felix.

6 *Florentiæ,*
in Museo Mediceo.
Ex Gorio.

C. SVAGIO. A. F. PAP. CAECILIANO. PRAEF. LEG. III. CYRENAI
CAE. P. P. LEG. XX. VALERIAE. VICTRICIS. PP.
OVATIONI. CLASSIS. PRAETORIAE. MISENATIVM PIAE
VINDICIS. ET THENSAVRIS DOMIN OPI
PVM. DEVEHENDAR. 7. LEG T E INAI
PRIMAE PARTHICAE ET XVIIII ADA
CLASSIS PRAET M. PLAE
VI TIONI PEREGR V RIMIA
TVA IA LGIO

Deformatam a tempore habes. Deterioribus nævis fœdatam dederat Fabrettus pag. 385. Apud Gruterum *Legio XX.* in aliquot lapidibus appellatur VAL. VICTRIX, quod in Indice Gruteriano evasit *Valens Victrix*. At ex auctoritate hujus marmoris legendum est *Valeria Victrix*, uti plane vides in secundâ lineâ. Ceterum dolendum, tot excidisse ex præclara hujusmodi Inscriptione.

1 *Augustæ Allobrogum, in maceria Templi maximi. E ſchedis meis.*

SVCCESSVS
SILVANI F. EQ. AL.
I. AVG. TVR. IVL.
OCTAVI. STIP. XIIII
VIX. ANN. XL.

2 *Ad Portam Plebis Lumeſanæ, in agro Brixiano. Ex Rubeo.*

SVGASSIS
HANIVS
DIAE STAI F
VXORI ET SVGASI ET STAIO
FILIS MILITIBVS
DEFVNCTIS LEG. XXI.
RAPACIS EGO FILIS TITVLVM
POSVI QVOD MEI II. FILI
DEBVERVNT

MEI II FILI. Lege MEI MIHI FILI.

3 *Romæ, in ædibus Marchionis Taſſii. E ſchedis Ptolomeis.*

D . M
P. SVLLIO GAENVCIA
NO MILITI COH. X
VRB. SEVERI VIX
ANNIS XVIII. MEN. VI
DIES XXII

4 *Ibidem, in Villa Mattej. Ex eiſdem ſchedis.*

D . M
L. SVLPICI. ARTEMI
DORI. MIL. CLASS. PR.
MISENENS. IIII. FORTVN.
NATIONE. AEGYPTIVS
VIXIT. ANN. XXX. MILI
TAVIT. ANN. VIII
C. VALERIVS ACHIL
LEVS. EX. EADEM
H . B . M . F

En *Tetrerem*, ſive *Quadriremem*, cui nomen *Fortuna*.

5 *Capparæ in Hiſpania. E ſchedis Ambroſianis.*

M. SVLPICIO
DAETI F. CA
CAPERENSI E
ALAE II. THRAC. V
MA. IVLI. PROCV

Capera Plinio, *Capara* Ptolomeo, Luſitaniæ olim Civitas fuit, & adhuc nomen ſervat.

6 *Neapoli, Ex Vignolio.*

D. M. L. SVRDINI SA
TVRNINI. IIII. AR
MATA. NAT. AFER
VIX. ANN. XXXX
MILIT. AN. XVIIII
CLODIA. SECVNDA
MATER. FIL. BEN. M. F

Surdinus iſte Saturninus fuit Miles in *Quadriremi*, cui vocabulum *Armata*.

7 *Romæ, in Sanctæ Mariæ in Via Lata. Ex Donio.*

DIS. MANIBVS. SACRVM
L. TACITI. L. F. LEM. DVBITATI
VIX. ANN. XVII
L. TACITVS. L. F. LEM. SECVNDVS
PARENTIO. 7. COH. II. PR. ET. TACITIA
PARENTES. FILIO. OPTIMO. ET PIISSIMO
FECERVNT ET SIBI POSTERISQVE SVIS

Parentium Hiſtriæ Civitas, hujus Militis patria, Plinio ac Ptolomæo memoratur.

8 *Neapoli, apud PP. Oratorii Philippini. Miſit Ignatius Maria Como.*

D . M
C. TAMVDIVS CASSIANVS
MIL. CLASS. PR. MISENS
MANIP. III. PROVIDENTIA
NATIONE SARDVS VIXIT
ANNIS XXVIII. MIL. ANN. VIII
SEX. IVLIVS QVIRINVS MANIP.
III. FORTVNA HERES
B . M . F

Ideſt *Manipularis*, ſive *Manipularius* in *Triere*, cui cognomen *Providentia*.

9 *Ravennæ, in Archiepiſcopio. Exſcripſit Dominicus Vandellius, Mutinenſis.*

D . M
T. TARQVI
NI IVVENA
LIS IIII PAD
NA. GERMA

Alteram *Tetrerem*, nomine *Padna*, ſeu potius PADO, tibi exhibeo.

1 *Romæ,*
in vinea Actii Arcionis.
Ex Ligorio, ac Donio.

D. M
ET MEMOR. SACRVM
A. TERENTIO. A. LIB. PAL
SEXTILIANO
SECVNDICERIO
VIX. ANN. XLIIX
D. XXVI
M. AVRELIVS. EVOK
COH. VIII. PRAET. AMIC
KARISSIMO. FECIT

Inconditis literis hanc Inscriptionem exaravit Marmorarius, ex Sæculi sui fortassis inscitiâ. Donius legit in quintâ lineâ SECVNDICENO. Verùm præferenda est lectio Ligoriana. In Codice quippe Theodosiano reperimus *Secundicerium Notariorum*, Lib. X. Tit. X. l. XXI. quæ data est Anno Christi 396. Id munus ac nomen ævo illo novum non fuit.

2 *Ad Sancti Deserti.*
Misit Bimardus.

CAIVS TERENTIVS
BONIVLVS LETRE
SIVE ERIMITVS
V. S. ET SVIS

Fortasse VETER SIVE EMERITVS, uti suspicatur Bimardus.

3 *Neapoli*
apud Presbyteros Oratorii.
Misit Ignatius M. Como.

C. TERENTIVS LONGI
NVS OPTIO FACTIONIS
ARTIFICVM VIXIT AN
NIS XXX. MILITAVIT AN
NIS XI. TVLLIVS. TITIA
NVS ĪR CLAS. PRAET. MISEN.
HERE B. M. F.

4 *Romæ,*
in ædibus Cardinalis Carpensis.
Ex Ligorio.

L. TERENTIO. L. F
POBLIL. RVFINO
MIL. LEG. ĪĪ. ITAL
MIL. ANN. X. VIX
ANN. XXI. M. III. D. II
L. VOCONTIVS. SEX. F
PAL. MIL. LEG. EIVSD
AMIC. POS
IN FR. PED. III. IN. A
PED. VI.

5 *Florentiæ,*
apud N. V. Petrum Andream Andreinium.
Ex Gorio.

D. M
L. TERENTIO. SABINO
ĪĪĪ. SALVTE. MIL. CLAS
PRAET. MISEN. NAT
PANNONIO. AELIVS
ROMANVS. H. B. M. F

Terentius iste *Sabinus* militavit in *Triere*, nuncupata *Salute*, in *Classe Prætoria Misenate*.

6 *Romæ,*
in Via Salaria.
Ex Donio.

L. TERENTIVS
L. F. VEL
SIMPLEX
FIRMO PICEN
SPEC. COH
VII. PR. 7. SEI
MIL. ANN
XVI. VIX. ANN
XXXVI

Firmum Piceni Civitas antiquis etiam Sæculis splendida fuit. Habes heic *Speculatorem Cohortis*.

7 *Ibidem,*
in vinea Ascanii Cucurni Leonis.
Misit P. D. Petrus Paulus Ginnani,
Prior Benedictinus.

DIS. MANIBVS
T. TERENTIO. TITVLLO
LEG. XXII. PIAE. FIDELIS
MILITAVIT. ANN. XXXI
VIX. ANN. LIII. DIEB. XXVIII
TERENTIVS. NAREDYMVS
TERENTIA. SYNTYCHE
TERENTIVS. PRISCVS
TERENTIVS. EPAPHRA
TERENTIVS. CANDIDVS
TERENTIVS. LASCIVOS
TERENTIVS. EPAPHRODITVS. LIB
PATRONO. BENEMEREN. FECERVNT
NAREDYMVS. DE. SVO. QVOD. POTVIT
FECIT

8 *Ibidem, in ædibus Chisianis. E schedis Ptolomeis.*

D. M
TERTINA. NORIC
V. A. XXVI. AVRELIVS
VALENS. EQ. SING. AVG.
TVR. AMANDI
SERVO. B. M. F.

1 *Romæ, in Villa Montaltina, in termino. Ex eisdem.*

ΘΕΜΙϹΤΟΚΛΗϹ
Ο ΝΑΤΜΑΧΟϹ

Ideſt:

Themiſtocles, Miles-Nauticus.

2 *In agro Sentinate. Miſit Eminentiſs. Card. Paſſioneus.*

L. TIFANIO. L. F
OVF. MARCEL
LO EQVO PVBL.
IIII. VIR. IVR
DIC. PATRONO
MVNICIPI
CAMVRENA. C. F.

Hinc habes, *Sentinum* Umbriæ oppidum fuiſſe olim *Municipium*. Ibi poſtremis hiſce temporibus effoſſi nobiles lapides.

3 *Romæ, in hortis Aldobrandinis. E ſchedis Ptolomeis.*

TIPTRI C L. PASTO
RIS. MIL. COH. VIII. PR
P. V. EQVIT. QVI. M. ANN
IX. VIX. ANN. XXVII
D. XXV. B. M. FECER
HER. MATVRIVS PRE
SENS ET PRIMIVS
PRIMIGEN

TIPTRI, ſphalma deſcriptoris nemo non agnoſcit. Quid ibi reſtituendum ſit, decernere non auſim. Siglæ, quæ ſubſequuntur C L. videntur poſſe reddi *Gaji Liberti*. Sed animadverſione dignum eſt, Libertinæ conditionis mentionem non conſueviſſe fieri in militarium virorum elogiis. Non quod negare velim, quin & Liberti ad militiam admitterentur; ſed quod honorifica militiæ profeſſio quamlibet generis labem purgaſſe crederetur. Proinde mihi veriſimilius videtur CL. heic eſſe *Tiberii Claudii Paſtoris*. Mentionem heic habemus *Cohortis Octavæ Prætoriæ Piæ Victricis Equitatæ*.

4 *Fulginii, in Palatio Publico. E Fabio Pontano.*

TITIALI PRAEF. AN
ADVERSVS GERMANOS QVI CVM ESSET
CANDIDATVS CAESAR. PR. DESIG. MISSVS EST AB
IMP. VESPASIANO AVG. LEGATVS PRO PRAETORE AD
EXERCITVM QVI EST IN AFRICA ET ABSENS INTER
PRAETORIOS RELATVS DONATO AB
VESPASIANO AVG. ET TITO CAESARE AVG. CORONIS
MVRALI VALLARI AVREIS HASTIS PVRIS III. VEXILLIS II.
ADLECTO INTER PATRICIOS TR. PL. QVEST. CAESAR.
III. AVG. MIL. LEG. V. ALAVD. X. VIR. STLITIBVS IVDI
CANDIS PATRONO OPTIMO
D . D

Eadem eſt Inſcriptio hæc, atque jam ſupra edita ſub nomine CN. DOMITI SEX. F. AFRI. Repetitam volui, ut agnoſcat Lector, minime fidendum eſſe Gruteriano exemplo, in quo *Domitius* nobis exhibetur *Conſul*, *Proconſul* &c.

5 *Mevaniæ. Miſit Sancaſſanius Medicus.*

C. TITIENO. C. F. CAM
FLACCO. SEVIRO
EQVO PVBLICO. AEDILI
MELANTHVS
MENSIVM. XIII
DVLCIS. AMICVS. CARVS. SVIS
QVI. NEMINEM. OFFEN
NISI. QVONIAM. EST. MORTVVS

Quid ſignificet *Menſium* XIII. Oedipus; quæſo, aliquis mihi explicet.

6 *Florentiæ, apud N. V. Carolum Strozzium. Ex Gorio.*

D . M
SEX. TITINIO
DORYPHOR
MIL. COH. V̄. VIG. 7. IVLI
RVFI. L. VALER. PRIMVS
ET. C. LVCRETIVS. VERECVN
MVNIC. ET. COMMAN
B . M . P

Ideſt *Municipes & Commanipulares*. Incertum, de quonam Municipio heic agatur. Florentiam quippe plerique lapides ibi nunc exiſtentes, aliunde devecti fuerunt.

7 *Muriani. E ſchedis Farneſiis.*

NV. TITIO. M. F. SAB
TER. MIL. LEG. VIII

8 *Aſtæ, in Pedemontio. Ex Guichenonio.*

D . M
L. TITII. III. FLAV
SOLVATINIANI
D. LEG. TA. DIV. T
OTIG AVG
DI EG VGEA

Non ſemel dolui incuriam Guichenonii in exſcribendis veterum monumentis. Is lapidem hunc nobis ſupramodum deformatum dedit.

1 *Ravennæ, in Archiepiscopio. Exscripsit Vandellius in Licæo Mutinens. Matheseos Professor.*

D . M
M. TITIVS
APVLVS
III. ARCIN
NAT. DEL
VIX. AN. XL
MIL. AN. XII
M. ANNIVS
APVLVS. F
B. M. P. C

Fortassis habemus heic *Trierem* ARCIN pro ARSIN: idest Arsinoe.

4 *Romæ, in Via Salaria. Ex Ligorio, ac Donio.*

P. TORANIO. P. F. ESQ
SARCINO
EVOCATO AVG
VIXIT. ANN. LXVIII M VII.
MIL. ANN. XVIII
D. XVII.
M. TORANIVS. P. F. M. N. ESQ
PAGANVS
T . F . C

6 *Romæ, in Via Lavicana. Ex Ligorio, ac Donio.*

DIS MAN
T. TRATIO. T. F. STEL.
SARTIANO. NAT
ADRYMETO
VETERANO VIX
ANN. LXXII
T. ERTIVS. P. F. STEL. VA
RVS. MILES. SPECVLATOR
H F
IN. FRONTE. PEDES. VIIII
IN. AGRO. PEDES. VIIII

Donius habet in tertiâ lineâ SARTINIANO. NAT. ADRVMETO. Celebris Africæ Civitas fuit *Adrumetum*.

7 *Jaderæ, prope antiquissimum Arcum, extra mœnia. E schedis Cyriaci, & meis.*

C. TREBIVS. C. F. FIRMIVS. VETERANVS
LEG. XI. STIPENDIORVM. XXV. ANNOR.
LXI. A. O. V. FF. D. S. E. M. Q. M. C. S

2 *Ad Fontem Androsciani in Marsis. Ex Phœbonio.*

C. TITVLEIVS. C F
FAB. PRAEF. EQ

3 *Tragurii, in agro prope Sanctæ Marthæ. E schedis meis.*

D M
L. TITVLENIO
L. F. RESPECTO
VET. B. F. LEG. X.
GEM
TITIA. MYRSINE
MARITO CAR

Idest *Veterano Beneficiario Legionis Decimæ Geminæ*.

5 *In* Nederbetuwe, *Vico Bataviæ. Ex Gisberto Cupero V. Cl.*

M. TRAIAN. IV
GVM. ATTIVS GAI
SIONIS. F. VET. ALAE
AFROR. T. P. I

Idest, ut opinor, *Marco Trajano Jugumensi* (nomen quippe patriæ videtur) *Attius* &c.

8 *Ravennæ, in Sanctæ Mariæ in Porticu. E schedis meis, & Farnesiis.*

C. TREBONVS. LVPVS. NARESSV
MIL. EX. C. P. R. III. PACE
VIX. ANN. XXXVIII. MIL. ANN. XIIII
M. VALERIVS. RVFINVS
HER. PON. CVR. AMI. BENEMER.

Barum castigatam dederat Fabrettus pag. 365. *Trebonus*, seu *Trebonius* iste fuit *Miles ex Classe Prætoria Ravennate*, *Triere*, cui nomen *Pace*. Pro NARESSV legendum reor NA. BESSV. idest *Natione Bessus*.

9 *Arimini. Ex Garuffio.*

P. TREPTVS. M. F. ATTIVS
7. LEG. X. 7. LEG. XII
EQVO PVBL. TRIB. LEG.

1 *Velitris,*
apud Comitem Johannem Carolum Antonellum pro Sancta Sede Gubernatorem Principatus Masserani.

D M
I TRIDONIO. MAR
CELLO. MIL. COH.
VIIII. PR. 7. MESSIANI
MIL. ANN. IIII. VIX
ANN. XXX. BENEME
RENTI. FECIT. HER.
PAPIRIA. TICINO

Pro I. scriptum videtur L. aut P. nisi velis *Primum* hacce literâ significari, videlicet Prænomen, uti *Sextus*. At nullum mihi exemplum occurrit ejusmodi interpretationis. In fine *Her. Papiria Ticino*; quod obscurum est. *Heres*, vel *Herennia Papiria* legendum puto.

4 *Extra Romam,*
in hortis Justinianeis.
E schedis Ptolomeis.

D . M
P. TVLLIO GEMELLINO
TYRANNO AVG. NN. X. COH
III. PR. P. V. FECIT FLAVIA
IVLIA CONIVG. BENEME
RENTI

In tertiâ linea pro *Tyranno* lege *Veterano Augustorum Nostrorum*. Pro X. COH. legendum reor 7. COH. idest *Centurioni Cohortis Tertiæ Piæ Victricis*.

6 *Treveris.*
Ex Browero.

D . M
L. TVTOR
ALAE
EQ. TRE
FF. PPP

Non satis accurate descripta fortasse fuit hæc Inscriptiuncula. Vides interim, *Lucium* hunc *Tutorem* fuisse Militem *Alæ Equestris Trevirensis* ....

8 *Neapoli,*
in Museo Valletta.
Ex Vignolio.

VALERIA. AMMIA
C. GELLIO. PRISCO. VETER
VIRO. SVO. BENEMER
ET. SIBI. ET. LIB. SVIS
POSTERISQVE. AEORVM
HOC. MONIMENTVM. HE
REDE. NON. SEQVITVR

2 *Romæ.*
Ex Donio.

M. TVDICIVS. M. F
NIGER. LEG. V. VRB
SIBI. ET. GRANIAI. M. L
AFRODISIAI. VXORI

3 *Sestini.*
Ex Gorio.

L. TVLLIO. L. F
CLV. VERO
VETTONENSI
EQ. P.V.B. LAV. LAV
CVRAT. R. P. S
PATRO SEX

Vettona, Umbriæ olim Civitas, nunc *Bettona*, oppidum illustre inter Perusiam & Tuder. Ceterum Tullius iste Verus militavit *Equo Publico*, fuitque Sacerdos *Laurens Lavinas*, *Curator Reipublicæ Sentinatis*, & *Patronus Sestinatum*.

5 *Romæ,*
apud Achillem Maffejum.
Ex Donio.

D . M
T. TVRRANIVS
POLLIO. III
SALVT. MIL
CL. PR. MIS. N
LYBICVS
V. A. XXXI. M
A. IIII. H. B. M. F

Pollio iste fuit in *Triere Salute Miles Classis Prætoriæ Misenatis*, *Natione Lybicus*.

7 *Bajis,*
lapis effossus Anno Christi 1736.
Misit Ignatius Maria Como Neapolita.

LVCIO
VALENTI
MIL. CLASS. PR
MIS. III. CVPID
NAT. DELMAT
MIL. ANN. XXI
VIX. ANN. XXXX
C. ALTIVS
VITALIS. HER.

Idest *Militi Classis Prætoriæ Misenatis in Triere*, seu Triremi, cui vocabulum *Cupidine*, *Natione Delmatæ* &c.

1 *In Villa* Pozzoi *agri Aquilejensis,*
Misit Johannes Dominicus Bertoli,
Canonicus Aquilejensis.

VALERIA L LIB EVTYCHA
V F SIBI ET L VALERIO TIRONI PATRON
MILIT ANN XXX ET C VALERIO PRISCO CONIVG
SVO MILIT ANN XXVII HERMETI LIBERT SVO
LIB LIBQ POSTERQ EORVM

3 *Aquilejæ in Via* Cruccò.
Misit idem.

VAL. AVLVCENTIVS. LEG.
XI. CL. MILITA GREGALES
ANN. XIII. ET CENTVRIO
ANN. III. VIXIT ANN XL
ET MENS. V. FECIT
MEMORIA FRATER

Nisi descriptoris menda huic marmori irrepserint, Valentius iste *Auculentius* in *Legione Undecima Cl. militavit Gregalis* (pro quo scriptum *Gregales*) *Annos tresdecim*, & postmodum fuit *Centurio* (ex ejus fortasse bene gestis) *Annos tres*, *vixitque* &c.

5 *Florentiæ,*
apud N. V. Petrum *Andream Andreinium.*
Ex Gorio.

VALERI. HIC. HIERAC. L
SITVS. VIXIT. AN. V. MENS. II
DIEBVS. XI. VALERIVS GER
MANVS. OPTI. III. TIBERI. PA
TER. PIENTIS. FILIO. SVO. FE
CIT. MISERRIMO

Valerius iste *Germanus* fuit *Optio* in *Triere*, cui nomen *Tiberius*.

6 *Mediolani.*
E schedis meis.

ANI. VI. PRAET. LEG. VII. GEM. SPANIAE
IVGI. KARISS. ET VALERIVS. HERACLINI
M. NERACIA. IIII. PATRI. PIENTISS

7 *Beneventi, in Sancti Lupi. Ex eisdem.*

VALERIO HELIODORO. Q. V. A
XXX. M. VII. D. XI. IVVENI PROBISSIMO
AC FIDELISSIMO VALERIVS CLAVDIVS
EVOK. ALVMNO DIGNISSIMO B. M. F.

Idest *Evocatus*.

8 *Narniæ, in Cathedrali. Ex Boldetto.*

VALERIVS LILA SCVTARIVS
NATIONE. MAVRVS. PRIMA
CONIVGI SVO DIGNISSIMO
IN PACE QVI VIXIT ANNOS
XXX. MESES DVOS

Ad Militem Christianum spectat. *Scutarii* in militia Sæculi a Christo nato Quarti, præcipue occurrunt.

2 *Tarracone.*
E schedis Ramberti misit idem Bertoli.

VAL. ATTICO B. F
HOS. LEG. VII. G
PEC. STIP. XXIIII
VIXIT ANNIS
XLI. FECIT
ALLIA PAR
THENIS HOS
PITI BENE
MERENTI

Habes heic *Beneficiarius Legionis Septimæ Geminæ Piæ Felicis*. Ita quippe legendum reor illud PEC. scriptum pro P. F. Sed quid significet in secundâ lineâ HOS. edicat qui potest.

4 *Neapoli,*
in Museo Valletta.
Ex Vignolio.

D . M
VALERIVS
NAT. ALEXANDRIN
EX. VELAR. DVPLICAR
MIL. ANN. XXVI. VIX
ANN. LVI. MENS. III
DIEBVS. XII
L. VALERIVS. IVSTVS
VARINIA. HELENA
B . M . F

EX. VELAR. DVPLICAR. Num *Ex Valeriis Duplicariis*, an potius *Ex Velario Duplicarius* exstitit *Valerius* iste? Si primam amplecteris interpretationem, nunc primùm tibi innotescat novum officium vel munus in militia. Si verò alteri explicationi subscribas, *Valerium* istum *Natione Alexandrinum* videbis ex *Velarii* officio, quo nimirum is functus fuerat in Aula (ac si diceres *Portiere*, aut *destinato alla Portiera*) ad militiam transiisse, & in *Duplicarium* militum ordinem fuisse adlectum, in quo meruerit *Annos Viginti Sex*. In postrema linea exemplum ad me missum ab Amico viro Ignatio Maria Como præfert H. B. M. P. idest *Heroum bene merenti posuit*. Aut *Heredes Posuerunt*, aut *Fecerunt*.

9 *In Vico Ostro in Transilvania.*
Ex Comite Marsilio.

CON
VAL. RVFO. VEX.
LEG. III. C
COS. DEC. COL
QVAEST. IIVIR
VIXIT. ANN. LXV
VALER. RVFINA
ET PROCVLEIA
FILIAE
S C

1 *In Civitate* Illoc *in Sclavonia.*
Ex eodem Comite Marsilio.

D. M. VAL. SEVERIANI MIL
COH. III. PRAETORIAE
QVI. VIX. ANN. XVIII
MES. VIIII. D. VIII
FLAVIANA MATER
VIVA SIBI ET EIDEM
SEVERIANO FILIO
CARISSIMO POSVIT

3 *Neapoli,*
in Museo Valletta.
Ex Vignolio.

D . M
C. VALERI GERMANI
MIL. EX. CL. PR. MIS
III. TAVRO. STIP. XXV
NAT. SARDVS
MESTRIA EVHODIA
H . B . M . F

Hic fuit *Miles ex Classe Prætoria Misenate*, in *Triere*, seu Navi *Tauro*, *Stipendiorum XXV. Natione Sardus.*

5 *Vindobonæ.*
Ex Donio.

C. VALERIVS. C F
VOLTINIA. PILIPVS (*sic*)
MILES. LEG. X
RAPAC
ANN. XX
XII. STIP
XI. H. S. E

6 *In Valle Anagniæ.*
Ex eodem.

C. V. QVINTINVS. FILIVS. C. V
FIRMI. VETERANI. COHORTIS. IIII
PR. IXANIA. QVARTI. FILIA
TEDA. MATRE. VIVVS FECIT
SIBI

Fortasse *Cajus Valerius Quintinus Filius Caji Valerii Firmi* &c. Neque enim audeo *Clarissimum Virum* opinari.

7 *Reate, apud Sonantios. Ex eodem.*

D . M
C. VALERIVS. C. F
FLAVIA. SPECTATVS
SCISCIA. MIL. COH
VIII. PR. 7. VOCONI
MIL. ANN. VI. VIX. ANN. XXIII
H . F . C

Supra quoque occurrit *Sciscia* Sirmii oppidum ad Inscriptionem *Salli Ti. Proculi.*

2 *Romæ,*
in domo Ascanii Hadriani.
Ex Ligorio.

D . M
VALERIO VA
LENTINO. EVO
C. AVGG. N. OCTA
VIA. FIRMINA
COIVX. ET VALE
RIA. ALBANILLA
FILIA. HEREDES
BENE. MEREN
TI. FECERVNT

4 *Romæ,*
in ædibus Lucii Ursini.
Ex Ligorio.

D . M
C. VALERIO. C. F
LACVPITO
CELEIE. MIL. COH
VI. PR. 7. AVRELI
MIL. ANN. VI. VIX
ANN. XXIIII
C. QVARTIVS. SECVN
DVS. MIL. LEG. XIII
GEM. FRATRI. B. M
ET. NVMISIA. SABI.
CONIVGI. B. M
T. P. I. HERED. F. C

Celejam Norici Urbem, quæ fuit huic Militi Patria, supra in aliis lapidibus offendimus.

8 *In Anglia.*
E Transactionibus Anglicis Philosophicis.

D M
G. VALERIVS. G. F
GALERIA. VICTOR
LVGDVNI. SIG. LEG. II. AVG
STIP. XVII. ANNOR. XLV. CV
RA. AGENT. AMNIO. PERPETVO. B

9 *In Novigradi Urbe in Hungaria.*
Ex Comite Marsilio.

D . M
C. VAL. VICTO
RINVS VET
LEG. V. MAC
EX BF. TRIB
VIX. AN [illegible] V
C. VAL. MERCV
RIALIS GENE
RO SVO. ET AV
RELIA CALLI
ROE CONIVGI
B M POSVER

EX BF. TRIB. hoc est *Ex Beneficiario Tribuni.*

1 *Romæ*,
in Vinea Poggiana.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIIS MANIBVS
SACRVM
D. VALERIVS. VOL. FER
RIANVS. EQV. PVBL.
QVI. VIX. ANN. XXXII
D. VALERIVS. PASTOR
EQ. PVBL. HERES
TITVLVM
FECIT

Donius legit in tertia linea VOLFERNIANVS: Mihi *Voltinia* Tribus heic designari creditur.

4 *Romæ*,
apud Orpheum Bosellium Sculptorem.
E schedis Ptolomeis.

D . M
L. VALERI FELICIS
EQ. R.
VIBIA ARMODIA
CONIVGI. PIENTISSIMO
FECIT

6 *Florentiæ*,
apud N. V. Petrum Andream Andreinium.
Ex Gorio.

DIIS. MANIBVS
L. VALERIO. MAR
TIALI. MILIT. EX
CLASSE. PR. MISENI
EX. IIII. VESTA. NATIO
NE. BESSVS. MIL. AN
NIS. IIX. VIX. AN. XXX
FECIT. M. VALERIVS
ASTER. FRATRI. BENE
MERENTI

Tetreres, seu *Quadviremis* nomine *Vesta*, heic se nobis offert.

9 *Semendriæ in Hungaria. Ex Comite Marsilio.*
Fabrettus pag. 294. Infcription. antiquar. acriter contendit, *Difpenfatores* Servilis conditionis quofcumque fuiffe, ita ut Servus *adeptâ Libertate Difpenfator amplius effe nequiverit*. Quam in rem multa adfert, & Reinefio infultat aliter fentienti, Infcriptionem quamdam potiffimùm damnans ab eo productam, & ex Ligorii antiquitatibus hauftam; mirans, quod is *Pyrrho Ligorio commentitio Scriptori fidem adjunxerit*. Fabrettum, dum Ligorium *commentitium Scriptorem* appellat, quafi is fuerit fictitius, & a quibufdam fomniatus Auctor, fortaffe rideat, quifquis novit, Ligorium revera vixiffe, totque Antiquitatum Libros poft fe reliquiffe. At is, ut puto, Scriptorem hunc dumtaxat exhibere voluit, uti falfarum mercium propolam: quod & alibi fecit, uti ad Claffem I. animadverti. Quæ mea fit de Ligorio fententia, jam fupra expofui. Neque Ligorianam illam Infcriptionem, quam Donius quoque protulit pag. 281. & Gorius protegendam fufcepit, ego præftare legitimam velim. Hoc unum ajo, nimiam fortaffe videri heic poffe confidentiam Fabretti, dum univerfam veterum *Difpenfatorum* familiam in Servorum conditionem compellit. In infcriptione hac habes *Æliam Concordiam Nicephoriani, Augufti Vernæ Difpenfatoris Uxorem*. Infra occurret *Impetratus Augufti Difpenfator*, cujus Conjux erat *Herennia Gemella*. Præterea occurret *Aurelia Epimachis, Conjux Sabini, Augufti noftri Difpenfatoris*. Sed & apud ipfum Fabrettum pag. 295. *Licinia Helpis* conjugi fuo *Caftori Liciniæ Marcellæ Difpenfatori* monumentum pofuit. Nominum ratio evincit, Feminas hafce non *Ancillas*, fed *Libertas* fuiffe. Si illas Fabrettus vult *Servorum* Conjuges; ubinam, peto, eft Romanorum lex, connubia interdicens inter homines Liberos & Servos? Adfert ipfe Fabrettus Infcriptionem, quam *Claudia* GE. pofuit NYMPHIO. AVG. LIB. PATRONO: quod eam indicat *Libertam*. At ifta nupta erat *Donato Augufti Difpenfatori*. Sunt & aliæ hujufmodi apud Gruterum pag. 296. & 297. num. 2. & 5. Accedunt & alia monumenta, ex quibus eadem veritas manifeftius exfurgit. Infra habes Infcriptionem pofitam *M. Julio M. F. Frontoni, Tiberii Claudii Augufti Germanici Difpenfatori*. Num hic Servilis conditionis erat? Apage. Tria hæc Nomina, ut Eruditi norunt, Liberum hominem, immo & Ingenuum, teftantur. Alteram quoque videbis pofitam *Patrono* fuo a *C. Æmilio Aug. Liberto Epaphrodito Decurione Difpenfatorum*. Is procul dubio, non Servus, fed *Libertus*, & *Difpenfator* fuit. Denique in Calce Claffis hujus occurret nobis *C. Octavius. C. L. Herbafius Aug. N. Difpenfator*. In Claffe I. jam vidifti *Marcum Sperat. Difp.* In Gruteriano quoque Thefauro pag. 596. num. 9. Infcriptio hæc legitur *Diis Manibus Sacrum. C. Juli. SP. F. Hadriani Hadrianus Cæf. N.... Difpenfator, Et Julia Sp. F. Chrifis Mater*. Numquam Servi nomen *Hadrianus* fuit, fed quidem *Liberti*. Quare jam tamdem intelligimus, quanti hoc in loco facienda fit Fabretti fententia. Privatorum certe Difpenfatores & mihi creduntur aut femper, aut plerumque Servi fuiffe. At quum de Cæfarum Aulâ agitur, ibi Difpenfatores in Libertorum Decuriis numeratos arbitror. Immo animadvertendum, non facile Servos a Libertis Palatinis diftingui in multis antiquis lapidibus. Nam fæpe etiam Liberti unum præferunt Nomen, quod in fervitute gefferant, ita ut qui hoc tantùm confideret, eos incaute Servis accenfeat. Sic *Pallas*, potentiffimus Claudii Augufti *Libertus*, unice fub hoc nomine a Tacito memoratur. Ita *Narciffus* ejufdem Claudii Libertus, *Epaphroditus* Neronis, ut alios omittam in Hiftoria atque Lapidibus frequentiffimos, folis nominibus, quæ quum Servi fuere prætulerant, nuncupantur. Immo Liberti Palatini *Servi* Auguftorum non rarò appellati occurrunt, five adulationis, five obfequii & moris caufsâ. *Vernas* quoque nuncupatos nonnumquam novimus. Infra *Daphnus Cæfaris Noftri Servus, Difpenfator Fifci Caftrenfis*, titulum ponit *Vernis fuis*, hoc eft *Servis* domi fuæ natis. Atqui Liberorum tantummodo, aut Libertorum fuit habere Servos. Apud Gruterum pag. 578. legitur *Vibia Succeffa Liviæ Auguftæ Serva ab Argento Prætorio*, cui maritus fuit *L. Vibius Augufti Servus Pamphilus* &c. Et infra *L. Cornelius Augufti Servus*. Hi Liberi, aut Liberti fuere. Nolo plura aggregare.

1 *Antemaduni Lingonum.*
Misit Bimardus Montis Seleuci Baro.

AELIE DATIBE CONI
VGI. CARISSIME. ET
LVCRIONI. FILIO
DVLCISSIMO. LVCRIO
AVG. TI. DISP. BENEM

3 *Romæ,*
in Villa olim Bosii, nunc Cæsarina.
Ex Donio.

D . M
AELIAE. TROPHIME. ET. AELIO
EVPHILETO. PARENTIBVS
BENEMERENTIBVS
M. AVRELIVS. AVGG. LIBERTVS
FRONTINIANVS. PROC. INSCRIPSIT
SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE. POSTERISQVE. EORVM.

5 *Ibidem,*
in Museo Eminentiss. Cardinal. Alexandri Albani.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

D . M
P. AELIO AVG.
ADIVT. TAB. XX.
AELIA EVTAXIA. C
ET P. AELIVS
ET SIBI
LIBERTABVS E

Libertus iste Augusti fuit *Adjutor Tabulariorum Vicesimæ Hereditatium.*

7 *Romæ,*
in hortis Montaltinis, in urnulâ.
E schedis Ptolomeis.

D . M
P. AELI. AVG. LIB
ONESIMI
TAB. PROV. IVDIAE

Idest *Tabularii Provinciæ Judææ.*

8 *Ibidem.*
in Museo Mancini.
Misit Abbas Rodulfinus Venuti, Canonicus, & V. Cl.

A T
Heic sculptus elegans Taurus.
D . M
P. AELIVS. AVG. LIB
TAVRVS PROC

2 *Hispali,*
in domo Ducis de Arcos.
E schedis Farnesiis, ac Donio.

AELIAE ITALIAE
VXORI SANCTIS
SIMAE ET CASTIS
SIMAE FECIT PIVS
AVG. N̄. VERNA
DISPENSATOR
T. MANCIP

In schedis P. Cattanei legitur D. M. S. AELIAE ITALICAE. Et in quartâ lineâ PVBLIVS. *Ælia Italia* nomen Libertæ est. Ejus Maritus gloriatur, se *Vernam* fuisse *Augusti Nostri.* Attamen & ipse mihi creditur Libertus. Vide Fabrettum pag. 296.

4 *Romæ,*
in Sanctorum Cosmæ & Damiani.
Ex Donio.

P. AELIO. AVG. LIB. EPAPHRODITO
MAGISTRO. IATROLIPTAE. PVERORVM
EMINENTIVM. CAESARIS. N.
QVI. VIX. ANNIS. XXX. CONIVGI
NICOPOLIS. CAESARIS. N. ET
SOTER. FILIVS. PATRI. [illegible] MERENTI
FECERVNT. ET. SIBI. ET. SVIS. LIB
LIBERTABVS. POSTERISQVE. EORVM.

Legendum videtur IATRALIPTAE: quo nomine donati Medici ad curam *Aliptarum*, sive *Athletarum* destinati, quorum fuit unctionibus & fricationibus eorum corpora curare. *Jatralipticen a Medicinâ Clinica* distinguit Plinius senior Lib. 29. Cap. primo. Plinius verò junior Lib. X. Epistol. 4. ad gravissimæ valetudinis suæ curam se assumsisse ait *Jatraliptam. Ælius* iste *Epaphroditus* præerat *pueris eminentibus Cæsaris nostri*, idest pueris Gymnastis, aut Honorariis (nunc *Paggi*) Imperatoris.

6 *Ibidem,*
in horto Sabuntianorum.
Ex Donio.

DIS MA
P. AELI. AVG. L. EP
POLYBIANI. TAB

9 *Ibidem,*
apud Paulum Pinium, in urnulâ.
E schedis meis.

D . M
T. AELIO FELICI AVG. LIB. ADIVTORI
A . R . T
NEON. LIB

Cl. V. Antonius Franciscus Gorius urnam hanc statuit in Museo Mediceo, & legit A. R. TA. NEOM. *Ælius* iste *Felix* fuit *Adjutor a Rationibus Tabulariorum.*

1 *Romæ, in Vinea Justinianea. Ex Malvasia.*

D. M. T. AELIO
AVG. LIB
HERMETI
AB INSTRVME
NTO AVXILIAR
IO SACRVM

Peregrinum hoc munus *Ab Instrumento Auxiliario* nusquam alibi mihi occurrit. Fortasse legendum est *Auxiliariorum*, ita ut huic commendatum fuerit *Instrumentum* copiarum *Auxiliarium*, nunc *il Ruolo*. Conjecturæ venia detur.

4 *Molæ, in Sancti Laurentii. Ex Donio.*

T. AELIVS. AVG. LIB
SATVRNINVS
A DIPLOMATIBVS
SARDONYCHI
ALVMNO
FIDELISSIMO

Diplomata duplices tabellæ fuerunt, in quibus benefacta Augustorum scribebantur, eorum sigillo munita. Ad ea conscribenda adhibitus fuit *Titus Ælius* iste *Saturninus*.

6 *Ibidem. Ex P. Montfauconio.*

T. AGATHOCLI
AVG. LIB
ITEM. A VESTE
T. CAES. AVG
DESPONSATO
IVLIA. MYRINE
COL. ET. CONT
INFELICISSIMA
FEC

Ideſt *Conliberta & Contubernalis*.

2 *Florentiæ, in hortis Mediceis. Ex Gorio.*

D . M
TITO AELIO MONTANO AVG
LIB OPTIONI TABELLARI
ORVM OFFICI RATIONVM
QVI VIXIT ANNIS. LV. MEN
SIBVS. III. DIEBVS III

Idem *Optio*, atque *Adjutor*, ut in præcedenti marmore *Titi Ælii Felicis*.

3 *Ibidem, apud N. V. Carolum Strozzium. Ex eodem Gorio.*

D . M
T. AELIO. AVG. LIB
PEREGRINO. PAEDA
GOGO. PVERORVM. FEC
AELIA. NICE. PATRONO
B . M

Pueri, quorum *Pædagogus* fuit *Peregrinus* iste, Aulæ Cæsareæ Pueri mihi creduntur, in Gymnasio & ad Palæstram educati, aut non dissimiles ab iis, qui nunc Italice *Paggi* appellantur.

5 *Romæ, in horto juxta Basilicam Sancti Sebastiani. Ex Donio.*

D . M
C. AEMILI. CHARITONIS
AVG. LIB. AB. AVRO. GEMMATO
C. AEMILIVS. AVG. L. EPAPHRODITVS
DECVRIO. DISPENSATORVM
PATRONO. OPTIMO. BENEMERENTI
FECIT. MEMORIAM
ITEM DISTEGVM CVM TABERNA
ET. HORTVLO. ET. SIBI. LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE. EORVM
ET. SI. CVI. DONARE. VOLVERO
H . M . D . M . A

In Augustorum Palatio ita erant dispertita ministeria, ut quæ nunc uni commendantur, tunc pluribus committerentur. Ita fuere *Liberti ab Auro Gemmato*, ideſt vasis aureis gemmatis, *ab Auro Escario*, *ab Auro Potorio* &c. Habes heic *Decurionem Dispensatorum*, qui non Servus, sed Libertus fuit. *Distegum* Ædificium fuit compositum ex duobus *stegis*, sive tabulatis, & contignationibus, nunc Italice *di due Piani*, Gallice verò *de deux Etages*. *Tristega* e tribus tabulatis. Apud Gruterum pag. 827. num. 6. *Distegum* memoratur.

7 *Florentiæ, apud Nobb. Gaddios. Ex Montfauconio, & Gorio VV. Cl.*

AGATHOPVS. AVG. LIB. INVITATOR
QVE AD MODVM. IN INTROITVM. PORTIVNCVLAE
AD MONIMENTVM. AVRELIAE. IRENES. SVPERPOSITO
TITVLO. SVPER. OSTIVM. SCRIPTVRA. CONTINETVR. QVI
TITVLVS. ATTENDIT. IN HORTO. EA. OMNIA. DE. SVO. FECIT
QVAE PERTINENT. AD MONIMENTVM. SIVE. SEPVLCHRVM. ISDEM
AGATHOPI. QVOD. VIVVS. A. SOLO. ET. IVNIA. EPICTESIS. FECERVNT
AB. IIS OMNIBVS. DOLVS. MALVS. ABESTO. ET. IVS. CIVILE.

Gruterus pag. 598. num. 6. lapidem refert, in quo idem *Agathopus* una cum uxore Titulum ponit *Aureliæ Irene* filiæ suæ, quam heic memoratam vides. Fuit ille *Invitator* Cæsaris, cujus nempe munus erat, Amicos Augustorum invitare ad cœnam. Parum obvia, & sane perobscura est ea formula ET IVS CIVILE. Similem tamen habes apud Gruterum pag. 662. num. 5. Ibi enim legitur: *Hujus Monum. Dolus Malus Abesto, Et Jurisconsultus*. Quibus verbis Fabrettus arbitratur, innui desiderium, ut arceantur a Sepulcro *ambages forenses*, quibus illorum quoque temporum Jurisperiti, ac litigiorum venatores, dominorum jura, mentemque testatorum eludebant, & contorquebant. Animadverte in secundâ lineâ hujus marmoris scriptum esse QVE AD MODVM pro QVEMADMODVM.

1 *Romæ*,
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

AGRYPNVS. CAESAR
AVG. MAECENATIAN
A. STATVIS

Agrypno huic demandata fuerat cura Statuarum, in Augusti Palatio exsistentium. Hic ex Liberto Mæcenatis ad Augusti servitium translatus fuerat.

2 *Florentiæ*,
apud Principem Corsinium.
Ex Gorio.

ALEXANDER FELICIS	C. IVL
TI. CAESARIS. SCAPLIAN ⊖	DILIG
CASTOR CLITI C.CAESARIS.AVG	TABVL
SER VICARIVS	

Reinesius deformatam Inscriptionem hanc dederat pag. 588.

3 *Romæ*,
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

ALTES. LIVIAE. LIB
DEC. DAT. LIVIAE. ELEVTHERIDI SORORI. ET
IVLIAE. CERIALI. FIL. EIVS. OLL. I.
C. IVLIO. AVGVSTI. L. THOANTI. FRATRI
OLLAM. I

Fuit hic *Decurio* Libertorum Liviæ Augustæ, ut nuper innui.

4 *Ibidem*,
in ædibus Pamphiliis.
E schedis Ptolomeis.

MIAE L L
BERALI
CLAVDIVS
AVGVSTI LIB
OLOGVS
LIS VXORI
NOREM

Philologus Claudii Augusti hic fuit, qui videlicet de rebus erudite disputabat.

5 *Ibidem*,
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

AMIANTVS
AVGVSTAE. L. ARC
IS. DAT. CHIO. HOMERII. FRAT.

Arcarium Liviæ Augustæ heic habes, nunc Italice *il Tesoriere*. Atque heic rursus animadverte, quot ex hisce Libertis nomine tantummodo utuntur, quod in Servitute, atque ante manumissionem gesserant.

6 *Ibidem*.

AMIANTHS. LIVIAE
AD VENEREM
LIR. HOMERI. L
DED. AMIANTHVS. L

Ad Lyram decantabat hic Homeri versus, ut voluptatem audienti Dominæ crearet.

7 *Ibidem*.

AMPELIO. LIVIAE. L SARC
ZENONIS ZENO
LIVIAE. L

Sarcinator Liviæ heic nobis exhibetur, nunc *il Sartore*.

8 *Ibidem*.

AMPHIO. LIVIAE
OSTIAR. DAT. LIVIAE
EVGENI. CONIVGI

Amphio iste fuit *Ostiarius* Liviæ, qui nempe ostium custodiebat. Italice dicimus *il Portiere*.

9 *Ibidem*.

AMYRIS	LIVIAE
PEDISEQ. CNISMO	APHRODISIAE
LIVIAE. SER. MAGISTR.	CONIVGI SVAE
SVO. DAT. OLLAM	DAT. OLLAM

Amyris hiec est nomen viri, qui *Pedisequus* fuit Liviæ Augustæ, Italice nunc *Palafreniere*, *Staffiere*. *Cnismus* autem fuit alter ejusdem *Liviæ Servus*, Libertus tamen, qui *Magistrum Pedisequorum*, ut puto, egit in Palatio Liviæ. Hujusmodi verò *Magistri* nunc in Principum Aulis nuncupari solent *Decani degli Staffieri*.

10 *Arsulis*.
Misit doctiss. P. D. Didacus de Revillas,
Abbas Hieronyminus.

L. ANINIVS. L. L. EROS
LICTOR
AVGVSTI CAESARIS
EX. TESTAMENT. ARBITRATV
THIASI. L

1 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

Q. ANNIO. Q. L
PHILOCALO
HELENVS. LIVIAE
AD. INSVL. OLLAM. DAT

Idem est *ad Insulam*, atque *Insularius*. De hujusmodi munere in subsequenti Classe, quæ meæ sint conjecturæ, indicabo.

2 *Ibidem.*

ANTAEVS CALAM
IVLIAE. AVG. OSTIA LIVIAE
DEC . . . DISPENSA

Habes heic *Antæum Ostiariorum Decurionem*, & *Calamum Liviæ Dispensatorem*.

3 *Ibidem.*

ANTEROS
LIVIAE
COLORATOR

Coloratoris nomine *Pictorem* donatum opinor. Si *Infectorem* mavis, non repugno.

4 *Ibidem.*

ANTIGONO PONTIAE
LIVIAE. L. TYRANNIDI
DECVRIONI

Libertabus quoque præfuisse suas *Decuriones*, sive *Decurionissas*, hinc discimus.

5 *Ibidem.*

ANTIGONVS TI. CLAVDIO
LIVIAE. L AVG. L. MEROPI
ANTONIAN PROCVRATORI
DEC A. REGIONIBVS. VRB

Nempe ab Imperatoribus *Procuratores* statuebantur, qui ex *Regionibus Urbis* (nunc vulgo *Rioni*) tributa, & vectigalia colligebant. Ex eorum numero fuit *Claudius* iste *Merops*.

6 *Ibidem.*

ANTHS. LIVIAE
A. PEDIBVS

Idem est *A Pedibus*, atque *Pedisequus*.

7 *Ibidem.*

ANTIOCHVS MYRTILVS
LIVIAE CAESARIS
ATRIENSIS DIOGENIANVS

Atrienses sat notum est fuisse, qui Atrium Palatii custodiebant, curamque gerebant Statuarum, Stemmatum, aliorumque ornamentorum ibi existentium.

8 *Athenis,*
in lapide, ubi sculptæ imagines viri, & puerorum.
E schedis meis, & Cyriaci Anconitani.

ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΑΛΕΙΠΤΗΣ
ΠΑΙΔΩΝ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΕΠΕΜΕΛΗΘΗ
ΕΥΤΥΧΗΣ ΚΑΙ ΠΑΝΤΟΝΕΙΧΟΣ
ΣΥΝΕΞΕΛΕΥΘΕΡΟΙ

Idest:

Augusti Libertus
Antiochus Aliptes
Puerorum Cæsaris.
Curantibus
Eutyche Et Pantonicho
Collibertis.

Aliptæ appellati, qui in Gymnasio sive Palæstra Pueros Aulæ Cæsareæ balneo prodeuntes ungebant, eorumque valetudinem Medicorum ad instar curabant. Atque hinc agnoscimus, sub nomine *Puerorum* venisse juvenes *Gymnasticæ* addictos.

9 *Extra Romam,*
in hortis Justinianeis.
E schedis Ptolomeis.


D M
ANTIOCHO
PLOTINAE
AVGVSTAE
ACTORI
FRATRES

Actor iste *Plotinæ Augustæ*, Trajani Uxoris, prædiorum, rerumque privatarum ejusdem curam gerebat, ut reliqui Actores in virorum nobilium familia.

10 *Romæ,*
E schedis meis.

M. ANTONIVS
EROS DECVR

1 *Romæ.*
marmor effossum Anno Christi 1727.
curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.



Eros iste fuisse videtur unus *ex Tabulariis*, qui *Horreis Lollianis* præerant. Complura in Urbe fuerunt Horrea publica, in quæ non frumenta dumtaxat, sed & pecunia, resque pretiosæ inferebantur, ut nunc fit *ne' Banchi pubblici*.

3 *Ibidem,*
in Sancti Johannis ante Portam Latinam.
E Crescimbenio V. Clariss.

APES IVLIAE. AVG.
STRVCTOR POLLIAN
CALAMVS. CONSER. OLL. DAT

Vide Fabrettum pag. 157. num. 273. qui hanc ipsam profert, & legit APAES, fortasse rectius. Ideo autem hanc retuli, ut Lectorem moneam, jamdiu a Ligorio productam fuisse, eamque ex iis esse, bene multis, quas Fabrettus ipse Ligorii osor ex Ligorianis hausit, dum schedas Barberinas laudat. Lapis adhuc exsistit. *Structor* Romanis fuit idem ac nobis *un Muratore*.

5 *Ibidem, apud Sancti Basilii.*
E schedis N. V. Antonii Scoti Canonici Tarvisini, & ex Donio.

APRILIS
LAMPADARIVS. TI. CAESARIS. SER.
VIX. AN. XX
DIADVMENVS ET IANVARIVS
SER. TI. CAES. FRATRI SVO
POSVERVNT

Lampadarii istius fuit, Lampades, sive Lucernas, ac Faces præferre Imperatori tempore nocturno. Vide Glossarium Latinum Du-Cangii.

7 *Romæ,*
effossa Anno Christi 1727.
curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

ARSINOE SCARIPI TABVL
C. CAESARIS VERNA
ANNORV. XXII

Scilicet *Arsinoe* fuit *Verna Scaripi Tabularii C. Cæsaris*.

9 *Ancyræ.*
Ex Tournefortio, misit N. V. Joseph de Bimard, *Montis Seleuci Baro.*

D . M
ASTIO AVG
LIB. TAR
VENNONIA AETETE
CONIVGI
PIENTISSIMO FECIT

Monuit, & meritò quidem doctissimus Bimardus, legendum heic esse in secundâ lineâ TAB. idest *Tabulario*.

2 *Ibidem.*
apud Franciscum Ficoronium V. Cl.
Misit ipse.

DIS MANIBVS
M. ANTONI PALLANTIS
NOBILIS
ABASCANTVS. AVG. DISP
A FRVMENT DE SVO FECIT

4 *Ibidem,*
lapis effossus Anno Christi 1727.
curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

APOLLONIVS. ABAR
DAT. ANTIGONO. LIVIAE. CVBI

Antigonus iste fuit *Cubicularius Liviæ* Augustæ. Italice appellamus *Cameriere*, *Ajutante di Camera* &c.

6 *In agro Aquilejensi.*
Ex Donio.

SAR. PRO. SAL
AQVILINI
VILICI. AVGG
ET TI. IVLI
AQVILINI
IVLIA
STRATONICE
V . S

Pro SAR. Philippus a Turre V. Cl. Episcopus Hadriensis in Lib. de Diis Aquilejens. habet S. A. I. PROSAI. Et infra TITI IVLI. Postremò STRATONICVS. Mihi verò creditur posita votiva hæc tabella SARAPIDI. idest Serapidi; ac proinde retinendam censeo Donianam lectionem.

8 *Patavii,*
apud Carolum Patinum V. Cl.

ΜΑΡΚΟΝ ΑΡΤΩΡΙΟΝ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΝ
ΘΕΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΣΕΒΑΣΤΟΥ ΙΑΤΡΟΝ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ
ΕΤΙΜΗΣΑΝ ΗΡΩΑ ΠΟΛΥΜΑΘΙΑΣ ΧΑΡΙΝ

Idest:

Marcum Artorium Asclepiadem,
Divi Cæsaris Augusti Medicum,
Senatus Populusque Smyrnæorum
Honoravit Heroëm Multiplicis Doctrinæ Caussâ.

Uti pluribus ostendit Patinus in Notis, *Artorium* istum *Augusti Medicum*, quem patriâ Smyrnæum lapis iste prodit, commemorarunt, & laudarunt Valerius Maximus, Plutarchus, Lactantius, & alii. Is autem, Eusebio teste in Chronico, post *Actiacam victoriam naufragio periit*.

1 *Romæ,*
in Sancti Apollinaris.
Ex Donio.

D . M . S
ATIMETI. AVG. L. A. SVPELL
CASTRENSI. FECERVNT
FLAVIA. DADA. CONIVGI. B. M
T. FORTVNATVS. AVG. L. PARENT
OPTIMO

Emendatiorem heic habes, quam apud Gruterum pag. 583. 10. *Supellectili*, quâ Cæsares ad castra, sive ad bellum procedentes utebantur, præpositus fuit *Atimetus* iste *Libertus*.

3 *Ibidem.*

A V C T A
L I V I A E. L.
O R N A T R I X

Ornatrices Augustarum aliunde nobis notas lapis iste confirmat.

5 *Tibure in S. Georgii.*
Ex P. Roccho Vulpio Soc. Jesu.

D M
AVRELIAE PRIMITIVE CONIVGI KARIS
SIME FECIT ZOSIMIANVS AVG. LIBERT
NOMENCLATOR A CENSIBVS SIBI SVISQVE
LIBERTIS LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM
H M H N S

6 *In Acrocorintho*
juxta Theatrum.
E schedis meis.

AVR. DIONYSIO
PROCVR. AVG.

7 *Extra Romam,*
in Vinea Crescentiorum.
Ex Comite Malvasia.

D . M
M. AVRELIO
FACVNDO
NOMENCLATORI CAES. N
LICINIA. FAVSTINA
CONIVGI
BENEMERENTI FECIT

Nomenclatores, qui nomina Civium, prout res poscebat, Cæsari suggerebant.

2 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

A T T I C V S
L I V I A E
S T R A T. D E C.

Decurio Stratorum heic nobis occurrit *Atticus* iste; cujus munus fuit equitanti *Liviæ* adesse, eamque conscendentem in equum attollere.

4 *Ibidem.*

AVCTVS. LANIP. M. IVLIVS
AVGVSTAE. L. AVCTI. L. LYDVS
A. SEDE
AVGVSTAE

Lanipendias feminas noveramus, quarum revera munus conveniens fuit, Ancillis Lanam scilicet nendam pensare, atque partiri. Nunc primùm occurrit nobis *Lanipendius* vir, *Auctus* iste *Libertus* Liviæ Augustæ. Sequitur subinde *Lydus*, ad quem spectabat cura *Sedis* ejusdem Augustæ: qui nempe illam præbebat Liviæ, prout res exigebat, & præcipue quum ipsa palam sedebat, tamquam Imperatrix.

8 *Romæ,*
in ædibus Massarinis.
Ex eodem Malvasia.

D . M
AVRELIVS HERMAS AVG. LIB
PROC. K. HEROVM
MACERIA
CINCTVM CVM CVPERFICIO
INSVLA CONPARAVIT
SIBI POSTERISQVE SVIS
IN FR. P. XII. IN AGR. P. XIIX

Mihi PROC. K. in tertiâ lineâ Inscriptionis hujus, est *Procurator Kalendarii*, munus non antea nobis notum. *Curator* tamen *Kalendarii* in aliis lapidibus occurrit; quod idem puto. *Kalendarium* Liber fuit, in quem referebantur rationes accepti & expensi, ac nomina debitorum. Hujusmodi verò Libri erant Augustis, erant Civitatibus, & privatis quibuscumque, pecuniam fœnori exponentibus, eorumque Librorum cura Procuratoribus seu Curatoribus demandabatur. *Heroum* idem est ac *Sepulcrum*. In quinctâ lineâ vox CVPERFICIVM plane nova & exotica est, ejusque vestigium nusquam alibi fortasse speres, ita ut de vocis ipsius veritate dubitem. Dicam, divinandi veniâ ante petitâ, videri hac voce designatum *Fastigium* aliquod Sepulcro impositum, tectum videlicet, quatuor columnis innixum. Addam quoque, conjectando, *cuperficium* heic alicui fortasse videri posse idem atque Italicum *Coperchio*, sive *Coverchio*, *col quale*, ut inquiunt Vocabularii Cruscani Auctores, *alcuna cosa si cuopre*, *come di vaso*, *Arca*, *Cassa*, *e simili*. Vox INSVLA in sextâ lineâ, heic fortassis est ædificium, a quocumque alio sejunctum atque divisum. Nos adhuc eo sensu dicimus *una Fabbrica Isolata*. Mirum tamen est, quei hoc memoretur, quum fere omnia antiquorum Sepulcra a nullo alio contingerentur ædificio.

1 *In Villa Arcetri agri Florentini, apud Comitem Ferrantem Capponium Senatorem. Ex Gorio.*

D M
M. AVRELIO. AVG.
LIB. ISIDORO MEL
LOPROXIMO A RATIO
NIBVS. AVRELII HER
MES. ALVMNVS. ET
MAXIMVS. BENE
MERENTI. FE
CERVNT

In Codice Theodosiano, Lib. 6. Tit. 26. l. 2. memoratos videas *Proximos Scriniorum*. Titulus ipse est *de Proximis, Comitibus Dispositionum, qui in sacris Scriniis militant*. Iis nempe cura Scriniorum fuit, ubi Memoriales, Libelli, Epistolæ &c. adservabantur. Nobile plane officium *Proximatus*. Post hos erant *Melloproximi*, videlicet *Proximo Scriniorum Proximi*, de quibus mentio est in eodem Titulo l. 16. & 17. Hanc in rem videas eruditas Gothofredi Notas. Quamquam Gruterus Inscriptionem hanc dederit pag. 588. num. 1. eam *Romæ in ædibus Colotianis* ponens; quum tamen *Mello Proximo*, quasi duo cognomina, scripserit, & *Arationibus* conjunxerit, diversâ prorsus significatione ab eâ, quæ habetur in exemplo Goriano, rursus eamdem accepisse neminem, ut puto, piguerit.

3 *Ibidem, in Via Appia. Ex Donio.*

M. AVRELIO. AVG. L.
STEPHANO
AB. AEGRIS
CVBICVLARIOR
VLPIA. ITALIA
VXOR. B. M. FEC

Stephano huic Marci Aurelii Augusti Liberto cura incumbebat *Cubiculariorum* Palatinorum, quoties in ægritudinem incidebant. Apud Gruterum quoque pag. 576. num. 1. *Sextorium* videas Augusti Libertum *ab Ægris Cubiculariorum*.

6 *Ibidem, apud Statuarium, juxta Sanctæ Mariæ de Montibus. Ex Donio.*

N. BIRRIVS AGATHOPVS
FECIT SIBI ET SVIS ET
LIBERTIS LIBERTAB. POSTERISQ. EOR
ET. T. AELIVS. CYRIACVS. AVG
LIB. CVBICVL. REFECIT. SIBI
ET. SVIS LIBERTIS. LIBERTA
BVSQ. POSTERISQ. EORVM

2 *Romæ, in Vinea Montaltina. E schedis Ptolomeis, & ex Donio.*

D M
M. AVR. AVG. LIB. PHILETVS
PRAEPOSITVS VNCTOR.
ET PROC. FARI. ALEXAN
DRIAE AD EGYPTVM SIBI
ET PHILETO FIL. ET TYCHE
COIVGI SVE ET LIB. LIB
POSTERISQ. EORVM

Unctores adhibebantur in Balneis. Erant & in Gymnasio ad usum Athletarum, aliorumque Gymnasticæ studentium. Illis *Præpositus* fuit *Philetus* iste, cujus munus nunc primùm innotescit, uti & alterum *Procuratoris Fari*, sive *Phari Alexandrini ad Egyptum* (scribe *Ægyptum*) omnium magnificentissimi.

4 *Ibidem, apud Marmorarium quemdam. Misit N. V. Abbas Rodulfinus* Venuti, *Canonicus Romanus.*

M. AVR. VICTORINO. AVG. LIB.
EX TABVLARIS AVR. MARIVS
VICTORINVS THEOPHILVS
MARIA LARESIA VLP. DEMOCRATES
ET VICTORINVS FIL. CVM AVR
HELIODORA MATRE PATRI
PIENTISSIMO BENEMEREN
TI FECERVNT

5 *Ibidem, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ. Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac. Nunc Venetiis ap. Abb. Honorium Arigonium.*

DIS. MANIBVS
BAEBIAE. PRISCAE
FELIX. AVG. LIB
PROC.
TESTAMENTO
PONI IVSSIT
VXORI. PIISSIMAE

7 *Ibidem, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.*

BROMIVS
CVSTOS. RATION
PATRIMONII

Hoc est *Custos*, nunc *Archivista*, *Rationum Patrimonii* privati Augustorum, quod ii per peculiares personas administrandum curabant.

1 *Romæ,*
in Vinea Bosiana.
Ex Donio.

DIS MANIBVS
CAECILIAE. SP. F. SATVRNIN
VIX. ANN. ET. MENS. VIIII
VRSIO THALAMI CAESAR
AVG. XANTHIANI. VIC
FILIAE. CARISSIMAE FEC
CVM CAECILIA. PRIMIG. MATRE. EIVS
VIBIA. SEX. F. COMMVNIS
LOCVM. ET IMPENSAM
FVNERIS
D . S . D
IN. FR. PED. II. IN. AGR. P. II

Thalamo Cæsaris Augusti Liberto *Vicarius* fuit *Ursio* iste. Quonam verò munere Thalamus fungeretur, silet lapis. Quod si Thalamum ipsum malis *Vicarium*, per me tibi licet.

3 *Ibidem.*

CALENE
LIVIAE. VNCTRIX

Quum nempe ad balneum accedebat Augusta, manu *Calenis* istius ungebatur.

5 *In Arce Ferentinati.*
E schedis N. V. Julii Antonii Averoldi.

C. CALPHVRNIO SP. F
COL. APOLLINARI. APP
ARITORI. AVG. PRAECONI
PECVLIAR. IVLIAE. M. F
IVLITTAE. CALPHVRNIAE
C. L. DAPNE. FECIT. C. CALPHVRNIVS
C. F. QVIR. APOLLINARIS. MIHI
POSTERISQ. FAMILIAE NOMINIS
NOSTRI. HVIC. MONVMENTO
IVRIS AGRI IN. FRONTE. P. LXX
IN AGRO LXX. C. V. DEBETVR AB
OMNIBVS POSSESSORIBVS EIVS

Apparitores Augustorum, Consulum &c. notissimi sunt. Non ita *Præconis peculiaris* munus. Diversa *Præconum* genera fuere. Sui erant Augustis, eisque illi utebantur, quum in publicis Spectaculis aliquid Populo mandandum erat, aut aliquis ad Palatium citandus.

7 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

CARNIVS. TI. CAESARIS
AVG. A. CVBICVLO
VIXIT. ANNIS. XXXII

A Cubiculo idem atque *Cubicularius*, uti in aliis lapidibus legimus.

2 *Ibidem,*
in Museo Eminentiss. Cardinal. Alexandri Albani.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

DIS. MANIBVS. SAC
CALAMVS
TI. CLAVDII. CAESARIS
AVGVSTI. GERMANICI
PAMPHILIANVS
VILICVS. EX. HORREIS
LOLLIANIS
EX. D. D. D. S. D. D

Supra vidimus *Horrea Lolliana*. Recurrunt heic. *Vilicus* in eis fuit *Calamus* iste, idest Præpositus. Unico L. sæpe scriptum videas *Vilicus*, apud alios *Villicus*.

4 *Romæ,*
apud Nobb. Lallos.
Ex Ligorio.

(*sic*)
CALIST. AVG. LIB. HELPIDI
CNIDIANAE. QVAE (*sic*)
VIXIT. DEA. ET. SANCCTISSIMA
EST. CALLISTVS. AVG. LIB.
MERONIANVS. CONIVGI. CARIS
SIMAE. CVM QVA. VIXIT. BENE. AN
XXX. ET. VLTRA. CALLISTE. FILIA. MATRI. PI
ISSIMAE. LIBERTIS LIBERTABVS. POS
TERISQVE EORVM. H. M. H. N. S

Quod non una est varietas inter hoc exemplum, & Smetianum, sive Gruterianum pag. 613. num. 5. propterea rursus Inscriptionem hanc exerere mihi liceat. Gruterus habet QVAE, CVM VIXIT, DEA ET SANCTISSIMA DICTA EST. Ex his quæ mens scriptori fuerit, intelligimus.

6 *Cerveteræ.*
Ex Ligorio, ac Donio.

L. CALVILLO. AVG. SER. EXACT
TOR. REDITATIVM. LEG. PECVLIOR.
VIX. ANN. XXIX. M. IX. D. III.
TI. CLAVDIVS. IANVARIVS. FRAT
OPTVM. PIISSIM. ET. CLAVDIAE
GRATIAE. CONIVGI. H. SEP. FEC
COMM. CVM
TI. CLAVDIO. LVCIANO. ET
L. CALVILLAE. SPARTAE. ET
TI. CLAVDIO. NIGRIN. ET. LICINIAE
CALVILLAE. MVSAE. PARENTIB.

Donius legit in primâ lineâ L. CARVILIVS. In nonâ, L. CALVILIA SPARTA. Et in fine, LICINIA. CALVILIA. MVSA. PAR . . . . . *Calvillus* iste fuit *Exactor Reditatium* (pro *Hereditatium*), qui nempe colligebat hereditates Augustis relictas: quod non rarò eveniebat. Gruterus pag. 590. num. 2. & 3. geminas Inscriptiones dedit, in quibus munus commemoratur LEGAT. PECVLIOR. Scilicet Calvillus iste præter Hereditates colligebat etiam *Legata* a privatis personis relicta Cæsaribus, & *Peculia*, quæ Servi Augustorum sine liberis decedentes post se relinquebant.

1 *Romæ,*
in Villa Montaltina, in Urnulâ.
E schedis Ptolomeis.

CARPVS
TITI CAESARIS
VESPASIANI AVG
SERVVS
VERNA PECVLIARIS
IVCVNDO VICARIO
SVO BENEMEREN

Servi *Peculiares*, ita appellati a *Peculio*, aliquid honorifici supra ceteros Servos habuisse videntur. Julius Cæsar Suetonio teste Cap. 76. *Monetæ, & publicis vectigalibus Peculiares Servos præposuit.*

3 *Ibidem.*

CERINTHVS
C. CAESARIS
OSTIARIVS

5 *Ibidem.*
in Museo Eminentiss. Cardinal. Alexandri Albani.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

M
VIX. ANN. III. M. V. D. XV.
CHARITO
VIX. AN. I. M. VIIII. D. XXII
DAPHNVS
CAESARIS. N̄
SER. DISP. FISCI
CASTRENSIS
VERNIS SVIS KAR
FECIT

Dispensator Fisci Castrensis, munus antea ignotum. *Fiscum* pro *Ærario* heic usurpatum credo; nam Principis Ærarium *Fiscus* appellabatur. Itaque Ærario *Castrensi* Præpositus fuit, ejusque Oeconomus exstitit *Daphnus* iste ad persolvenda Militibus stipendia, aliasque belli seu militiæ impensas faciendas. Fortassis etiam is colligebat hereditates Militum, sine Heredibus, & sine postremis tabulis decedentium. Certe ex hostium spoliis Fiscus proficiebat.

8 *Ibidem.*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

CHRESIMI
CAESARIS
IMMVNIS
V . F

9 *Ibidem.*
Misit Ficoronius V. Cl.

CHRESTVS CA
ESARIS. ATR
IENSIS. HIC. SIT
VS. EST

2 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

CELEVTHI. LIVIAE
MARG. DAT. DIONYSIO
PATRI. SVO. MEGISTE. CELEVTHI
MATER

Margaritaria hæc fuit Liviæ Augustæ, sive quod ejus Margaritas & Gemmas custodiret, sive quod eas pro Augusta mercaretur.

4 *Ibidem.*
E schedis Farnesiis.

CHAEREA
CAESARIS
ATRIENSIS

6 *Ibidem,*
apud Clariss. Abbatem Ficoronium.
Misit ipse.

CHIAE
ANTONIAE DRVSI
NVTRIX

7 *Ibidem,*
lapis effossus Anno Christi 1727.
curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

CHIVS. DRVSI	HOMERVS. CVB
CAESAR. DAT	DAT
IVLIAE. METENI. MATR.	ACIDI CONSER

Homerus *Cubicularius* Drusi Cæsaris.

10 *Puteolis,*
in Sancti Jacobi.
Misit Ignatius Maria Como Nob. Neapolita.

PRO SALVTE
IMP. CAESARIS. TITI. AELII
HADRIANI ANTONINI. AVG PII. P. P. ET
AELII AVRELII. CAESARIS N.
GENIO COLONIAE PVTEOLANORVM
CHRYSANTHVS AVG. DISP. A FRVMENTO
PVTEOLIS ET HOSTIS
L. D. DECVRIONVM PERMISSV

11 *Romæ,*
in Museo Kircheriano.
Misit P. D. Gabriel Maria Scarmagli,
Monachus Benedictinus.

D . M
CIESIAE AFLYCIA
DEI A MEMORIA
ET CVBICVLO AVG
SER

Hominis hujus nomina corrupta videntur. Si recte se reliqua habent, en munus novum, nempe *Servus a Memoriâ*, & *Cubiculo Augusti*.

1 *In Vico Temperie*
agri Aquilani.
E schedis meis.

D . M . S
CINNAMO AVGG
EX DISPENSA
TORIBVS AVGG.

4 *Ibidem,*
in domo Antonii Rustici.
E schedis Fratris Jucundi misit Clariss. Gorius.

CISSVS CAESARIS. AVG. CVB. SVLLEIAN. V. A. XXX.	Q. CANINIVS Q. L AMIANTVS

Partem tantummodo priorem dederat Fabrettus pag. 343.

6 *Ibidem,*
in Museo P. Philippi Bonanni, e Soc. Jesu, V. Cl.
Ex Vignolio.

DIS MANIBVS
CLAVDIAE
ANTONIAE
LIB. LACHNE
PHILIPPVS RVSTIAN
PVBLICVS AB
SACRARIO
DIVI AVGVSTI
CONIVGI CARISSIMAE
FECIT ET SIBI

Publicus est *Servus*. *Philippi* istius *Rustiani* fuit *Sacrarium* (Italice *la Sagristia*) *Divi Augusti*, cunctaque sacra vasa ibi reposita, custodire.

7 *Ibidem, in ædibus Astalliorum.*
E schedis Ptolomeis.

DIS MANIBVS
CLAVDIAE EVTYCHIAE
CONIVGI SANCTISSIM
BENEMERENTI ET Q.
DOMITIO HELICI TI. CLAVDIVS
AVG. L. HYMENAEVS MEDICVS
A BYBLIOTHECIS ET DOMITIA PANNYCHIS
SIBI ET SVIS POSTERISQVE EORVM

Ediderat Gruterus ex Smetio, pag. 584. num. 4. Inscriptionem hanc, sed mancam. *Hymenæus* iste, *Medicus* simul Augusti fuit, & *Bibliothecarius*.

8 *In Museo Kempiano.*
Misit Præses de Mazaugues V. Cl.

DIS MANIBVS
CLAVDIAE
FORTVNATAE
CONIVGI
SANCTISSIMAE
OPTIMAE DE SE
MERITAE
IVCVNDVS. AVG. LIB
ACTOR. XXXX. GAL

Quadragesima Galatiæ tributum fuerit, cujus administratio commendata erat *Jucundo* huic Augusti Liberto.

2 *Romæ,*
apud Alexandrum Capponium Marchionem.
Misit Johannes Joseph Ramagginius.

CINNAMVS
TI. CLAVDI CAESARIS
AVG. GERMANICI
DISP. DRVSILLIANVS
CVM FILIS. SVIS. HIC
POSVIT SECVNDA CONI.

3 *Ibidem.*

CINNAMIS CAESARIS
AVG. VERNA DRVSILLIANA
CINNAMI ET SECVNDAES F.
ANNORVM. V. HIC SITA EST

5 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinal. de Polignac.

CISSVS CAESARIS MAECENAT	PARMENO LIVIAE. A. PVRPVR. MAECENATIAN

Parmenonis istius munus fuit *Purpureas* vestes Liviæ Augustæ custodire, eique prout exigebat occasio, præbere.

9 *Florentiæ,*
apud Nobb. Gaddios.
Tabula referens ichnographiam cujusdam Sepulcri, cum numeris singularum Ollarum.
E Gorio.

CLAVDIA. OCTAVIAE. DIVI. CLAVDI. F. LIB. PELORIS
ET. TI. CLAVDIVS AVG. LIB. EVTYCHVS. PROC. AVGVSTOR.
SORORIBVS ET LIB. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM
MAS EADIFICI. CVSTODIAE. ET. MONVMENTI. RELIQVERV

Octavia Divi Claudii Filia, heic memorata, eadem est, quæ postea infelicissime nupsit truculentissimo Imperatori Neroni.

1 *Romæ,*
in ædibus Alexandri Capponii Marchionis.
Misit Johannes Joseph Ramagginius.

D . M
CLAVDIAE
PALLINAE CONIVG
KARISSIMAE. B. M
VIX. AN. XXXXV. FECIT
SVAVIS CAESARIS. N
SER. CONTVBERNAL

2 *Ibidem,*
in Hospitali Sancti Antonii.
Ex Ligorio, ac Donio.

CLAVDIA POLLA
PRO ONES
CALLISTO
IMP. CAES. NERVAE
TRAIANI. AVG. GER
DACICI. SER
AEGILIANO
V. S. L. M

3 *Ibidem,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

D . M
CLAVDIAE
TYCHE
CONIVGI OPTIME
CHRYSAON CAES
N̄. SER
A FRVMENTO MINIS
TRATORVM

Ita apud Gruterum pag. 592. num. 9. occurrit COINTVS AVG. LIB. A. FRVM. MINISTRAT. In antiquis Lapidibus memorantur interdum *Ministratores Cæsaris*. Hoc nomine significatos eos arbitror, quos subsequuta Sæcula *Ministeriales* appellarunt, videlicet minoris dignitatis viros Augustis famulantes ad eorum mensam, cubiculum, promtuarium, horrea &c. Hisce omnibus sua *Frumenti* portio conferebatur, atque ejusmodi cura demandata fuit *Chrysaoni* in Inscriptione hac memorato.

4 *Ibidem.*
Ex Donio.

CLAVDIA. PRIMIGENIA
VIX. AN. XXVII
HARMODI. TI. CLAVDI
GERMANICI. SVPER. DOM

Tam insueta est hæc formula SVPER DOM. ut corruptas suspicer literas; aut commode explicari nequeat, quid per eas significetur.

5 *Ostiæ.*
Ex Begero.

CLAVDI
OPTATI
AVG. L
PROC. PORTVS
OSTIENSIS

6 *Romæ,*
in Vinea Diabolelli.
Ex Ligorio.

C. CLAVDIO. CAESAR. AVG.
CHIRONOMO. VIX
ANN. XXXIII.
HOR. IIX
CLAVDIA. PALLADA
OLL. DD.

Reinesius pag. 585. alteram ex eodem Ligorio Inscriptionem protulit, in qua CHIRONOMONTA legitur. Idque idem est atque *Chironomus*: is nempe, qui in Theatro, aut in Convivio, gestibus exprimebat veteres Fabulas, aut hominum actiones, saltatione plerumque additâ. Pantomimorum species fuit. Multa de his habet Salmasius in Notis ad Carinum Vopisci, ut alios omittam.

7 *Ibidem,*
in Via Appia.
Ex Donio.

TI. CLAVDIVS. AVG. L
ACTOR. A. FRVMENTO
TITVLVM. POSVIT
CLAVDIAE. DAMALIDI
SORORI. SVAE. B. M

Actor iste a *Frumento* curam gerebat *Frumenti*, quo alenda erat ingens copia familiæ Palatinæ.

8 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Card. de Polignac.

TI. CLAVDIO
BLASTO
A REGION

Sæpe occurrunt Augustorum Liberti, qui *Regionibus* Urbis æternæ præpositi fuerunt. Scilicet Augustus per singulas Urbis Regiones duos *Curatores* instituit, qui ornatum & commodum viarum & vicorum procurarent, duosque etiam *Denuntiatores*, qui referrent quidquid identidem accideret, dignum curâ Magistratuum, atque ipsius Augusti. Collatum hoc munus non rarò Libertis vides.

9 *Florentiæ, apud N. V. Carolum Strozzium. Ex Gorio.*

TI. CLAVDIO. AVG. LIB. CHIO. CVBICVLARI
VIXIT. ANNIS. XXXVI
IVLIA. FELICVLA. CONIVGI. BENEMERENTI
FECIT. SIBI. ET. SVIS. IN. FRONTE. PEDES
IN AGRO

Cubicularis idem atque *Cubicularius*, & *a Cubiculo*.

1 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Misit Rodulfinus Venuti, *Canon. Rom. V. Cl.*

TI. CLAVDIO. AVG. L
DIOSCORO. A. CENA
CENTVRIONVM
TESTAMENTO
POSVERVNT
EVARISTVS. ET. THALAMVS
CONLIBERTO. B. M

Vide, quàm scite, ac minute dispertita olim forent officia & munera Aulæ Cæsareæ. *Claudii* istius *Dioscori* fuit curare *Cœnam* præbendam *Centurionibus*, iis scilicet, ut opinor, qui diem suum obibant in custodiâ Principis, aut Palatii.

2 *Ibidem.*
Ex Vignolio V. Cl.

D . M
TI. CLAVDIO. AVG. L. EVTICHO
PAEDAG. PVERORVM
TI. CLAVDIVS. AVG. L. EVNETES
FRATRI. SVO. ET. T. FLAVIVS. AVG. L
VENVSTVS. AB AVRO. POTORIO
PAEDAGOGO. SVO. FECERVNT

Pædagogum Puerorum Palatii egit *Claudius* iste *Eutychus*. *Flavio* autem *Venusto* commendata fuit cura *Auri Potorii*, vasorum nempe aureorum, quibus ad potandum Augustus utebatur. *Argenti Potorii* mentio quoque occurrit in Gruterianis marmoribus. *Præpositus* etiam *Auri Potorii Cæsaris Nostri* memoratur apud Gruterum pag. 1111. num. 13.

3 *Ibidem,*
in Museo Cardinalis Carpensis.
Ex Ligorio.

TI. CLAVDIVS
LEMNVS
DIVI. CLAVDI
AVGVSTI. LIB
A STVDIIS

Notum est ex Suetonio, Claudium Augustum liberalibus studiis Historiæ, Grammaticæ, Græcarumque Literarum pertinaciter addictum fuisse. Heic habemus *Tiberium Claudium Lemnum* ejus *Libertum a Studiis*, Græci fortasse sermonis ac Linguæ.

4 *Ibidem,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

DIS. MANIBVS
TI. CLAVDIVS
AVG. LEYPAES
A REGIONIB
ET CLAVDIAE VITALI
LIBERTAE SVAE. ET
POSTERISQVE EORVM

Palmam & Coronam in Æthnici hominis Sepulcro seu Titulo (quod minime rarum) animadverte.

5 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

TI CLAVDI
VS. L. MERO
PROCVRAT
REGIONIB

6 Norwich,
in Magna Britannia.
Ex Galeo.

D . M
CONDATI
ATTONIVS
QVINTIANVS
MEN EX CC IMP

Galenus heic locum *Condate* in Itinerario Antonini memoratum suspicatur. Verùm uti animadvertit VVeslingius, viri, non loci, nomen est heic CONDATVS. Num MEN*sor* EX *Castris*, aut *Castrensibus* IMP*eratoris*? Lampridio teste, quivis Aulæ Ministri, vel infimi, *Ministri Castrenses* appellati fuere. *Mensorem* non unum Augustorum habebis infra.

7 *In Sanctæ Mariæ de Crypta Ferrata, agri Tusculani.*
E schedis Fratris Jucundi, misit Gorius.

C. CORDIVS
EROS
CLODIA PRIMA

CELADVS
C. CAESARIS
DISP.

8 *Romæ,*
marmor effossum curâ Eminentiss. Card. de Polignac.

CORNELIA
ATTICE
HELICO. LIVIAE
VNC[illegible]ITA

Titulum hunc posuit *Cornelia Attice Helico Liviæ Unctori*, qui nempe in Balneo reliquos Liviæ Augustæ Libertos ungebat.

9 *Ibidem,*
in Mon. S. Crucis in Hierusal.
Misit Dominic. Vandellius Mathem. Professor in patrio Gymn.

DIS. MANIBVS
CORNELIAE. FRONTINAE
VIXIT. ANNIS. XVI. M. VII
M. VLPIVS. AVG. LIB. CALLISTVS
PATER PRAEPOSITVS ARMAMENTARIO
LVDI MAGNI ET FLAVIA NICE CONIVXS
SANCTISSIMA FECERVNT SIBI
LIBERTIS LIBERTABVSQ. POSTERISQVE EOR

1 *Romæ,*
apud Marium Delphinum.
Ex Ligorio.

L. CORNELIVS. AVG. SER
PROC. HER
CADVC. ET. PATRI
MONI. T. T. I. A. DOMITI
LLAE. GRATIAE. ET. LEMNI
NIO. FIL. S. H. TVTELAE. NOMIN
LIBERTIS. LIBERTABQ.
EORVM. H. M
QVI. CONDER. VOL. DAB. IN
ARCAE. PONT. ∞ D
LIIX. N̄. H. M. H. N. S

Cornelius iste *Augusti Servus*, fuit *Procurator Hereditatium* bonorum *Caducorum*. Scilicet ex Lege Papia ad Fiscum deveniebant Bona decedentium sine Testamento, ac sine Heredibus a Lege vocatis. Aliæ etiam caussæ *Caducorum* fuerunt, quas persequitur Justinianus in l. 1. C. *de Caducis tollendis*. *Patrimonii* quoque *Procurator* fuit idem Cornelius, nempe Bonorum, quæ Augustus quisque propria possidebat, atque ab Ærario seu Fisco Cæsareo sejuncta habere consuevit. QVI. CONDERE. VOL*uerit*, reputassem corruptam formulam, nisi similem obtulisset mihi Gruterus pag. 827. num. 6. Erit ergo CONDERE pro ABSCONDERE, scilicet humo.

2 *Extra Romam,*
in vinea Sebastiani Lazzarini *Jurisconsulti.*
Misit P. D. Petrus Paulus Ginnani, *Prior Benedictinus.*

VS. AVGG.
VMMIARVM. PRAEDIO
QVOD. CONSTITVTVM FVERIT
BVS. LOCVM. AD. CONSERVANDOS. LA
S. COSMVS. A. RATIONIBVS. AVGG.
S. AD. SEPTVMANVM. ADIVTOREM.
IVS. SIT. ET. ADSIGNARI. GRATVITAM
IVM. DEDERAT
ATOREM. EVTYCHIVM. ADIVTOREM
KAL. OCTOBR
TONI. ET. SEP

3 *Florentiæ,*
apud N. V. Carolum Strozzium.
Ex Gorio.

CYRVS
LIVIAE. DRVSI. CAES
MEDIC

4 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

DAMA. LIVIAE. L. CAS
PHOEBVS. PHILOLOGI

Alterum Augusti *Philologum* supra vidisti.

5 *Ibidem.*

DAMALIS. LIVIAE
SARCINATRIX. DAT
ALEXANDRO
VIRO. SVO. OLLAM

6 *Romæ,*
in domo Porcii.
E schedis meis.

In uno latere.	*In altero.*
DECIMIAE. L. L	M. AEMILIO
LIBERALI	LEPIDI. LIB.
T. CLAVDIVS	FELICI
AVGVSTI. L.	NOMENCLATORI
PHILOLOGVS	VIRO PRIORI
LIBERALIS VXORI	DECIMIA. L. L
IN HONOREM	LIBERALIS

Gruterus pag. 599. num. 2. alteram partem dumtaxat dedit. Is habet NOMENCVLATORI in quartâ lineâ, & in sextâ DECIMIAE.

7 *Ibidem,*
in frusto Columnæ.
Ex Donio.

AVRELIO
ANTONINO
CAESARI
EPTIMI
VERI. AVG. FIL.
CVRIONES. SCRIBAE
VBICVLARII

Decuriones isti, *Scribæ*, & *Cubicularii* in Augusta Domo inserviisse videntur sub Caracalla Imperatore.

8 *Ibidem,*
nunc in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Misit Johannes Ciampinius V. Cl.

D . M
DEXTRO. CAES. SERVO
DIAETARCHO DOMVS AVG
TREBONIA LAVDICE FEC.
CONIV. B. M. CVM DVABVS FILIS
FORTVNATA ET FELICE

Vide Gruterum pag. 576. num. 7. *Diætarchus* loco præsidebat, ubi cœnabatur.

9 *Calari.*
Misit Joseph Dani, J. C. Taurinensis.

D . M
DIADVMENO AVG.
SER. DISP. POS
VIXIT ANNIS
XXXI. DOCIMVS
CLAVIS HER
B . M . F

1 *Extra Romam, in Via Tiburtina. Ex Donio.*

DIADVMENVS
AVG
PROCVRATOR

2 *Romæ, marmor effossum Anno Christi 1727. curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

E. O. L. MA LIVIAE L
E. AD DAT
DEDIT DIADVMENVS. MENS
MATRI

Diadumenus iste fuit *Mensor*, & quidem Aulæ Cæsareæ, ut subsequens Inscriptio indicare videtur.

3 *Romæ, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.*

DIADVMENVS. LIVIAE
MENSOR. DEC. DAT
LOCHIADI. LIVIAE. SARCINATR. CONIVGI SVAE

Idem videtur *Diadumenus* iste ac alter in præcedenti lapide commemoratus. Ibi enim titulum sepulcralem *Liviæ matri*, heic verò *Lochiadi conjugi suæ* ille posuit; at in priori lapide *Mensor* simpliciter appellatur, in hoc autem *Decurio Mensorum Liviæ* dicitur.

4 *In Aragonia. E schedis Nicolai Pacediani.*

VOTVM SILVANO
SOLVIT LIBENS MERITO
DIADVMENVS. T. F. LVRNESIANVS
PRAEGVSTATOR

Vide infra Inscriptionem positam *T. Flavio Ceriali* Domitiani Augusti *Prægustatori*.

5 *Romæ, in Collegio Patrum Societatis Jesu. Ex Vignolio, & ex P. Lupo, VV. Clariss.*

D M
DIOGENE AVG
SER. EX. DISP.
AELIA. DIONE
CONIVGI. BENE
MERENTE (sic)

6 *Florentiæ, apud N. V. Carolum Strozzium. Ex Gorio.*

D M
L. DOMITI
CLEMEN
TIS. CAESA
RIENSIS

7 *In Civitate Sancti Miniatis. Ex eodem.*

DOMITIAE. PHYLLIDIS
C. C. DOMITI LEMNI
PROCVR
GERMANICI CAESARIS

Clariss. Gorius interpretatur gemina C. C. *Conservæ*. Ego *Conjugis* (nisi sit *Concubinæ*) *Caji Domitii*. Nomina hæc Libertos, non Servos produnt.

8 *Romæ, in domo Portii. E schedis meis.*

DONATVS	FAVSTVS	TI. PACCIVS FAVSTVS
TI. GERMAICI (sic)	TI. CLAVDI. GERMAN	FECIT
TONSOR	LECTICARIVS	SIBI ET SVIS

9 *Volaterris. Ex Gorio.*

BELLONAE
SACR.
DONAX. AVG. LIB
MESOR
D D

MESOR pro MENSOR. Ita apud Gruterum pag. 633. num. 6. habes *Custodem Operum*. MESORVM *ædificiorum*.

10 *Romæ, in Sancti Johannis ante Portam Latinam. Ex Donio.*

OSSA
ELEGANTIS. AVG
L. MENSORIS
IVLIA. ARESCVSA
L. EIVS

11 *Ibidem, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ. Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

EPHEBVS LIV	ONI
DISP DAT	CLAVDI. CAES
NEARCISSO	DISP
	ATTAL

12 *Ibidem, lapis effossus Anno Christi 1726. curâ Eminentiss. Cardinalis supra laudati.*

EPANDER. LIVIAE A MANV
OLLAM. TATIAE. MATRI
SVAE. DAT

A MANV, hoc est *Amanuensis*, nobis Italice *Copista*, aut *Scrivano*.

1 *Romæ.*
Misit eruditiss. Ignatius Maria Como Neapolit.

D . M . S
EPIGONE CONIVGI
B. M. F. AEL. EPAPHRODI
TVS. SCRIBA. COCORVM

Habebamus in lapidibus *Scribas Cubiculariorum*. Nunc emergit *Scriba Cocorum*. Ad hunc spectabat in tabulas referre (ut puto), quæ identidem Coquis tradebantur ad eorum ministerium opportuna.

3 *Antii.*
Ex Cl. V. Philippo a Turre, Episcopo Hadriensi.

EROS. AVG. L
PROCVRATOR
CAENIDLANVS
CVM. M. ANTONO (sic)
QVIR. CANDIDO
FILIO. SVO
TRIBVNIS. SODALIBVS
D . D

Vix dubito, quin in tertiâ lineâ lapidis hujus legatur CAENIDIANVS. Ibi quoque fuerit ANTONIO, videlicet I. in ipso N. supereminente.

6 *Florentiæ, in Museo Mediceo. Ex Gorio.*

EVANDRO AVG. LIB
TABVL. A. RAT. AMICO
OPTVMO VLPII ATHYRON
ET DEMETRIVS
HEREDES

Mos fuit, quum de *Tabulariis Rationum* agebatur, aliquid addere, ad distinguendum illorum munus, uti *Marmorum*, *Fisci frumentarii*, *Patrimonii* &c. Heic nil talecernimus. Similem tamen infra vide.

8 *Polæ, in domo Presbyteri Antonii de Castagno.*
E schedis Bellonii apud Apostolum Zeno V. Cl.

DIS MANIBVS
EVPHEMI. AVG. LIB
TABVLARI
ARMONIA ET GYMNAS
FILIAE
PIISSIMO PATRI
FLAVIA PRIMA
CONIVGI FIDO
ET SIBI
VIVAE FECERVNT
ET IANVARIO AVG. LIB
TABVLARIO A PATRIMONIO

Hanc ex Apiano retulit Gruterus, atque in duas diversas Inscriptiones divisit, quarum alteram dedit pag. 588. num. 10. & alteram pag. 589. num. 11. Junctas & jungendas nullo negotio agnosces. *Procuratorem Patrimonii* Cæsarei nuper vidimus. Habemus heic & *Tabularium a Patrimonio*, qui nempe reditus Patrimoniales Augusti in tabulas referebat.

2 *Ibidem,*
in vinea Cardinalis Carpensis.
E Ligorio.

EROS. IVLIAE
AVGVSTAE CONSTANS
MEDICVS. V. A. XXII
SPOSIANVS

4 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

EROTIS. AVCTIAN
IVLIAE. AVGVSTAE
PEDISEQ.

5 *Ibidem.*

EROS. AVG. L
ROGATOR
LIVIA. LESBIA

In Scænicis, ut ad Classem VIII. monui, quid fuerint *Rogatores*, accipiet Lector. Eodem munere functus *Eros* iste videtur, nisi velis, hunc præfuisse colligendis Tribuum suffragiis, quo tempore Comitia Romæ habebantur.

7 *Romæ,*
in domo Actii Arcionis.
Ex Ligorio, ac Donio.

D . M
EVPHEMO
CAES. N. VERN
EX. RATION. VOLVP
VIX. AN. XLII. M. VI
D. XXV. FECIT
VLPIA. APHRODI
TE. MATER

Euphemus iste fuit *Rationalis Voluptatum* Augusti: munus nunc primùm emergens. Fertur adhuc esse in quadam Aula *il Direttor de' Piaceri*. Suetonio teste Tiberius *Novum officium instituit a Voluptatibus*.

9 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

EVPHEMO. LVCILLAE. AEAVG. A.
LEGATIS. ET. AVRELIAE. APHRODISIAE
CONIVGI. SVAE
ET LIBERTIS N. ET. STERISQVE
EORVM

Est heic non unum aut Marmorarii, aut Descriptoris sphalma, quale nimirum est in primâ lineâ Diphthongus AE repetita, & in quartâ vocabulum POSTERISQVE decurtatum. Posita fuit Inscriptio *Euphemo* Liberto *Lucillæ Augustæ*, Lucii Aurelii Veri Augusti Uxoris. A LEGATIS, munus sane peregrinum. Collegisse hic videtur *Legata* relicta patronæ suæ Augustæ; neque enim audeo dicere illum, qui *Legatos* exciperet.

1 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

EVTACTVS. LIVIAE
ASIA. LIVIAE. CAPSAR
CASCELLIANA

Capsaria Liviæ Augustæ fortasse fuit hæc *Asia*, quæ Dominæ in balneis lavantis vestes suscipiebat, easque *Capsis* includebat. Hoc sensu in l. 3. ff. *de Officio Præfecti Vigilum*, memoratur *Capsarius*, & apud Sanctum Epiphanium in Hæresi Adamitarum. Proinde liceat nobis *Capsariam* opinari, quæ nunc Italice *Guardarobiera* appellatur.

2 *Romæ,*
in Museo Albano.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

EVTACTO
AVG. LIB. PROC
ACCENSO DE LAT
A DIVO VESPASIANO
PATRI OPTIMO
CLEMENS FILIVS

Pro DE LAT in tertiâ lineâ scribendum, legendumque suspicor VELAT. Noti sunt enim ex aliis Inscriptionibus *Accensi Velati*. Notum quoque *Accensorum* munus. Hi quirites ad concionem ciebant; horas nuntiabant. Itaque veluti Præcones fuere, officio fortasse quoque non absimiles iis, quos Italice *Bidelli* nuncupamus. At quid *Velati*? Nihil hactenus antiqua Eruditio suppeditavit ad agnoscendam vim vocis, quam lapides tantùm nobis servarunt. Nisi *Velarii* appellati fuissent, qui *Vela* Cæsarei Cubiculi (*la Portiera*) custodiebant, hos ad eadem *Vela* paratos opinatus fuissem. Attamen si *Accensum de Latere* habeat Lapis, hinc agnoscemus Accensos honoratiores, utpote qui adhærebant Lateri Augustorum, ad eorum mandata promti.

3 *Ibidem,*
apud Benedictum Egium.
Ex Ligorio, ac Donio.

EVTRAPELI. TI. CLAVD. CAES
TABVLARI A VESTE SCAENICA
OLLAS. II.

Apud Gruterum quoque pag. 578. num. 7. alter Claudii Augusti Libertus appellatur *Vestificus Cæsaris a Veste Scænica*. Quum alii Augustorum Liberti fuerint *a Veste Imperatoris privata*; *a Veste Cubiculari*; *a Veste Castrensi*; *a Veste Matutina*; *a Veste Regia*, quam nempe exhibebant Dominis: videretur ex inscriptione ista Claudius Augustus interdum induisse *Vestem Scænicam*. Verùm id tantummodo statuendum reor, curam nempe *Eutrapeli* istius Liberti fuisse, ministrare Vestes Scænicis Palatinis.

4 *Ibidem,*
in horto Sabuntianorum Transtiberim.
Ex Donio.

D . M
EVTYCHES. AVG. LIB. CVBI
CVLARIVS. HELLADIO. AVG. LIB
DECVRIONI. CVBICVLARIORVM
PATRI. DVLCISSIMO. BENEMER
ENTI. ET. SIBI. ET. CONIVGI. ET. LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQVE
EORVM

5 *Ibidem.*
Ex Donio.

EVTYCHO
TABVLARIO
TI. AVG.
TI. IVLIVS. TI. AVG
L. AMERIMNVS
MENSOR. EX. TEST
CVRAVIT

6 *Vindobonæ,*
in Palatio Cæsareo.
Misit Eminentiss. Card. Passioneus.

D . M
EVTYCHVS. CAES
N̄. SER. VERN. PED
A. VINIS. CALLISTVS
CAES. N̄. SER. VERN
TAB. CASTRENS
FRATRI. KARISS
PIENTISSIMO
BENEMERENT
TITVLVM. V. A

Eutychus iste *Cæsaris nostri Servus Verna* mirandi mihi caussam præbet, quod PED. idest *Pedisequus* simul fuerit, atque *a Vinis*, hoc est Cellæ *Vinariæ* Præpositus, aut potius, qui Vinum familiæ Palatinæ partiretur. Fortasse diverso tempore officiis hisce functus fuerit. Alter *Callistus Tabularium Castrensem* egit.

7 *Ancyræ.*
Ex Tournefortio,
misit Cl. V. Joseph de Bimard,
Montis Seleuci Baro.

EVTYCHVS
NEREI
CAESARIS
AVG
SER. VIL
FILIO

Scilicet *Euthyco* huic pater fuit *Nereus Servus Vilicus Augusti*.

8 *Romæ,*
in Museo Kircheriano.
Misit P. Scarmagli, *Monachus Benedictinus.*

Q. FABIVS. Q. F. QVIR. FELIX
PROC. AVG.
SIBI. LIBERTISQVE. SVIS
HOC TVRBA IN TVMVLO MEI PAREN
TES QVORVM PIGNVS EGO SVPER
STES VNVS. HAS PRO MARMORE
DIVITIQVE TEMPLO

Subobscurus est sensus in postremis hisce quatuor lineis, quibus certe suspicari possis inesse non unum Marmorarii sphalma.

1 *Florentiæ,*
in hortis Mediceis.
Ex Gorio.

D . M
FAVSTO. AVG. LIB. ADIVT
TABVL. CASTR
CORNELIA IVSTA CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT

Paulo supra habes *Callistum Tabularium Castrensem*. Heic vides *Faustum Augusti Libertum, Adjutorem Tabularii Castrensis*, qui nempe belli, seu militiæ expensas literis consignabat.

4 *Neapoli,*
in Museo Valletta.
Ex Vignolio V. Cl.

D . M
FELICI. AVG. L.
PLVMBARIO
OCTAVIA. CEN
SORINA. CON
IVGI. BENE
MERENTI
FECIT

Plumbarius, qui opera ex plumbo faciebat. At lubenter inspexissem marmor, ut suspicionem detergerem, ibi pro PLVMBARIO scriptum fuisse PLVMARIO, nobis italice *Ricamatore*. Villicum tamen A PLVMBO exhibet Gruteriana Inscriptio pag. 640. num. 10.

6 *Romæ,*
in Sancti Martini de Montibus.
E schedis Alberti Lollii.

D . M
FLAVIAE. ELPIDI
CONIVGI
SANCTISSIMAE
MOSCHVS. AVG
LIB. A. COM
MENTARIIS
AQVARVM

Gruterus pag. 592. num. 5. refert hunc lapidem sine siglis D. M. Legit autem in quartâ lineâ MOSDRVS AVG. L. A. COMMENTARIIS EQVORVM. Exemplum Lollianum fortasse præferendum Gruteriano. Magna quippe res fuit Romanorum Aquæductuum copia, & divisio Aquarum, ita ut par sit credere destinatos fuisse Ministros, qui earumdem Aquarum beneficio utentes in Commentarios referrent.

8 *Ibidem,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Misit Antonius Baldanus, Canonicus,
Albanæ Bibliothecæ Præfectus.

DIS MANIBVS
FLAVIANI
CAESARIS N̄ SER
QVI FVIT ADIVTOR
A RATIONIBVS
IVSTVS CAESARIS
FRATRI PIISSIMO

2 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

FELIX
C. CAESARIS
AB. ORNAM
VIX. A. XXV

Felicis istius munus fuit *Ornamenta Caji Cæsaris* custodire, eique poscenti præbere.

3 *Ibidem.*

FELICIS. TI
CAESARIS
AD. POSSESS

Prædiis, agris, & *possessionibus Tiberii Augusti* Præpositus fuit *Felix* iste, fortassis ejus Libertus. Cicero non uno in loco *Possessionem* pro fundo & prædio usurpat.

5 *Romæ.*
Misit Johannes Ciampinius V. Cl.

DIS MANIBVS
FIRMO CAESARIS
SER. DE MONETA
VIX. ANN. XXV. FEC
ALLEVIA

Jam supra vidimus, Cæsarem præposuisse *Monetæ* Servos suos Peculiares. *Firmus* iste unus ex iis fuit, idest *Soprintendente alla Zecca*.

7 *Ibidem,*
in Collegio Patrum Societatis Jesu.
Misit P. Contuccius Contucci,
Museo Kircheriano Præfectus.

D . M
FLAVIAE. ZETHE. CONIVGI
CARISSIMAE. VIX. ANN. XXII.
M. VLPIVS. AVG. L. ABASCANTVS
TABVLARIVS OPER. PVBL.
FECIT. ET. SIBI. POSTERISQVE. EIVS

Tabularius Operum Publicorum; munus parum obvium heic habes. *Ulpius* iste *Abascantus* scriptis consignabat expensas a Trajano Augusto factas in fabricis publicis.

9 *Extra Romam, in Villa Cæsarina. Ex Comite Malvasia.*

DIIS MANIBVS
FLAVI. AVG. LIB
ABASCANTI
A. COGNITIONIBVS
FLAVIA HESPERIS
CONIVGI SVO
BENE MERENTI
FECIT
CVIVS DOLORE NIHIL
HABVI NISI MORTIS

Cognitiones appellata fuere Judicia ab Augustis instituta pro Tribunali de caussis gravioribus. Acta ejusmodi *Cognitionum* literis mandabat *Flavius* iste *Abascantus*, Vespasiani, aut filiorum eius Libertus. Finalis formula *Cujus Dolore* &c. in aliis Lapidibus, sed aliis verbis, legitur.

1 *Florentiæ,*
apud N. V. Carolum Strozzium.
E Gorio.

FLAVIO MARCIANO
VLPIO IVLIANO
MAG
A BALNEIS
AVG
DECVRIONES
SCRIBAE
VNCTORES AVG

VLPIO CRATERI
AVG LIB
PROC. CASTRES (*sic*)
DECVRIONES
SCRIBAE B. M
VNCTORES FEC
D . . . D

Gruterus pag. 309. num. 8. *Flavium* quemdam *Marcianum* nobis exhibet. An idem cum noſtro fuerit, neſcio. Interim *Magiſtri a Balneis Auguſti* ex hoc lapide nobis innoteſcunt.

2 *Romæ.*
E ſchedis Farneſiis.

FLAVIVS. AVG. L. PROTOGENES
AB EPISTVLIS
SIBI. ET. TETTANNE. C. F
SABINIAE. SVAE

Qui tam acriter contendunt, ſcribendum eſſe *Epiſtola*, antiquos lapides contemnere videntur. Vide & ſubſequentem.

3 *Hortæ,*
in Villa Nuptiana.
Ex Clariſs. Fontaninio, Archiepiſcopo Ancyrano.

D . . . M
T. FLAVIO. AVG. L. ILIAE
AB. EPISTVLIS. LATINIS
CLODIA. SVCCESSA. CONIVG
ET
FLAVIA. MARCELLA. PATRI
OPTIMO. PIISSIMOQVE
FECERVNT

4 *In Muſeo Kempiano.*
Miſit Cl. V. Thomaſſinus D. de Mazaugues,
Præſes Aquiſext.

T. FLAVIVS. AVG. L. ACRABA
DECVRIO. OSTIARIORVM
FECIT. SIBI. ET
HADRIAE. ACRABILLAE
VIX. ANN. VII. M. VIIII. D. XVII. H. X. ET
PROVINCIA. VIXIT
ANNIS XVIIII
PATER. FILIABVS. BENE. MERENTIBVS. ET
LIBERTIS. LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM
IN. FR. P. X. IN. AGR. P. VIIII

In ſchedis Ptolomeis apud Leonardum Auguſtinum in ſexta linea legitur PROVINCIAE.

5 *Viterbi,*
in Sancti Johannis Baptiſtæ.
E ſchedis meis.

D . M
T. FLAVIO. AVG. L
CAES. A. VESTE. CVBICVLAR.
FLAVIA. TRIPHENA
PATRONO. SVO
BENEMERENTI FECIT
ET. SIBI. ET. SVIS
POSTERISQ.
IN. FR. P. X. IN. AGR. P. XII

Flavius iſte *Auguſti Libertus* curam habuit Auguſtalis *Veſtis Cubicularis* (Italis *la Veſte da Camera*, Gallis quoque *Robe de Chambre*.)

6 *Romæ,*
in Vinea Boſiana.
Ex Donio.

D T. FLAVIVS. AVG. L. AGATHOPVS M
CVSTOS. TABVLARI. A RATIONIB. FEC. SIBI. ET
IVLIAE. SECVNDAE. CONIVGI. SVAE. KARIS
SIMAE. DE. SE. BENEMERITAE. CVM. QVA
ANN. XXXXV. SINE. VLLA. INIVRIA. LE
HERES. MEVS. IVBEO. TE. APERIRE
HACV. ET. OSSVA. ET. CINERES. MEAS (*ſic*)
M. IN. VNVM. ADICIAS, ET. POST
CLVDAS. PLVMBO NE QVIS
INIVRIAM FACERE. TE AVTEM
TAE COMMENDO TIBI CORPVS MEVM

Flavius iſte *Agathopus* fuit Tabulario, ſive Archivo præfectus, ubi rationes adſervabantur redituum, & expenſarum Cæſareæ Domus.

7 *Ibidem.*
Miſit Ficoronius V. Cl.

D . M
T. FLAVIO
ANICETO. SVO
PAEDAGOGO
PVERORVM
CAES. N. V. A. LX

1 *Romæ,*
in Sanctæ Mariæ de Portugallo.
E schedis Fratris Jucundi, & ex Donio.

T. FLAVIO. AVG. LIB. CEREALI
TABVLAR. REG. PICEN. PHOENIX
CAES. N̄. SER. FILIO PIENTISS
ET. P. IVNIVS FRONTINVS
FRATRI DVLCISSIM
ET CELERINA SOROR

Cerealis istius, & *Celerinæ* mentio quoque est in Gruteriano lapide pag. 618. num. 8. Fuit ille *Tabularius Regionis Piceni*, eique pater fuit *Phœnix Cæsaris nostri Servus*.

2 *Ibidem.*
in Villa Poggiana.
Ex Ligorio.

DIS MANIBVS SACRVM
T. FLAVIO. CAERIALI. DOMITIANI
AVGVST. PRAEGVST. DOMITIA. DIVI
TITI. AVG. LIB. ANTIQVA. CONIV
GI. PIISSIM. ET. FIDELISSIMO
DELICIO. SVO. FECIT
H : T
IN. FRONTE. PEDES. X̄. IN. AGRO. PEDES XIII.

Titi Flavii hujus *Cærialis* officium in aula Domitiani Augusti fuit, dapes & fercula ad mensam prægustare. Italice diceres, *far credenza*, *assaggiare*, unde *Assaggiatore*, idest *Prægustator*.

3 *Ibidem.*
E schedis meis.

T. FLAVIO
AVGVSTI. L
FELICI VERNAE
ADIVTORI
A RATIONIBVS
DILIGENS FRATER

4 *Sarzanæ,*
E schedis meis.

DIS MANIBVS
T. FLAVII. FELICIS
T. FLAVIVS
SVCCESSVS. AVG. L.
TABVLARIVS
MARMORVM
LVNENSIVM
LIBERTO KARISSIMO
ANNOS VIX. X.
MENSIBVS. VII. DIEBVS. XXIII.
IN. F. P. XX. IN. AG. P. XXXXV.
ITV. AMBITV. AQVAE. PRESTANDAE

Emendatior quàm apud Gruterum pag. 593. num. 5.

5 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

D . M
T. FLAVIVS AVG. LIB
NARCISSVS FECIT SIBI
ET COELIAE SP. FILIAE
IERIAE CONIVGI SVAE
ET LIBERTIS LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM
T. FLAVIVS AVG. LIB. FIRMVS NARCISSIANVS
RELATOR AVCTIONVM MONVMENTVM REFECIT EX
SVSCRIPTIONE EORVM QVORVM IVRIS EST DANDI FECIT IDEMQVE SVB
STITVIT SEXTIAM CHRYSIDEM CONIVGEM SVAM ET SEXTI
AE EPITEVSIX COGNATAE EIVS ET LIBERTIS LIBERTABVSQ.
POSTERISQVE EORVM

In altero exemplo, quod ad me misit Cl. V. Johannes Ciampinius, legebatur in undecimâ lineâ CHRYSEIDEM. Habemus heic antea ignotum munus *Relatoris Auctionum*, qui nempe Auctiones publicas in literas referebat.

6 *Ibidem,*
in domo heredum Evangelistæ Magdalenæ.
E schedis Fratris Jucundi.

D . M
T. FLAVIO. AVG. LIB. NEREO
PROC. VIX. A. LXXXXVIII.

7 *Romæ, in Viâ vulgo* de' Pantani.
Ex Donio.

D . M
T. FLAVIO. NYMPHIDIO
V. A. III. M. IX
PELORVS. AVG. LIB A
COPIS. CASTR
ET. FLAVIA. NYMPHE
FILIO. KARISSIMO. FECERE
SIBI. SVIS. LIB. LIBQ. POSTQ. EOR

Copiarum Castrensium catalogum (Italice *il Ruolo*) conficiebat, sive adservabat *Pelorus* iste *Augusti Libertus*.

1 *Romæ, apud Cosimam Gallicam. Ex Ligorio, ac Donio.*

D . M
T. FLAVIO. SA
BINO. CAES. N̄
SERVO. A. RATIO
VOLVPT. VIX
ANN. XIX. M. X
FECIT
T. FLAVIVS. EROS
PAT. DOMITIAN
CAES. SER. A. CELL
ARIIS

Euphemum quoque supra vidimus *Rationalem Voluptatum* Augusti. Heic rursus habes *Flavium Sabinum Cæsaris nostri Servum a Rationibus Voluptatum*. Habes etiam *Flavium Eros* patrem ejus, ac *Domitiani Cæsaris Servum*, *Cellariis* sive Promtuariis domus Augustæ Præpositum, (Italice *il Dispensiere*) cujus munus nunc primùm agnoscimus.

2 *Ibidem, in Museo Albano. Misit Franciscus Blanchinius.*

D . M
T. FLAVIO. AVG. L. TYCHICO
ADIVTORI. A. VESTE. CAS
TRENSE. LIB. PATRONO. B. M.
FECER. FELIX. ET. ARRVNTI
ANVS. ET. EPICTESIS. ET. SIBI
ET. SVIS. LIB. LIBERTABVSQ.
POSTERISQ. EORVM

Vestis quoque *Castrensis* curam singulari Liberto, *Flavio* nempe huic *Tychico*, commendatam fuisse in Aula Cæsarea, hinc discimus.

3 *Treveris, in Monasterio Sancti Mathiæ. Ex Browero.*

QVI DOLET INTERITVM. MENTEM SOLETVR AMORE.
TOLLERE MORS VITAM POTVIT. POST FATA SVPERSTES
FAMA VIGET. PERIIT CORPVS SED NOMEN IN ORE EST.
VIVIT LAVDATVR LEGITVR CELEBRATVR AMATVR
NVNCIVS AVGVSTI VELOX PEDE CVRSOR VT AVRA.
CVI LATIAE GENTIS NOMEN PATRIAEQVE SABINVS.
O CRVDELE NEFAS. TVLIT HIC SINE CRIMINE MORTEM.
DAMNATVS PERIIT DECEPTVS FRAVDE LATRONVM.
NIL SCELVS EGISTI. FAMA EST QVAE NESIT OBIRE
POSVIT FVRIVS

Iste fuit unus ex *Cursoribus* Imperatoris. Nunc appellamus *un Lacchè*, nisi malis *un Corriere*. NESIT in penultima linea, pro *Nescit*.

4 *Romæ, apud Sancti Laurentii in Lucina. E schedis Comitis Francisci Brembati Bergomatis, & N. V. Antonii Scoti, Canonici Tarvisini.*

DIS MANIBVS
L. FVRIVS. L. L. DIOMEDES CAELATOR
DE SACR. AVLA CORNELIAE. L. F.
TERTVLLAE VXORI

Cælatorem de sacra Via nobis dederat Gruterus pag. 639. num. 11. Accipe nunc *Cælatorem de Sacra Aula*, sive Domus Augustæ, qualis fuit *Furius* iste *Diomedes*, qui nempe figuras cælabat in auro, argento, gemmis.

6 *Ibidem.*

GEMINA. L. AVGVSTAE
ORNATRIX
IRENE. L. SVAE. DAT. OLLĀ

7 *Romæ. Ex Donio.*

Q. GRANIVS. AETHER
TI. CLAVDIO. AVG. L.
ACTIACO. A. RATIONI
AMICO. CARISSIMO
FECIT

5 *Ibidem, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ. Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

FVSCO. ANTONIAE. CAES ... ADIS
IMM
ANTONIAE. ALBANAE. DEC

DEC. idest, ut ita dicam *Decurionissæ*, seu præfectæ Decuriæ Libertarum, ut alibi supra vidimus.

8 *Amalfi, in Sancti Laurentii. Misit Ignatius Maria Como Neapolit.*

CN. HIAIO DORYPHORO
PVRPVRARIO AVGVSTI
DVPLICARIO
VIXIT. ANN. XXXVIIII.
MES. V. DIEBVS III

Erant Augustis Liberti *a Veste purpurea*. Idem munus excogitare aliquis poterit in isto *Hiajo Doryphoro Purpurario Augusti*. Mihi *Purpurarius* hic nihil aliud est, nisi qui Purpureo colore vestes Augusti inficiebat.

1 *Romæ*, *marmor effossum Anno Christi* 1727. *curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

HAGNO
TI. CLAVDI. CAESAR
AVG. DISP
CLAVDIA. TYCHE. DAT. OLL

2 *Ibidem*. *Misit Clariss. Ficoronius*.

D . M
HELENO. AVG
VERNAE. EX
PEDAGOGIO
P. V. A. XVI.

Ideft ex *Pædagogio Puerorum* Augufti.

3 *Ibidem*, *in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ*. *Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

HELIODORO. AVG. L. TABVLA
PANEROTIANO. HON. ET
ANTONIAE. MYSTICHE. CONIV

4 *Florentiæ*, *in Museo Andreinio*. *Ex Gorio*.

HELPIS. LIVIAE
AD. VALETVDIN

Helpidi huic cura commendata fuit *Valetudinarii*, in quo Libertæ ægrotantes curabantur.

5 *Romæ*, *Lapis effossus Anno Christi* 1727. *curâ ejusdem Eminentiss.*

HERACLA
CAESARIS
PALAESTRITA

Heracla ifte Auguftali Palæftræ præerat, & exercebat, ungebatque Athletas.

6 *Ibidem*, *ut supra*.

HERACLAE	DIS MAN
AVG	HEVTEA
CVBICVLARIO	AVG
	ARE

7 *Ibidem*.

HERACLA
AVGVSTAE. L.
PICTOR

8 *Ibidem*, *in pavimento Ecclesiæ cujusdam*. *Ex Donio*.

HERMETI. AVG
A TABVLARIO
VERVS FILIVS

A TABVLARIO, hoc eft *ab Archivo*, cui præfuit *Hermes* ifte.

9 *Ibidem*, *in urnula*, *apud Franciscum Venturinum*. *Ex Vignolio*. *Nunc Bononiæ in Instituto Scientiarum*.

D . S
HERMIPPO
AVG. LIB. PROC
SCAENICO. VLP
AMANDA. ET. VLP
PRIMITIVA. PATR
B. M. POSVERVNT

Pro *Dis Manibus* habes heic D. S. ideft *Diis Subterraneis*, more Græcorum. Pro SCAENICO monuit me amantiffimus mei Petrus Hercules Gherardius Mutinenfis, ibi legi SCAENIC. quod SCAENICORVM interpretari poffis, quorum quidem Ludorum *Procurator* exftiterit, ut opinor, *Hermippus* ifte *Augusti Libertus*.

10 *Extra Romam*, *in Villa Burghesia*. *E schedis Ptolomeis*.

HIEROCLI
AVG. DISP
OPERVM
PVBLICORVM
EROS VICARIVS

Supra vidimus *Tabularium Operum publicorum*. Heic habemus *Dispensatorem* eorumdem, ad quem videlicet fpectabat marmora ad ædificium curare, Fabris mercedem erogare &c.

11 *Romæ*, *in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ*. *Ex Editis curâ memorati Cardinalis*.

HILARIVS. LIVIAE. L.
CORNELIANVS. DEC

12 *Ibidem*.

VLVS. LI
AVG. L. HILARVS
C. CHIRVRG

13 *Ibidem*.

HILARVS. LIVIAE
GVGETTIANVS. AD. ARGENT
DAT. CLYTENI. ZEVXIDIS. L. OLLA

Hilaro huic *Gugettiano* credita fuit argenteorum Vaforum Liviæ Auguftæ cuftodia.

1 *Florentiæ,*
apud Principes Corsinios.
Ex Gorio.

HYGINVS LIVIAE MEDICVS	CALLITYCHE. LIVIAE SARCINATR

3 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

HYPERBOLVS. AD. POSSES.
OLL. DAT. NEPE. ERA. N. PE. PRO
LIVIAE. CHON. F

Fortaſſis literæ fugientes, aut nimium corroſæ, obſtitere, quominus hanc Inſcriptionem deſcriptor accuratius nobis exhiberet. De *Poſſeſſionibus* Auguſtorum antea egimus.

5 *Amalfi,*
apud Fratres Minores Conventuales.
Misit doctiss. V. Ignatius Maria Como.

IMPETRATI. AVG. N̄. DIS
PENSATORIS. RAT. AED. SA
CR. ET. OPER. PVBLICOR
HERENNIA GEMELLA
CONIVGI. DVLCISSIMO

Præter curam *Operum Publicorum*, *Impetratus* iſte impenſas etiam *Ædium Sacrarum* in codice Rationario ſcribebat. Erant enim Templa, quæ ab Auguſtis reſtaurabantur, aut quorum Miniſtri ex Ærario Cæſareo alebantur.

7 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

IRENIO. AB. ORNA
INT. IN. VNA. GENESIM
VENER. ET. ALCISTVM. F

8 *Ibidem. E schedis Farnesis, & ex Donio.*

IVLIA. DORIS PERIGENIS L	PHILOTIMVS ARGEL. AVG. STR IVLIA. CELADI. L. PHILOTERA. OL. D. S. D

Donius legit AR. CEL. AVG. SER. Et infra PHILOCEROS. D. S. Supra vidimus *Stratores Auguſtorum*.

10 *Romæ, in Palatio Quirinali. Ex Vignolio.*

D . M
IVLIA GRAPHIS
FLAVIO
ALEXANDRO
AVG. LIB. AB
EPISTVLIS LATINIS
CONIVGI. SVO BENEME
RENTI. FECIT. VIXIT
ANNIS. XXXX
ITEM SIBI POSTERIS
QVE SVIS

2 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Ex Francisco Blanchinio V. Cl.

HYMNVS
PAEDAGOGVS
IVLIAE GERMANICI
FILIAE ANN

Nihil fortaſſis in Elogio iſto deſideratur, niſi quot annis *Hymnus* iſte vixerit. Memoratur autem heic *Julia Druſilla Germanici Filia*, & Caji Caligulæ Auguſti Soror.

4 *Rhodigii,*
apud Comitem Camillum Silvestrum V. Cl.
E schedis meis.

D . M
IANVARIAE
MATRI PIEN
TISSIMAE
IANVARIVS AVG
N ADIVT TABVL
F . C

6 *In oppido* Aixme *in Tarantasia.*
Ex Guichenonio.

IOCVNDO CHRYSEROTIS
CAESARIS SER
FAVSTIANI DISP. VICAR.

9 *Suessæ,*
in porticu Ædis Sancti Eustachii.
E schedis Fratris Jucundi, misit Gorius.

D . M . S
IVLIA FIRMA SITA TVMVLO
QVAE COMMVNE TORVM SERVAVIT CASTA
MARITI. ET FIDEI PLENA PIETATE NOBILIS
VIXIT SVRREPTA EST OCVLIS IVVENIS
FATO DICTANTE INIQVO. M. OCIMVS
SABINAE AVG. SORORIS. LIB.
TABVLAR. COIVGI. B. M. F

Hanc dederat Gruterus pag. 589. num. 1. Purgatiorem heic habes.

11 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

IVLIAE HALINE	TI. IVLI IANVAR DEC C. IVLIO. AVG

1 *Romæ, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ* &c.

IVLIA. HELPIS DEMOSTHENES
DEMOSTH. OSTIAR. CVR.

CVR. sit-ne pro CVRAVIT, sive CVRATOR, an potius CVRIARVM, sive CVRIONVM, decernere difficile puto.

3 *Romæ,*
E Malvasia.

IVLIA HILA
LIBERTA CAES
ORNATRIX

Non Augustæ dumtaxat, sed & Augusti ipsi suas *Ornatrices* habuere, quæ nempe acu ornamenta Cæsarum conficiebant. Sunt & alia exempla.

5 *Regii Lepidi,*
apud Guidonem Bosium Equitem.
Ex Azzario.

IVLIA LYCCE C. IVLIVS
HILARIONIS EVPHEMVS
CAESARIS CVBICVLAR
VIXIT ANNOS. XIIX

7 *Ibidem.*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

DIS. MANIB
IVLIAE. SEDATAE
DEC
CONTVBERN
C. IVLI. BATHYLLI
IMMVNIS

9 *Ibidem, effossus lapis Anno Christi 1727.*
curâ Eminentiss. ejusdem.

C. IVLIVS. AVG. LIB
ALTILIAR
NVNNIA. TYCHE. DA

Altiliarius, cui nempe custodia *Altilium*, sive *Avium* in aviario commissa fuerat. *Avium fartor* in alio lapide apud Reinesium dicitur.

11 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

C. IVLIVS. CRESCES
DEC. DAT. OLL.
C. IVLIO. EROTI

2 *In Promontorio Miseno.*
E schedis meis.

IVLIAE HEROTINI
MESTIS CAESARIS VILIC
FAMILIA QVE SVB EO EST
OB MERITIS EIVS

4 *Ibidem,*
in ædibus Matthæjorum.
E schedis Ptolomeis.

D M
IVLIAE IVSTAE ANTIOCHVS AVG
N̄ LVCCVNIANVS ARK. PROVINCIAE
AFRICAE CONIVGI KARIS. FECIT

Arkarium Provinciæ Africæ quum audis, eum excogita, qui nobis nunc est *il Tesoriere*.

6 *Romæ,*
Ex Malvasia.

IVLIAE METHE
IANVARIVS
CAESARIS AVG
AB EPISTVLIS
CONTVBERNALI
CARISSIMAE

8 *Ibidem.*

IVLIVS MARI. L.
BATHYLLVS
DEC

10 *Ibidem.*
Misit Clariss. Ficoronius.

C. IVLIVS. AVG. L. CLARVS
SIBI. ET SVIS. ET
DAPHNINI CONIVGI SVAE
INTER APPARITORES

DAPHNINI videtur pro DAPHNIDI.

12 *Ibidem.*

C. IVLIO. DIOCL. DEC

13 *Ibidem.*
in Via Appia.
Ex Donio.

C. IVLIVS. EVPHRO
SYNVS. AVG. PLVMA
RIVS. H. S. E

Plumarius, nunc *Ricamatore*. De hac voce multa dixi in Dissertatione XXV. *de Textrina* in Antiquitatibus Italicis.

1 *Romæ.*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

C. IVLIVS FELIX. DEC
BASSA. FELICIS

3 *Ibidem.*
inter Viam Appiam & Latinam.
Ex Donio.

D . M
C. IVLIVS. AVG. L. PRIMITIVVS
DECVRIO. PRAEGVSTATORVM
C. IVLIO. PHILARGYRO
AVG. LIB. A. DACTYLIOTHECA. CAESARIS
PATRONO. SVO. BENEMERENTI. FECIT
SEPVLCHRVM. MACERIA. CLVSVM
IN. VIRIDARIO. PARTE. SINISTERIORE
ITEM. C. IVLIO. ANTIOCHO
VERNAE. DELICIO SVO FECIT. VIX. AN. VIII. D. IV. H. I
ET. SIBI. LIBERTABVSQ. ET. POSTERISQ. EORVM
H . M . D . M . A

Non antea notum munus a *Dactyliotheca*, ideft ab *Annulorum thecâ*, nunc agnoscimus. Annuli isti, pluribus gemmis ornati fuere. Unus Plinius significationem vocis nobis servavit Lib. 37. Cap. prim. inquiens: *Gemmas plures, quod peregrino appellant nomine Dactyliothecam, primus omnium habuit Romæ privignus Syllæ Scaurus.*

5 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

M. IVLIVS. AVGVSTAE. L.
AGATHOPVS
AVRIFEX. DAT
IVLIAE. RESTITVTAE
IVLIAE. VITALI
IVLIO. FELIC

7 *Ibidem,*

M. IVLI CARISI
IVLIA. ELATE. PEDISEQ

10 *Ibidem.*

M. IVLI. LIVI
RECEPTI. DEC

11 *Ibidem,*
ad Regulam.
E Ligorio.

M. IVLIVS. AVG. L. SECVNDIO
ACCENSVS. DRVSI. CAESARIS
ET. ALVMNVS
M. LIVIVS. M. F. POL. MACEDONIC. F
IVLIA. TERTVLLA. VXOR
M. LIVIVS. M. L. PROSPER

2 *Ibidem.*

C. IVLIVS
LA. PAENVLARIVS

Pænularum sarcitor hic fuit, vestium nempe ad frigus & imbrem arcendum. Caligula Imperator hisce est usus, teste Suetonio. Matronæ quoque, uti in Alexandro innuit Lampridius, *Pænulas* adhibuere. LA. vitiatum videtur. Si erunt, qui *Liviæ Augustæ*, aut *Libertus Augusti* interpretandum suspicentur, id per me eis liceat.

4 *Ancyræ.*
Ex Tournefortio misit Bimardus Montis Seleuci Baro.

C. IVL. SENECIO
NEM. V E
PROC. PROV. GA
LAT. ITEM VICEPRAE
SIDIS EIVSD. PROV
ET PONTI
ZENO AVG. CVB
TABVLAR
PROV. EIVSD. PRAEPO
SITO INCOMPARABILI

Animadverte casuum discordiam in hocce elogio. Occurrit & in aliis Lapidibus; interdum tamen describentium, aut Typographorum incuriâ. *Julius* iste *Senecio* appellatur *Vir Egregius*. In aliis lapidibus numquam occurrere consuevit VICEPRAESES. Num in hoc marmore scriptum VIC. PRAESIDIS, ideft *Vicario*?

6 *Ibidem.*

M. IVLIO	IVLIAE
DIVAE. AVG. L	IVCVNDAE
AGATOPEDI	AGATOPEDIS
AVRIFICI	M. IVLIVS. PROSIVS. FIL. V. A. II
	M. H. D. X

8 *Vigarani,*
in agro Ferrariensi.
Ex Historia Ferrariensi, & ex Donio.

M. IVLIO. M. F
FRONTO
TI. CLAVDI CAESARIS
AVG. GERMANICI
DISPENSATORI
LENTIANVS

En *Dispensatorem*, quem Servum appellare non audeas.

9 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

M. IVLIVS. AVG
L. ISMARVS
A. MANV

1 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

M. IVLI. SECVNDI
MEDICI. OCV
IN. FR. P. XIIII
IN. AGR. P. XIIII

Medicos Ocularios, adhibitos nempe ad curandos Oculorum morbos, ex aliis Lapidibus noveramus.

3 *Ibidem,*
marmor effossum Anno Christi 1727.
curâ Eminentiss.

TI. IVLI
AGATOPEDIS
STRATOR. A. EPIS

Strator proprium nomen Servi aut Liberti mihi creditur, qui *Ab Epistulis* fuit Augusto, aut Augustæ.

5 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ ejusdem Eminentissimi.

TI. IVLIVS IVLIA
IVCVNDVS ZMYRNA
NVMVLARIVS IVCVNDI

Numularius, & *Nummularius* in antiquis Lapidibus legitur. Eorum ars fuit, Nummos ad exagium scrutari, an probi forent. Permutasse quoque Nummulis aureos creduntur.

7 *Mediolani,*
in ædibus Comitis Octavii Archinti.
E schedis meis.

D . M
KARO. AVG. C
LIB. EX. PROC.
LANTERNINIA
LVPVLA
CVM FILIS
CONIVGI
INCOMPARABILI

KARVS iste fuit *Augusti Cæsaris* (idest *Cari* Imperatoris) *Libertus ex Procuratoribus*, ut puto.

8 *Florentiæ,*
in Museo Mediceo.
Ex Gorio.

KARITONIS. L
CAES. N̄ ☙
SER. DISP

2 *Ibidem,*
in Capitolio.
Ex Ligorio.

D M
TI. IVLIVS ☙ AVG. LIB.
A. CVBICVLO. DOMITIANI
AVG. LVCILIANVS. V. S. F
PROC. CADVCORVM. PATRI
PIISSIMO. ET. INDVLGENTISSIMO

4 *Neapoli,*
in suburbano Januarii Mazzæ, N. V.
Misit doctiss. vir Ignatius Maria Como.

TI. IVLIVS. AVG. ET
AVG. L. DIOGENES. TR.
SIBI. ET. NIGIDIAE. EVTYCHIAE
CONIVGI. ET. SVIS. NIGIDIA. EVTYCHIA
BABERIAE. C. L. MARGARITAE
AMICAE. SVAE. H. M. H. N. S

In secundâ lineâ nisi TR. sit *Tricliniarcha*, vix aliâ ratione interpreteris.

6 *Ibidem,*
apud Franciscum Aurificem.
Ex Ligorio, ac Donio.

L. IVNIO. FAVORIN
VIX. ANN. XXIII
CONSTANTI. AVG. VER
FECIT
IVNIA. FAVORINA
AVGVS. N̄. SERVA
LOTAR.

LOTARIA, Italice *Lavandaja di panni lini*, vox est, cujus nullum exemplum reliquere Latini, & nihilominus usum habuisse potuerunt; neque enim ab eorum Linguâ abhorret, quamquam *Lotrix* videri magis consonum possit.

9 *Romæ,*
in vinea Diabolelli.
Ex Ligorio, ac Donio.

D . M
T. LARCIO. T. F. ESQ
ASPRO. DOM. AVG
A. CVBICVLO
VIXIT. ANN. XXII
T. LARCIVS. T. F. FRVC.
TVS. FRAT. PIEN
TISSIMO. FEC
IN FRON. P. XI. IN. A. P. XV.

In tertia linea lego *Domus Augustæ*: quod tamen rarum est. Num legere præstaret *Domitiani Augusti*, cui *Asper* iste *a Cubiculo* fuerit?

1 *Romæ*,
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

AVG ... CINISMVS. PIS
LICINIA ...
PISTO ...

Pistorem Cæsareæ Domus heic habes.

2 *Ibidem*.
in vinea Baptistæ de Anagnia.
Ex Ligorio, ac Donio.

LICINIAE. TIBVLLAE
L. LICINIVS. L. L. VESPER
AVGVSTI. NOMENCLA
TOR. FECIT. ET. SIBI

4 *Ibidem*,

LIVIA
AVGVSTAE. L
THERMVTARIO

THERMVTARIVS vox omnino peregrina, ita ut justus sit suspicandi locus, pro ea scriptum esse THERMARIO, aut THERMVLARIO.

3 *Ibidem*,
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

LITTO. LIVIAE. L. DEC
DAT. MACARIAE. LIVIAE
L. CONIVGI. SVAE. PIAE

6 *Ibidem*.

M. LIVIVS	TI. CLAVDI
AVG. L	PHASIDIS
YX. A. VESTE	IMM

5 *Ibidem*.

LIVIA. SECVNDA	FELIX. CAES.
ACIRI. SOROR	SER. INGENV
	IN. A. REGIO
	NIBVS. VRB

7 *Ibidem*.

M. LIVIVS. AVG. L. ANTEROS
AMYNTIAN. AB. SVPELECTILE

8 *Ibidem*.

M. LIVIVS
AVGVSTAE
APHRODIS
A. SACRARIO C

Privatarum Ædium Sacrarium apud Ciceronem legimus Verr. VI. *Erat*, inquit ille, *apud Hejum, Sacrarium cum magna dignitate in ædibus*. Et in Epistol. ad Memmium: *qui habitat in suo Sacrario*. Heic verò *Sacrarium* Palatinum habemus, locum nempe Augusto post ejus mortem consecratum, Suetonio teste in ejus Vita Cap. 5. ubi Augusti imago habebatur a Liviâ seu Juliâ ipsius uxore, posita, Sacrarii hujusce custos & præfectus extitit *Marcus* iste *Aphrodisius*.

9 *Ibidem*.

M. LIVIVS	IOLE. L
BOETHVS	SVAE
MEDICVS	
M. LIVIO SPERATO ET	

10 *Ibidem*.

M. LIVIVS
ATTALI. L
HEBENVS. AB. ARGENTO

11 *Ibidem*,

M. LIVI. L.
HOMERI
APICVLAR

Apicularius, ideſt Apiculis, sive Apibus præpositus. Sed libenter inspexissem marmor. Nam pro insueto hoc, & vix credibili nobis occurrit, Fortassis ibi legitur CVBICVLAR. aut aliquid simile.

12 *Ibidem*,

M. LIVIVS. AVG. L.	M. LIVIVS. AVG. L.
MENOPHILVS	MENOPHILVS
CALCIATOR	OLLAM. DAT
	LIVIAE CHLOE

Calciator, seu *Calceator* pro *Sutor*, vox apud veteres Latinos perrara, nunc emergit. Reperitur tamen apud veterem Juvenalis Interpretem Sat. IV. *Calciarius*. Et apud Plautum *Calcearius*.

13 *Ibidem*.

M. LIVIVS. SILVANVS. DECVR
THYMELE. SILVANI

1 *Romæ,*
penes Orpheum Bosellium Sculptorem.
E schedis Ptolomeis.

LONGINVS OSTIARIVS	C. IVLIVS CAESARIS DEMETRIVS

2 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

LVCIFER. V. A. I. ET. D. XLV. CALLISTVS
HESPER. V. A. II. ... V. A. XII.
PROTOGENES. CAESAR. AVRIF. FILIIS. SVIS
DONAT. TI. IVLIVS. IRENIO. DEC

3 *Asculi,*
in tabella ænea.
Ex Ligorio.

INVICTAE. ET
VICTRICI. SANC
DIANAE
LVCCEIA. MEMMIA
ET. C. MEMMIVS
THEORVS
SEVERI AVG
STRVCTOR
V . S . L . M

4 *Florentiæ,*
apud Principes Corsinios.
Ex Gorio.

MACARIA	HILARVS. LIVIAE. OST VRBAN

5 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

MALCHIO DRVSI
PAEDAGOGVS. DEC
HELPIDI. LIVIAE. L. MALCHIONI
OLLAM

6 *Ibidem.*
in vinea Manicolæ Satellitis.
Ex Ligorio, ac Donio.

L. MARCIO. DORYPHORIANO
SCRIB. CENSORI. NEPOTI
SANCTISSIMO. QVI. VIXIT
ANNIS. XXII. DIEB. XVI
L. MARCIVS. DORIPHORIANVS
IVNIOR. SCRIB. AB. EPISTVL
GRAEC. PHILIPPI. CAESAR
AVGVSTI. FEC

7 *Tarenti,*
in Cappella Sancti Cataldi.
Misit Abbas Petrus Polidorus.

C. MEMMIO C. F. GAL. LVPERCO
DISP. ANNON. AVG. PRAEF. I. DIC.
AED. Q. IIII. ET. Q. Q. P. P.
COLLEGIVM. FABRORVM EX S. C.
OB MERITA EIVS

8 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

MENA LIVIAE. L. A. VESTE	CLODIA HELENA CONIVX

9 *Ibidem.*
in Museo Albano.

MENELAVOS C. CAES
DISPENSATOR
VIXIT ANN. XXIII

10 *Ibidem,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

MERCVRIALIS
TRIBVNICIVS
APPARITOR. AVGG
QVI. VIX. ANN. LXXII
M. VIII. D. II

11 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

METTAE
VCHE. ANICETI
DECVRIONI

12 *Florentiæ,*
apud Marchionem Corsinium.
Ex Gorio.

MYRTILVS. AVG. L
DEDIT. PRIMAE. L
MEMORIS. CVB. CON

13 *Romæ, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.*

MYRTILVS
SVPRA. CVBICV
ORTHRO. ET

14 *Ibidem, in Bibliotheca Cardinalis Carpensis.*
Ex Ligorio, ac Donio.

D . M
NARCISSO. CAESARIS
MINISTRATORI
PONTICE CONSERVA
BENE. M. SIBI. ET. SVIS
POS. Q. EORVM

1 *Romæ, in fistula ænea. Ex Donio.*

NARCISSI. AVG. LIB
AB. EPISTVL

3 *Florentiæ, apud Principes Corsinios. Ex Gorio.*

NICE. LIVIAE. L	APHAREVS. IVLIAE
ORNATR	AVG. L. OPSON
ARISTO. LIVIAE. L	DAT
	LIVIAE HILARAE

Habes heic *Juliæ Augustæ Obsonatorem*, qui nempe Obsonia ejus mensæ parabat. Hujus muneris exemplum Lapides nondum dederant. Alterum vide infra ad Inscriptionem *Taurionis*.

6 *Romæ, effoss. Anno Christi* 1727. *curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

D
C. OPPIS
ERVMEN
MINERVI
EPIST

7 *Florentiæ. Ex Gorio.*

OPTATVS
ANTONIAE
DRVSI. TABVL

9 *Ibidem. in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.*

PANAENVS. LIVIAE
LECTOR. DEC

10 *Ibidem.*

PANNYCHVS. NERONIS. AVG.
IMMVNIS. DAT. ALCIMO. AVG
CVBVCE PATRI SVO. ET ALEXANDRO
ET CORINTHO. L. EIVS
POSTERISQVE. EORVM

Pro CVBVCE fortasse legendum CVBVCL. idest *Cubiculario*.

11 *Ibidem.*

PAPHIE. LIVIAE	CEVLIS
CHRYSEROS. CVB	DAT
M. LIVIVS. ALEXANDER	LIVIAE. THALLVSAE
FILIVS. EORVM	

2 *Ibidem, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ. Ex editis curâ Eminentiss. Card.* de Polignac.

NICODEMVS	M. IVLIVS
SPONSIAN	AVG. L
DEC. CVBICLARIOR.	THAMBVS

4 *Romæ, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.*

NISI. IVLIAE	SEM
AVGVSTAE. L	AV
TABVLAR	DA

5 *Auximi. Ex Ligorio, ac Donio.*

C. OCTAVIO
AVG. L. EXCEP
TORI. AVXIMA
TES. D. D
C. OCTAVIVS. PROC
FRATRI. C. D. D. ✳. IX.
COLONIS. ✳. IIX. AVG
III. DIVISIT

Donius legit in sextâ lineâ FRATER.

8 *Romæ, in vinea Manicolæ Præfecti Satellitum. Ex Ligorio.*

D ⁂ M
SEX. PACCIO. SEX. F
RVFO
PRIMISCRINIO. AVG
PACCIA AERENNIA
CONIVGI. PIISSIMO
OSSAR. D. S. FECIT

Primiscrinii munus præcipue Sæculo Christi Quarto celebre fuit. *Paccius* iste *Rufus* præcipuum Scrinium administrabat, in quo rationes vectigalium & numerorum adservabantur.

12 *In Aragonia. E schedis Nicolai Pacediani.*

Q. PAPHIVS. Q. F. PAPHIANVS
TONSOR ET PRAEGVSTATOR CAESARIS
FECIT SIBI
ET EVPHROSINAE VXORI AMABILI
B. M. ET NATIS III.

1 *Romæ*, *apud Franc. Ficoronium.*

D . M . S
PARIS. IMP. DOMITIANI
AVG. GERMANICI. SER
MINISTRATOR. SIBI. ET
CLAVDIAE. AGATHTYCHE
CONIVGI. BENEMERENTI
QVAE. VIX. ANNIS. XXI

2 *Ibidem*, *in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.* *Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

PARTHENIO	PHILARGYRVS
LIVIAE. L.	PARTHENIONIS. L
CVBIC.	PARTHENIO. PATR
	OLLAM. DAT

3 *Ibidem.*

PASCHVS ET
AMARANTI
SVPRA
CVBIC. LAR

Cui nempe cura erat *Cubiculi*, ubi *Lares* colebantur.

4 *Ibidem.*

PASICRATES CAESARIS
TABVL. IMMVN

5 *Tibure.* *E schedis meis*, *& ex Donio.*

PEAN AVG. LIB
PROC. CASTRENS
PROC. VOLVPT.
PROC. ALEXANDR
SIBI POSTERISQVE SVIS

Alterum *Procuratorem Voluptatum* supra vidimus.

6 *Romæ*, *extra Portam Castri Sancti Angeli.* *Ex Ligorio*, *ac Donio.*

DIS. MANIBVS. S.
ET. MEMOR. PATR. ET. FIL
P. PETENIVS. L. L. [illegible] MVS
ET. P. PETENIVS. AVG. N̄. SER. L.
A. LAGVNA. T. F. I. COM. PA
TR. EIV ❦ DON. FAM. SVAE. ET QVOT
QVOT. E. LIBERTIS. LIB. Q. POST. Q.
SVIS
IN. FR. P̄. XXS. IN. AGR. XXVS
H . M . H . E . N . S ❦

Donius in quartâ lineâ legit SER. A. LACVM. PATR. EIVS. A LAGVNA: hoc munus in aliis quoque lapidibus apud Gruterum occurrit. *Laguna* idem atque *Lagena*, Italice *Fiasco*, notissimum vas ad vinum.

7 *Ravennæ*, *in Sanctæ Mariæ in Porticu.* *E schedis Jacobi Valerii*, *& Alexandri Marchionis Capponii.*

PETTIDIAE. ATTIRODITI.
CONIVGI. CARISSIMAE.
CVM. QVA. VIXI. ANN. XXXVI.
M. VIBIVS. FELIX. AVG. N̄. R̄.

Postremas siglas interpretor *Augusti Nostri Rationalis*.

8 *Tarenti*, *in Cappella Sancti Cataldi.* *Misit Petrus Polidorus V. Cl.*

T. PHAENNAE AVG. L. A. COMM. BENEF.
STATVAM POSVERVNT POP. ET ORD. TARENT

9 *Romæ*, *in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.* *Ex editis curâ Eminentiss. Cardinal.* de Polignac.

PHILADELPHVS	NIPHAS
NERONIS. CAESAR	PHILADESPOTI
EX. HORREIS. PETRONIANIS	CONTVBER
DEC	EIVS

10 *Ibidem*, *lapis effossus Anno Christi 1727.* *curâ ejusdem Eminentiss. Cardinalis.*

PHILARGYRO. PLE [illegible] INT
BELLAIAE MVSICE PHILARGYRI

11 *Ibidem.* *in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.*

PHILIPPVS CAESARIS
AVG. INVITATOR
DAT. HI [illegible] SVAE
OLL [illegible]

12 *Ibidem.*

PHILODAMO
CAESARIS
A. REG. VRB.
DEC.

1 *Romæ,*
apud Marchionem Capponium.
Misit Ramagginius.

PHOEBVS OCTAVIAE
EXACTOR
FECIT. CARISSIMIS
M. ANTONIO. PHOEBO. V. A. VII
ET PANNYCHIO. V. A. XIV
ANTONIA. PANNYCHIS
MATER. EORVM

3 *Romæ,*
apud Clementem Statuarium.
Ex Donio.

PHYLLIS IVCVNDVS AGRIPPINAE
GERMANICI. CAESARIS
FILIAE
DISPENSATOR

5 *Reate,*
in Sancti Angeli in suburbio.
Misit Antonius Antinorius Aquilanus.

PITVANIA II DELPHIS FECIT SIBI
ET P. MOCIO NEDYMO VIRO SVO
REDEMPTORI OPER. CAESARVM
L. PITVANIO ELEGANTI PATRI
VI VIR. AVG. REATE PITVANIAE
SECVNDAE MATRI FRONTIDI SORORI
PITVANIAE MARCELLAE FIL
L. PITVANIO AMANDO L. PITVANIO
LATINO L. PITVANIO REATINO
L. SVO ET LIBERTIS LIBERTABVS
POSTERISQVE SVIS

Notum est, *Redemtores* appellatos fuisse, qui aliquod opus publice faciendum curabant, pretium constitutum recepturi. Italico idiomate *Appaltatori* vocantur. *Mocius* iste *Nedymus* redemerat, sive facienda susceperat *Opera* publica *Cæsarum*, Templa, Theatra, Ædes, atque alia hujusmodi.

6 *Florentiæ,*
apud N. V. Carolum Strozzium.
Ex Gorio.

B M
PRASTINA. MAXIMINA. AC
TRIX. C. DOMVS QVE IVNCTA EST MAR
ITO ANNORVM SEDECIM SIC ET POSSEDIT MA
RITVM. ANNIS. XVI. FILIOS. DE
N. TRERES PO

Legendum in fine videtur HERES, nisi sit vitiose numero TRES. *Maximina* hæc fuisse dicitur *Actrix Cæsareæ Domus*. Christiani aliquid redolet hæc Inscriptio.

2 *Salonæ.*
E schedis Mariangeli Accursii.

PHRYGIO AVGG. N. N
AB. INSTRVMENTIS
DEF. ANN. XXXVIII
L. AVRELIVS CASTVS
ET C. IVLIVS HONORATVS
FILI PATRI B. M. P.
ET IVLIAE VALERIAE
MATRI DEF. ANN. XXX

In Gruteriano Thesauro pag. 586. num. 2. visitur *Potinianus Augusti nostri verna Librarius ab Instrum. Gen.... ialibus.* Heic, non secus atque ibi obscurum, quid sint *Instrumenta*. Suetonius in Vespasiano Cap. 8. memorat *Instrumentum Imperii pulcherrimum*, ac *vetustissimum*, *quo continebantur pæne ab exordio Urbis Senatusconsulta, Plebiscita de Societate & Fœdere, ac privilegio cuicumque concessis*. Inde fortasse lux.

4 *In oppido Marini.*
Ex P. Vulpio Soc. Jesu.

DIS MANIBVS
PIERI. AVG. L. PRAEC
PVERR. CAESARIS N.
FLAVIA NICE CONIVNX
B. M. TITVLVM CVM VALVIS
AENEIS D. S. P. PERMISSV HERMAE
AVG. L. A CVB. DOMITIAE AVG

Domitia Domitiani Augusti uxor, cui *a Cubiculo* fuit *Herma Augusti Libertus*, satis prodit quo tempore fato cesserit *Pierius Augusti Libertus*, *Præceptor Puerorum* (nunc Italice *i Paggi*) *Cæsaris nostri*. Ei Titulum, sed & sepulcrale Cubiculum *cum valvis æneis de suo posuit Flavia Nice Conjux*.

7 *Ibidem,*
apud Principes Corsinios.
Ex eodem.

PRIMA. LIVIAE. OPSTETRIX. ASTEROPE
MAXIMI. EPICHARIS. MAXIMI. MATER

8 *Romæ,*
apud Sfortiam Cæsarinum Ducem.
Misit Ficoronius.

HERCVLI. AVG. SACR
EX VISO
PRIMIGENIVS
IMP. CAESARIS. VESPASIANI
AVG. IVVENCIANVS. TABVLAR
A MARMORIBVS

Effossum fuit Marmor Anno Christi 1737. ad Ripam Tiberis, ubi olim Romani Marmora deponebant. Visuntur in uno latere lapidis Arcus & pharetra cum Sagittis. In altero Vas. Sub Epigraphe Pellis Leonina Clavæ involuta.

1 *Ameriæ.*
Ex Donio.

D M
PRIMITIVAE ET
HILARO
COIVGI ET
FILIO BENE
MERENTIBVS
FECIT PRIMI
TIVVS ACTOR
IMP. COM
MODI
AVG. N̄

4 *Ibidem.*

PRINCEPS. AM
PEDISEQ. DEC

Hic *Pedisequorum Decurio* fuit.

6 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

REGILLVS
LIVIAE. PED

7 *Ibidem.*

ROMANVS	C. IVLIVS
LIVIAE. DEC	POTHINVS
A TABVLIS	CAESARIS. FVLLO

A TABVLIS idest *Tabularius* fuit iste *Romanus*, simulque Decurio in aula Liviæ: *Pothinus* verò *Fullonem* egit *Cæsaris Augusti*.

9 *Ibidem,*
apud Marchionem Capponium.
Misit Ramagginius.

SABBIO PVP. VALER
MESSALINAE DISP
HIC SITVS
VIXIT. ANN. XXX

10 *Romæ, in urnula.*
Apud Ficoronium.

SABINA AVG. SABINA
CLERA. SER. T. CAES. AVG.
AB. ORNAMENTO. SVI. FECIT

Res poscit, ut SABINAE in priori loco primæ lineæ legatur. Quo nomine signatur heic *Julia Sabina* Titi Augusti filia, quæ primùm Sabino juncta, tum Domitiano patruo, in Nummis IVLIA T. AVG. sive D. TITI FILIA appellatur. Ipsius Titi Augusti *Ornatrix* fuisse videtur *Sabina* ejusdem Sabinæ Ancilla nomine, re verò Liberta, ut opinor.

2 *Romæ.*
E schedis Fratris Jucundi misit Clariss. Gorius.

PRIMVS. C. CAESARIS
GERMANICI. L. CVBICVLARIVS
V. A. XXX

3 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

PRIMVS
TI. CAESAR. MATERN
AQVAR

Aquariorum munus fuit Aquam publicam curare; atque e castellis distribuere.

5 *Antemaduni Lingonum.*
Misit Bimardus.

D M
PRVNICVS. A
NICETI CAE
SAR. N. SCR
EVTYCHE
TI. F. C. L. II

Habes heic *Anicetum Cæsaris Nostri Scribam*.

8 *Ibidem,*
in Via Latina ad Arcum Tiburtinum.
Ex Malvasia.

D M
RVPILIO CALPVRNI
ANO MEDICO DOM
VS AVGVSTAE. D. RV
PILIVS TELESFORIA
NVS PATRI B. M. FECIT
QV BIXIT. ANNIS L. MESIBVS VIII. DI
ES. X.

11 *Neapoli,*
in suburbano Januarii Mazza.
Misit Franciscus Valletta Nob. Jurisconsultus.

SABINO. AVGVSTI. N
DISPENSATORI. AVRE
LIA EPIMACHIS. CON
IVGI. MERENTI. QVI
VIXIT. ANN. XXXI
FECIT

Aut eamdem, aut similem protulit Johannes Vignolius V. Cl. Salerni positam, ibique in tertia lineâ legit EPICHARMIS.

12 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

SABINVS. AVG. L
ARCARIVS. OLLAM
DEDIT. LIVIAE. TERPNI
ET. SATVRNIN. L. SECVNDAE

1 *In Foro Julii,*
in Ronchis.
Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.

SALLVSTIAE
MINNIDIS. L
IONIDI
CALLISTVS
PHOEBI CAESARIS
AVGVSTI
ARCARI. VICAR
CONTVBERNALI
ANNOR. XVI.

Callistus iste fuit in Aula Augustali *Arcarii Vicarius*: Italice diceres *Vice-Tesoriere*.

3 *Camerini.*
E schedis Pacediani.

C. SALVINIO FRONTONI
ET MVRIAE SORORI
DE SE. B. M.
QVAE VIX. AN. XVII. M. IIII. D. IX
HOR. XV. SCRVPVL. XXX
NIL MALI FECIT. DIX. QV.
C. SALVIVS
(*sic*) CAESARES DAPIFER
PATER

Aut C. SALVIO legendum videtur in primâ lineâ, aut in septimâ scribendum C. SALVINIVS. In octavâ lego CAES. AVG. Porro Augustorum *Dapiferum* nunc primùm ex lapide isto agnoscimus. Fabrettus antea aliis exemplis ostendit non *Horas* tantùm, sed & *Scrupulos* Vitæ, ab antiquis fuisse commemoratos in Titulis sepulcralibus.

5 *Ibidem,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

D M
SATVRNINO
CAES. N̄. SER. MINISTRA
TORI EX D. IIII. FECIT
M. VIPSTANIVS. SILVANVS
AMICO B. M

EX. D. IIII. idest *ex Decuriâ Quartâ*. Servi enim ac Liberti Cæsareæ Domus in varias Decurias distributi erant. Atque inde propterea tam frequens *Decurionum* munus in Augustorum priorum Familia.

8 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

SECVNDIO. LIVIAE. AVG
AQVARIVS. DAT. OLLĀ
ADVENAE. CONIVGI. PIAE

2 *Romæ,*
in domo Octaviani Cittadinii.
Ex Ligorio, ac Donio.

D M
T. SALLVSTIO
EVTYCHO
ADIVTORI
A IVMENTIS. CAES. N̄.
FLAVIA HORAEA
CONIVGI B. M.

Hinc discimus fuisse in Aula Cæsarea *Præfectum Jumentorum*, cujus erat *Vicarius*, sive *Adjutor*, *Eutychus* iste.

4 *Romæ,*
penes Marium Delphinium.
E schedis Ptolomeis.

SILVANO SA
SPERATVS
IMP. CAESARIS
HADRIANI. AVG
SER. VILICVS
O. SALVI
M. AVRELIANI
FELIC. AVG. DVBIT[illegible]
VILICVS RESTITVIT

Pro M. AVRELIANI restituendum suspicor in septimâ lineâ M. AVRELI. ANT*onini*. Sunt & alia vulnera, quibus sanandis sum impar.

6 *Ibidem, apud Franciscus Ficoronium V. Cl.*
Misit Joh. Jos. Ramaginius.

DIS MANIBVS
SEXTIAE PROCVLAE
SATVRNINVS CAESARIS
PRAESIGNATOR
FECIT CONTVBERNALI
SVAE CARISSIMAE ET
SIBI ET SVIS

7 *Ibidem.*
E schedis Farnesiis.

SCVRRAE
ATRIEN. REGIA
DEC

Quamquam non constet, an *Scurra* iste *Atriensis* munere ipso functus in Palatio fuerit, *Decurionis* tamen officium indicare hoc ipsum videtur. Quod si scriptum foret in marmore REGIAE, tunc res in aperto esset; nam ab Augusti tempore Palatium Augustorum *Regia* appellari cœpta est. Vide Suetonium in Augusto Cap. 76.

9 *Ibidem,*
in hortis Sabuntianorum.
Ex Donio.

D M
SEDATI
TI. CL. SECVN
DINI. PROC
AVG. TABVL
CLEMENS
ADFINIS

1 *Vindobonæ*, *in Bibliotheca Cæsarea Lapis e Dacia advectus*. *Ex Marchione Maffejo*.

I O M
C. SEMPRONIVS
VRBANVS
PROC AVG

3 *Romæ*, *lapis effossus Anno Christi 1727. curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

STEPHANVS
CAESAR. HORR

Stephanus iste fuit *Horrearius* Augusti.

4 *Ibidem*, *in Villa Pamphilia*. *Ex Clariss. Vignolio*.

D M
STRATON AVGG
LIB. PP. VELARI
ORVM VIVVS
FECIT SIBI

Velarii appellati sunt, qui ad *Vela* (Italice *le Portiere*) atque ad ostia Cubiculorum Palatii stabant. *Velariorum* PP. idest *Præpositus* fuit *Straton*, qui hunc titulum sibi paravit.

6 *Ibidem*, *pænes Capranicas*. *E schedis Ptolomeis*.

SER. SVLPICIO
AVG. L. FAVSTO
AB. ADMISSIONE
SER. SER. SVLPICI
AGATHEMER
ET THALLVS
CONLIBERTO

Galbæ Augusti Libertos hosce fuisse, sat prodit eorum prænomen & nomen. SER. SER. in quartâ lineâ significat SERVII, numero plurali. Quodnam munus sit AB ADMISSIONE, indicabit Plinius junior, quum in Trajano laudat *Admissionum facilitatem*, scilicet *la facilità a dare udienza*. Seneca pariter Lib. 4. de Beneficiis, *primas & secundas Admissiones* memorat. Apud Suetonium in Vespasiano Cap. 14. mentio est *officii Admissionis*. Lampridius verò in Alexandro *Admissionales* appellat Ministros, qui ad Principem admittebant venientes. Demum Jul. Firmicus Lib. 8. cap. 14. inquit: *aut fient domus regiæ Jantores, vel tale illis officium deputabitur, ut iis in Palatio Admittendi, vel Salutandi Officia credantur*. Nunc primum in Lapidibus Officium hoc visendum se præbet.

9 *Romæ*, *marmor effossum Anno Christi 1727. curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

SYNETE	HYLA. LIVIAE
HORATI ET CRINI	A VESTE. DEC. DAT
	GLAPHYRE. SOROR

2 *Romæ*. *Misit Clariss. Ficoronius*.

D . M
SEREN[illegible]
AVG. LIB
A SACRIS
FECIT
CAELIA AMANDA
MARITO CARISSIMO
ET SIBI

In Gruteriano fragmento Fratrum Arvalium pag. 121. memorantur Ministri *a Sacris D. N. Augusti*. Ii mihi creduntur *Pueri*, *Popæ*, aliique hujusmodi ministrantes Sacerdotibus in sacris.

5 *Ibidem*, *in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani*. *Misit V. Cl. Franciscus Blanchinius*.

SVAVI AGRIPPINAE
GERMANICI CAESAR. F.
DISP
EVGRAMMVS ET RVSTICVS
ARCARI B. M. F

Posita fuit Inscriptio hæc antequam *Agrippina* ob conjugium cum Claudio Imperatore Augustæ cognomen consequuta fuerit. Habemus autem heic *Suavem* Agrippinæ ejusdem *Dispensatorem*, & *Eugrammum & Rusticum* ejus *Arcarios* (hoc est *Tesorieri*.)

7 *Brixiæ*. *Ex Octavio Rubeo*.

[illegible]
AVG. LIB. TABVLAR
SYMPHORVS ET
SCORPVS LIBERTI
ET HEREDES PATRON
BENEMERENTI FECER

8 *Romæ*, *in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ*.

SYNEROS. TI. CAESARIS
AD IMAGINES

Imagines dedicatas habuere veteres in variis Ædium partibus, suorum quidem Majorum in Atrio, aut in celeberrimo Ædium loco, & maxime conspicuo; eorum verò, quos amarent, in Cubiculo. Suetonius in Caligula Cap. 7. de Germanici liberis testatur *Augustum effigiem* unius ex eisdem infantibus *in Cubiculo suo positam, quotiescumque introiret, exosculari* solitum fuisse. Fuerunt inter cubiculares Imagines, cariorum quoque Numinum simulacra dedicata, quæ tori genialis curam habere existimabantur. *Quid impletur* (inquit Sanctus Augustinus Lib. 6. Cap. 9. de Civitate Dei) *cubiculum turbâ Numinum*? Imaginum hujusmodi custodiæ præfectus fuit in Palatio *Ti. Cæsaris Syneros* iste Libertus.

10 *Extra Romam* *in hortis Justinianeis*. *E schedis Ptolomeis*.

DIS MANIBVS
TAVRIONIS
OPSONATORIS
POPPAEAE AVG

Opsonator, qui opsonia domino cariora conquirebat, seu paranda coquo tradebat. Plautus, Seneca, Martialis *Obsonatorum* meminere. Alterum exemplum supra vidimus in Inscriptione *Nice Liviæ L.*

1 *Lugduni.*
Misit Bimardus V. Cl.

ET MEMORIAE AETERNAE
SEX. TERENTI LVCILLI PVERI DVLCISSIMI
D QVI VIXIT ANNIS XIII DIEBVS XXXXVIII M
FELICIANVS AVG N VERNA EX DISPENSATORIB
PATER ET SATRIA LVCILLA MATER PARENTES
FILIO KARISSIMO PONENDVM CVRAVERVNT
ET SVB ASCIA DEDICAVERVNT

2 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.

DIS MANIBVS
TETTIAE SORANAE
CONIVGIS OPTIME
ET SANCTISSIM
TI. CLAVDIVS AVG. LIB
HOMERVS TABVLAR
A RATIONIBVS PERMISSV MANLIAE
ARIADNES QVE IVS IN HOC MON. HAB

3 *Romæ,*
in hortis Matthæjorum.
E schedis Ptolomeis.

THALLO
ABASCANTI
AVG. LIB
AB EPISTVLIS
LAT

4 *Fani.*
Misit N. V. Petr. Paulus Marculinus Comes.

D M
THEOPHILO
AVG. ADIVTORI
A SACRIS
TINDARIS
CONIVGI. B. M
FECIT

Ideſt *Theophilo Augusti* Servo *Adjutori a Sacris.*

5 *Romæ,*
apud Nicolaum Farusinum.
Ex Ligorio, ac Donio.

D M
THREPTE AVG
OPTIMAE
PIISSIMAE
BENEMERENTI
VIX. ANN. XXVIII
MENS. XI. DIEB. VII
COMMVNIS. AVG
TABVL. ET. VLPIA
THISBE. FECIT

6 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

TILYIAS P. SERGIVS
AVG. PEDISQVA (*sic*) APOLLONIVS

7 *Ibidem.*

IVS. TIMOTHEVS
DAT. LAMPADI. LIB. DEC
CTETI

8 *Belignæ,*
in agro Aquilejensi.
Misit Canonicus Bertoli.

TINIVS. TROPHIMVS. AVG
L. CL. SCAVAR. ORN. DEC. D

Hic *Ornatorum* Palatinorum *Decurio* fuiſſe videtur.

9 *Lugduni.*
Misit Bimardus.

L. T. FIL. Q
TITIANO
PROC. AVG. PROVINCIAR
BELG. ET. AQVITANICAE. PROC
PATRIMONI. PROC. PRO
LAT T PROC. PRO

10 *Florentiæ,*
in ædibus Francisci Guicciardini.
Ex Gorio.

TITVLEIA CLEMENS AVG
NOBILIS AD. SVPELECT

11 *Romæ.*
Misit Ficoronius.

DIS MANIB
TYCHICO IMP. DOM. SER
ARCHITECTO CARISSIMO
TI. CLAVDIVS. PRIMVS
OLLAM. OSSVARIAM
DONAVIT

Alii legunt in primâ lineâ MANIBVS. & in tertiâ pro CARISSIMO legunt CRISPINI. L. vel CRISPINIL.

12 *Florentiæ,*
in Museo Andreinio.
Ex Gorio.

TYCHE. LIVIAE
SARCINATR

1 *Romæ*,
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

TYRANNVS .
VERNA. DEC. III. TRIB. AVG
DAT. OLLĀ
PHILADELPHO. COSIR.
POTITIANO. PISTORI

Habemus heic *Vernam Decuriæ Tertiæ* TRIB. Sed quid sit istud TRIB. ignoro. Fortasse scribendum & LIB. Nam & Liberti in plures Decurias divisi fuere. Neque enim audeo legere *Tribunorum*.

2 *Ibidem*.

TYRANNVS	ISOCRYSVS
LIVIAE	LIVIAE
MEDICVS	AD. VESTEM

3 *Ibidem*.

TYRANNVS. VERNA. TAB. APPARITOR
SACRIS. OMNIVM. IMMVNIS
IS. DEDIT. TI. CLAVDIO. AVG. L. VETERANO
COLVMBARIVM. TOTVM
TYRANIS. INTVLIT. IANTHVM. AVG. L
MINISTRI FRATREM SVVM

Animadverte *Columbarium totum* dono datum. In singulis Columbariis complura loculamenta erant, ad excipiendos cineres defunctorum. Vide Clariss. Fabrettum.

4 *Romæ. Misit Ficoronius.*

VALERIA. HILARIA
NVTRIX
OCTAVIAE. CAESARIS. AVGVSTI
HIC. REQVIESCIT. CVM
TI. CLAVDIO. FRVCTO. VIRO
SVO. CARISSIMO
TI. CLAVDIVS. PRIMVS. ET. TI. CLAVDIVS
BENEMERENTIBVS FECERVNT

Cæsari Augusto *Octaviæ* geminæ Sorores fuere, altera *Major*, altera *Minor* appellatæ. Vide Suetonium in ejus Vita Cap. 4. Quæ Marco Antonio nupsit, celebrior. Huic post mortem Augustus *honores maximos tribuit*. Ad *Valeriam Hilariam Nutricem* Octaviæ istius referenda mihi creditur Inscriptio. Neque enim *Octavia* Neronis uxor nuncupata fuisset CAESARIS AVGVSTI, sed AVGVSTA, seu *Neronis Augusti*. Animadverte HIC REQVIESCIT, quæ quidem formula parùm obvia est in Ethnicorum monumentis In nonnullis aliis tamen videas HIC ADQVIESCIT, & OSSA BENE QVIESCANT, & REQVIETORIVM pro Sepulcro &c.

5 *In Sancti Firmi,*
in agro Vicentino.
Ex Donio.

VATERNIAE. C. F. CALPVRNIAE. SEMNAE
QVAE. VIXIT. ANNVM. ET. MENSES. II.
C. VATERNIVS. CALPVRNIVS. LVCRETIANVS
PROC. AVG. PATER
FACIVNDVM. CVRAVIT

6 *Romæ*,
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

VENVSTVS. TI. CAES
MATER. A. SVPEL.

7 *Tuderti.*
E schedis meis, & Classensibus.

VM. MONVM
VIBI. AVG. L.
A POTIO
LAGVN
POSTERI

Vibius iste Augusti Libertus fuit a *Potionibus*, & a *Laguna*, sive *Lagena*.

8 *Spoleti,*
in Sanctæ Luciæ,
in Episcopio Spoletano.
Misit Medicus Clariss. Dionysius Sancassanius.

D . M
L. VIBVSIO. SECVN
DO. COMPITAL
LAR. AVG
VIBVSIA. HETISIA. PATRO
NO. ET. CONIVGI. OPTIM.

In schedis meis legitur VIBVSIA THETIS. *Ludos Compitales* novimus Romæ celebratos in Compitis ad Lares honorandos. *Lares* quoque *Augustorum* occurrunt in Gruteriano Thesauro. Quid ergo sonant hæ voces COMPITAL. LAR. AVG.? Apud eumdem Gruterum pag. 179. num. 3. *Cajus Torasius* dedisse traditur *Severis Augustalibus*, & COMPITALARVM AVG. & *Magistris Vicorum* H-S. CXX. Aut ergo Augustis, aut Augustalibus fuere *Lares*, qui Compitalium die producti, atque honorati videntur. Certe ex Suetonio in Augusti Vita Cap. 31. novimus, Augustum eumdem *Compitales Lares ornare bis in anno instituisse vernis floribus & æstivis*. Compitales autem Lares sic dicti fuere, quod, ut ex Ovidio discimus:

—— Compita servant,
Et vigilant nostra semper in æde Lares.

Itaque *Vibusius* iste *Secundus* præfuit custodiæ *Compitalium Larium Augusti*, proinde fortasse appellatus *Compitalis*, *Compitalicius*, aut *Compitalarius*.

9 *In Villa Hadriani prope Tibur.*
Ex P. Vulpio Soc. Jesu.

SOLI. INVICTO. MITHRAE
SICVT. IPSE. SE. IN. VISV
IVSSIT. REFICI
VICTORINVS CAES. N
VERNA DISPENSATOR
NVMINI PRAESENTI. SVIS. IN
PENDIS. REFICIENDVM
CVRAVIT. DEDICAVITQVE
NAMA CVNCTIS

1 *Florentiæ*,
apud Principem Corsinium.
Ex Gorio.

O. GERMAN. L
AD. LIBROS VIPSANIA
GRANIVS HEDONE
FELIX

3 *Ibidem*,
in Via Numentana.
Ex eisdem.

DIIS MANIBVS
SACR
VLPIAE. HYGIAE
QVAE. VIXIT. ANNIS. XXX
M. IIX. D. XIII
M. VLPIVS. AVG. L. OPTI
VLP. FAML. CONIVGI
BENE. MERENTI. FECIT
SIBI. ET. SVIS
POSTERISQVE. EORVM
HVIC. MONVMENTO. MANVS
QVI. INTVLERIT. DABIT
IN. ARK. PONT. H-S. N. L.

Donius in sextâ lineâ legit L. OPT. VLP. FAMIL. *Ulpius* iste Trajani Libertus, mihi creditur fuisse *Optio*, ideſt Vicarius Præpositi *Familiæ Ulpianæ*: quo nomine Gladiatores potius a Trajano Augusto nutritos & educatos signari opinor, quàm Servos. Cicero pro Sulla: *At præfuit Familiæ Corneliæ*. Ibi Familia est Gladiatorum cœtus. Sic Julius Cæsar apud Suetonium in ejus Vita Cap. 10. *quum multiplici undique Familiâ* (nempe Gladiatorum) *inimicos exterruisset, cautum est de numero Gladiatorum, quo ne majorem cuiquam habere Romæ liceret.*

6 *Parisiis*,
apud D. de Bose V. Cl.
Ex P. Montfauconio.

M. VLPIVS AVG. LIB.
EVPHROSINVS
A VESTE VENATORIA

8 *In Civitate Nepesina.*
E schedis Fratris Jucundi misit Clariss. Gorius.

M. VLPIO. AVG. LIB. THALLIO
PROCOS
FLAVIA IVVENTA VXOR
ET VLPIA PROCVLA FILIA
DE SE. B. M
IDEM DECVRIONI VXORI
AVG. LIB. ET MERITI

Mancam dederat, ac mendis respersam Gruterus pag. 595. num. 10. Exemplum hoc ne ipsum quidem vitiis destitutum, exhibeo, ut qui utrumque conferre velit, emendare & seligere possit. In Gruteriana PROC. non PROCOS. legitur in secundâ lineâ, ejusque lectio præferenda.

2 *Romæ*,
in Vinea Cardinalis Carpensis.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS
MANIBVS
SACR
L. VITVRIO
L. LIBER
PRAECONI
L. VITVRIVS
L. LIBERTVS
NOMENCLA
TOR. AVG
FEC. IN. F
P. IIS. IN
AG. P. IIIIS

4 *Florentiæ*,
apud N. V. Carolum Strozzium.
Ex Gorio.

D . M
VLPIO. CRATERI
SCRIBE
VNCTORES AVG
VIX. ANN. LXXII

Unctores Augustorum fuere, qui eos, postquam exierant e balneis, ungere consueverunt.

5 *Romæ*,
in pavimento Basilicæ Sancti Chrysogoni.
Ex Donio.

M. VLPIO. AVGG.
LIB. ACHILLEO. COM
PRAEPOSITO. VEST SILIA
NICOCLIA
CRETA

Ulpius iste *Achilleus* Trajani Libertus *Præpositus* fuisse videtur Vestiario *Augustorum*.

7 *Romæ.*
Ex Donio.

D M
M. VLPIO. AVG. L. HERMETI
CVBICVLARIO. FEC
CLAVDIA. SPARTE. CONIVX
B. M. ET. SIBI. ET. SVIS. LIB. LIBER
TABVSQ. POSTERISQ. EOR

9 *Romæ.*
apud Franciscum Aurificem.
Ex Ligorio, ac Donio.

VOLVSIAE. SABINAE
VIX. ANN. XVII. M. VII
VOLVSIANVS. CARI
TVS. AVG. NOST. SER
TRICLINIAR. CONIV
GI. BENEMERENTI
FEC

Triclinii Cæsarei cura *Volusiano* huic *Carito* credita fuit.

1 *Romæ*, *effossum marmor Anno Christi 1727. curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

VRBANVS. LYDES. AVG. L. DISPENS
INMVNIS. DAT. HERMAE. FRATRI. ET
CILICAE. PATRI

Dispensatores dicebantur, quibus familiæ rationes commissæ erant, quique domini pecuniam collocabant. Macrobius Lib. 2. Cap. 3. de Augusto loquens, *Dispensatorem* (inquit) *vocavit, & centum Sestertia Græculo numerari jussit*. Cicero quoque apud Nonnium ait: *Quid? tu (inquam) soles, cum rationem a Dispensatore accipis, si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta est, non probare?* Habes heic *Urbanum Lydem Augusti Libertum*, ac *Dispensatorem*, qui & *immunitate* ab oneribus, operibusque publicis gavisus est.

2 *Ibidem*, *in Museo Kircheriano. Miserunt* P. Scarmagli, *&* P. *Cantuccius Cantucci*.

ZETHVS MARCELLAE
MINORIS COCVS

Sagum, vestis militaris, ut omnes norunt. Inde Salmasius enatam Italicam vocem *Sajo* & *Sajone* est opinatus. *Libertos* non paucos, quibus *Cæcilius* iste *Spendo* jus sepulcri dedit, quosque heic memoratos vides, si mavis censere, totidem Discipulos, ac Operarios sub eodem Cæcilio Sagario, per me liceat.

8 *Romæ, inter Viam Appiam, & Latinam. Ex Donio.*

P. CAICILIVS. P. F. P. CAICILIVS. P. L. LYSIMACHVS
P. CAICILIVS. P. L. FELIX. P. CAICILIVS. P. L. CALLIPPVS
FELIX. ARGENT. P. CAICILIVS. CALLIPPI. L.
P. CAICILIVS. P. L. BANEIA. SECVNDA. P. L. HELENA
P. CAICILIVS. SPERATVS. DE. FORO. VINARIO
P. CAICILIVS. CALLIPPE. L. EXPECTATVS
ARGENTARIVS. SENTIA. VENERIA. VIX. ANN. III
DE. FORO. VINARIO. CAICILIA. P. L. AVG.
P. CAICILIVS. EVTYCHVS. SACERDOS
P. CAICILIVS. LYSIMACHI. L. HYGINVS
ARGENTARIVS. DE. FORO. VINARIO
P. CAICILIVS. P. L. ALCAEVS.
P. CAICILIVS. P. L. TIRIDATES
P. CAICILIVS. P. L. EROS
COACTOR. VINARIVS. DE. FORO
VINARIO. FVNDAVIT

Hæc in schedis meis ita proferuntur.

P. CAVCILIVS. P. L. LYSIMACHVS FELIX
P. CAVCILIVS. P. L. CALIPPVS FELIX
P. CAVCILIVS. P L. AVCTVS FELIX
P. CAVCILIVS. P. L.
BAVCIA SECVNDA
BAVCILIA. P. L.
HELENA FELIX ARGEN
P. CAVCILIVS CALIPPI. L.
P. CAVCILIVS. SPERATVS. DE. FORO. VINARIO
SALVIVS ARGENTARIVS DE FORO VINARIO
P. CAVCILIVS. P. L.
P. CAVCILIVS CALIPPI. L. EXPECTATVS
EVTYCHVS ARGENTARIVS
SENTIA VENERIA VIX. ANN. III. DE FORO VINARIO
CAVCILIA. P. L. AVGE
P. CAVCILIVS EVTYCHI L. SACERDOS
P. CAVCILIVS LYSIMACHI
L. HVGINVS ARGENTARIVS
FELIX DE FORO VINARIO
P. CAVCILIVS. P L. TIRIDATES
P. CAVCILIVS. SALVI L.
EROS COACTOR VINARIVS DE FORO VINARIO

Non desunt, qui *Argentarios* pro vasorum argenteorum Opificibus capiunt. Sed ii sententiâ meâ falluntur. Quum Latini memorabant ejusmodi Artifices, hos *Fabros Argentarios* appellabant. *Argentarii*, sine Fabri additamento, *Trapezitæ*, *Nummularii*, nunc *Banchieri*, fuerunt. De iis egi in Dissertatione XVI. *Antiquitatum Italicarum*: ac propterea ab iis repetendis abstineo. Habes heic *Coactorem Vinarium*. Illius ministerium fuit pretium colligere e vinis venumdatis. Ita apud Gruterum occurrunt *Coactor Lanarius*, & *Coactor a portu Vinario*.

1 *Romæ,*
in horto Silvii Aromatarii.
E ſchedis Ambroſianis.

CALLISTE. SARCIN.
VIXIT. ANN. XXI
SOROR. POSVIT

SARCIN. ideſt *Sarcinatrix*, quæ videlicet ſuebat, & reficiebat veſtes.

2 *Ibidem,*
in Via Latina.
Ex Ligorio, ac Donio.

C. CALPETANO. ACHORISTO
VIX. ANN. LXXVII.
MEN. VII. D. VI. H. III. (*ſic*)
C. CALPETANVS SILVESTRVS
BIBLIOPOLA. T. F.

3 *Ibidem,*
in publico Gymnaſio.
E ſchedis Ambroſianis.

D . M
D. CALPVRNIO COMICO
QVI VIX. AN. VIIII. MES
X. DIE. XVIII. F. VALERIA
CALLITYCHE. MAT. FIL. DVL

Comicus heic mihi potiùs videtur Cognomen, quàm Comœdiarum Actor.

4 *Ibidem,*
in Via Salaria.
Ex Donio.

L. CANDIDVS. EVELPISTVS
GENIARIVS. POS. AED. CAST.
FECIT L. CANINIO. PRISCO
PATRONO. SVO. INDVLGENTISS.

Si *Geniarius* revera heic ſcriptum eſt, & non *Gemmarius*, credendus eſt Artifex iſte elaboraſſe Imagines *Geniorum*, quæ in Templis frequentes erant, & in privatis ædibus longe frequentiores. Heic autem haberes, *Candidum* iſtum *Evelpiſtum* Genii cujuſdam imaginem poſuiſſe in *Æde Caſtoris*, eamque feciſſe Patrono ſuo *Caninio Priſco*.

5 *Romæ.*
Miſit N. V. Alexander Marchio Capponius.

D. CAPTI
ICARI
ARGENTARI

Hoc eſt, *Trapezitæ*.

6 *Ibidem,*
apud Leonardum Auguſtinum.
E ſchedis Ptolomeis.

D . M
CARPO ACTORI
QVI VIXIT ANNIS
XXV. BENEMEREN
TI PRAXITELES
COLLEGA FECIT

Actores appellabantur Servi, quibus rei domeſticæ aut Villicæ cura demandata erat. *Oeconomos* dicere nobis liceat. Sed quei a *Villicis Diſpenſatoribus*, *Procuratoribus* &c. diſtinguerentur, non facile nunc oſtendas.

7 *Mediolani,*
in Sancti Ambroſii.
Miſit doctiſs. P. D. Petrus Gratioli,
e Congregatione Sancti Pauli.

C. CASSIO. CATVLI. F
CARPENTARIO. ET

Qui videlicet *Carpenta*, vehiculorum genus, conficiebat.

8 *Romæ,*
apud Franciſcum Brachianenſem.
Ex Donio.

L. CASSIVS. L. L. DAMA
FRVMENTAR
IN. AGRO. P. XII
IN. IIVRTIL P. XII.

Frumentarii fuere, qui frumentum in publica horrea colligebant, populo, militibuſque admetiebantur, aut per provincias conquirebant, in privata horrea convehendum. In poſtrema lineâ corrupta eſt vox IIVRTII. pro qua legendum FRONTE.

9 *In Civitate Lingonum.*
Miſit Bimardus.

QVINTVS CASSIVS
CEN. MERCATVR

Fortaſſe *Centonum Mercator*.

10 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Auguſtæ.

CELERINVS
FELICIS. FRA
TRI. DEC.

11 *Ibidem.*

CERDO. INSVLAR

Certum eſt, *Inſulas Romæ* appellatas fuiſſe domus, quæ a reliquis ſejunctæ veluti Inſulam conſtituebant. At non æque notum, quid *Inſularii* fuerint, qualis fuiſſe videtur *Cerdo* iſte Libertus. Eâ ego opinione ducor, uti *Vicis* præpoſiti fuere *Magiſtri*, ita *Inſulis* præfuiſſe *Inſularium* cuſtodem, qui incendia & furta averteret, & ibi habitantes coërceret. Immo quicumque Servi electi ad cuſtodiam Domus, *Inſularii* appellari videntur. In l. 16. §. 1. ff. *de Uſu & habitatione* legimus: *Dominus proprietatis, etiam invito uſufructuario, fundum, vel ædes per Saltarium, vel Inſularium cuſtodire poteſt*. Uti *Saltuarii* primo electi ad Saltus cuſtodiendos, ad prædia quoque tuenda tranſlati, nomen retinuere: ita *Inſularii* primo Inſularum cuſtodiæ præpoſiti, ad reliquarum ædium tutelam adſciti, priſtinum ſervavere nomen. Ita quoque divitibus ac nobilibus inter Ferrarienſes adhuc in uſu eſſe pergit vox Italica *Saltàro*, cujus miniſterio utuntur ad prædia tuenda.

1 *Narbone,*
apud Carmelitas.
Ex Marchione Maffejo.
Misit etiam amicus Bimardus.

VIVONT
L. CERVIVS. L L
ZETVS CLAVAR
MATERIAR. SIBI. ET
NOTAE LIBERT
IVCVNDA L FRVGI
IN AGRVM PED

Clavarius Materiarius Clavos Ligneos conficiebat; *Materiem* quippe veteres appellavere Ligna quævis. Horum usus erat ad caligas, ad plaustra &c.

4 *Romæ,*
in Cœmeterio Priscillæ.
Ex Donio.

D M
CHRYSEROTI. DISP
MVMMIAE. VITVLAE
VRBICA. CONIVX
B. M. F

6 *Ibidem,*
ad Pontem Mammulum.
Ex eodem.

CLAVDIAE PIAE
FORTVNATAE
SEX. VERGILIVS
SEX. LIB. OPTIO
VILL. MAGNA
HEREDES. ARBI
TRATV. SEXTI
LIAE. LVCILLAE
AMICAE EIVS
IN. FR. P. IIII. IN AGR
PED. VIII

Optio Villici fortassis hic appellatur; ideft *Ajutante del Fattore.*

9 *Lugduni,*
in Sancti Irenæi.
Ex Maffejo.

IAE PLACIDAE
IAPHODISI FILIAE
VARI ARGENTARI
VI. VIR AVG LVG CLAVDIA
PLACIDA MATER MISERRIMA
QVAE SVPERVIXIT
POSVIT

2 *Sulmone.*
E schedis Fratris Jucundi, & ex Donio.

D. M. S
SEX. CERVIO. CERVIAES
PSYCHES. L. IVCVNDO
PHOTA. CERVIAES. PSYCHES
VILIC. NVTRICIO. SVO. P

3 *Veronæ.*
in Museo publico.
Ex Marchione Maffejo.

ΧΑΡΙΝΟΣ
ΙΗΤΡΟΣ
ΚΟΡΙΝΘΙΟΣ

Ideft:

Charinus
Medicus
Corinthius.

5 *Ibidem,*
extra Portam Sancti Pancratii.
Ex Ligorio.

M. CINCIVS. M. LIB
THEOPHILVS
VESTIARIVS
TENVIARIVS

7 *Florentiæ,*
apud Marchionem Riccardium.
Ex Gorio.

CLAVDIA LVDE	IRENA MARCELLAE SARCINATRIX

8 *Ibidem,*
apud Principem Corsinium.
Ex Gorio.

CLAVDIA
NICARIVM
TI. CLAVD. CHRES
PHILOCALI
PLVMBARI F

NICARIVM feminæ nomen, uti *Eustochium*, *Glycerium*, *Melanium* &c. *Claudius* iste *Philocalus Plumbarius* fuerit, qui Plumbum vendebat, aut ex Plumbo opera conficiebat, uti *Ærarius*, *Faber Argentarius* &c. Attamen, nisi obstaret Clariss. Gorii auctoritas, qui legisse Inscriptionem mihi creditur, suspicatus fuissem pro PLVMBARI scriptum ibi fuisse PLVMARI.

1 *Romæ,*
apud Claudium Macaranum.
Ex Donio.

D . M
M. CLAVDIO
MVSAEO. DEC
VIAT. CONSVL
ALPIVS. A. L.

Claudius iste *Musæus* erat *Decurio Viatorum Consulibus* inservientium. Istorum munus fuit, mandata Consulum deferre, ac reos prehendere & ligare. Erant Consulibus *Viatores*: erant & Tribuno Plebis, Ædilibus, & Prætoribus. *Viatores* quoque Cæsarum occurrunt. Eos inter Officia computare tibi liceat: quod Joseph Scaliger fecit in Indice Gruteriano. Mihi placet eos recensere inter minora ministeria. Neque verò differebant ab *Apparitoribus*, seu *Lictoribus*, quos Italice *Birri* appellamus.

4 *Ibidem,*
in Museo Albano.

DIS MANIB.
TI. CLAVDIVS BIAS
TVS MEDICVS. H. C. EST
CLAVDIA NICE PATRONO B. M.
ET ALBVCIVS MAXIMVS. S. P. S. F

5 *Ibidem,*
apud Marchionum Capponium.
Misit Ramagginius.

D . M
T. CLAVDIVS PHAEDE F
ARGENTARIVS VASCVLARIVS
FECIT SIBI ET LIBERTIS LIBERTABVS
QVE ET ALVMNIS SVIS POSTE
RISQVE EORVM. HOC MONVMENTVM
(*sic*)
HEREDEM FVTERVM NON SEQVATVR

7 *Ibidem,*
in Vinea Bosii.
Ex Donio.

OLL. II. D
TI. CLAVDI. PHILOCALI. PLVMBARI
ATTIAE. CYTHERIDI. CLAVDIA
VXORI. DATA. LYDENIS. L

Num *Claudius* iste *Philocalus Plumbarius* idem est ac alter, cujus Inscriptionem ex Gorio paulo supra retuli?

8 *Romæ, in Via Appia. E schedis Ptolomeis.*

TI. CLAVDIVS PRIMIGENIVS CANDELABR.	C. IVLIVS PHILARGYRVS CORONAR. OLL. D

Claudius iste *Primigenius* Artifex *Candelabrorum* erat. *Julius* verò *Philargyrus Coronas* conficiebat, quarum usus multiplex fuit in nuptiis, in sacris, in ludis &c.

2 *Ibidem,*
in Museo Albano.
E schedis meis.

TI. CLAVDIO
MEDICO OCVLA
RIO VIX. ANN
L. COCCEIA VIRO
SVO

3 *Ibidem,*
in Villa Matthæjorum.
E schedis Ptolomeis.

D . M TI. CLAVDI APOLLONI ARGENT VIX. AN. LX CLAVDIA. FELICVLA FILIA FECIT	D . M CLAVDIAE ONESIME

6 *Ibidem.*
Misit Bimardus.

TIB. CLA
PHILARGYRO
SCRIBAE. OSTIARIOR
VIXIT. ANN
FECIT
CLAVDIA. NEMESIS
CONIVGI. BENE
MERENTI

9 *Ibidem, in Villa Cæsarina.*
E schedis Ptolomeis, & ex Donio.

TI. CLAVDIO
PROBO
MATERIARIO

Idest qui *Materiem Ligneam*, trabes, asseres &c. vendebat. Ut enim supra monui, *Materiei*, seu *Materiæ* nomine Veteres Ligna omnia comprehendebant.

10 *Ibidem, in Museo Kircheriano.*
Misit P. Scarmagli, Monach. Benedictin.

D . M
TI. CLAVDIO. PRISCO
SECVNDIANO. COACTO
RI. PATRONO. BENEME
RENTI. TI. CL. EVSCHE
MVS. CVM. SER. PRIMA
CONIVGE SVA. ET. TI. CL.
HERMETI COLLIBER. CARISSIMO AETATIS CAVSA
ET. LIB. LIBERTABVS. SVIS
POSTERIS. EORVM

Coactor heic mihi creditur, qui ex auctionibus pecunias cogebat, sive colligebat.

1 *Aquilejæ,*
in domo Bertolini.
Ex Donio.

TI. CLAVDIVS
TI. L.
SYNTROPHVS
VESTIARIVS
CENTONARIVS
H . S . E

Notum est, *Centones* fuisse Vestes, stragula, aliaque id genus vilia, ex veteribus vestibus farcita. Hic *Vestes* dumtaxat ejusdem generis venales habebat.

2 *Romæ, in Via Appia. Ex Ligorio.*

PERMISSV. CLAVDIANOR

ΤΙΒΕΡ. ΚΛΑΤΔΙΟΤ	T. CLAVDIO. T. F
ΘΕΟΚΛΤΜΕΝΟΤ	THEOCLYMENO
ΚΛΑΤΔΙΑ ΣΤΙΛΑΚΚΙΑ	CLAVDIA. SVCCESSA
ΚΑΙΡΕΙΝΑ	ORNATRIX

IN. FRONT. P. XX. IN. AGR. P. XXVII

Ideſt:
Tiberii Claudii
Theoclymeni
Claudia Stilaccia
Cærina.

Legendum puto ΣΤΑΚΚΙΑ, five ΣΤΑΛΚΚΙΑ; ideſt *Staccia*; aut *Stlaccia* Num ΚΑΙΡΕΙΝΑ heic *Textricem* significat? Animadverte quoque formulam PERMISSV CLAVDIANORVM, ideſt *Patronorum*. Quamquam verò mulieres iſtæ, & vir, ab aliquo *Tiberio Claudio* libertatem consequuti videantur, petere jure poſſes, cur non *Claudiorum*, ſed *Claudianorum* heic mentio occurrat. Patroni fuerint *Claudii Claudiani*.

3 *Ibidem,*
apud Clariſs. Ficoronium.
Miſit doctiſs. V. Ignatius Maria Como Neapolit.

D . M
TI. CLAVDIO
THREPTO
V. A. XIII. M. VI. D. XXII
CLAVDIA. SPES. ET
THREPTVS. SER
PVBLIC. PARENT
FILIO. DVLCISSIM
FECER

Servi Publici olim fuere, qui Civitati, Coloniæ, Collegiis, aut publicis Magiſtratibus obnoxii erant.

4 *Bagnoli in agro Brixiano. Ex Octavio Rubeo.*

CLODIAE. L. L.
PRISCAE ORNAT
ASCVLA PVBLICV
POSVIT

Lege ORNATRICI in ſecundâ lineâ. In tertiâ verò fortaſſe ſcribendum PVBLICIA, niſi vox præcedens ASCVLA ſit nomen viri, qui *Publicus* Servus fuerit.

5 *In Plebe Quintæ, agri Forolivienſis. Miſit Comes Fabricius Monſignanus.*

D M
C. CLODI PAVLINI
VIX. ANN. XXIIII. M. VIII. D. V. H. VIII.
CARPIS SI QVIS ITER PAVLVM HVC DEPONE LABOREM
CVR TANTVM PROPERAS NON EST MORA DVM AVDIS
LINGVA TVA VIVVM MITIQVE TVA VOCE LOQVENTEM
ORO LIBENS ... TAEDIO DVC AMICE
DVM VIXI ... CANTAVI ...
IAM DOCTVS NOTVS ET NOCTIBVS PERVIGILAVI
AST MIRO INGENIO SACRO ... CONCREPVI
... DICO VALE ...
PARC ... MISER ... PARENT ...
... TACER ... INTERROGATA
VT ME INFERN ... STYGIAS DIS PATER ACCIPIAT
LAMENTA QVID PROSVNT ...
IAM PRID ... ET VOS VENITE IBIDEM
NIL DOLEO NEC DEEST SECVRA MORTE QVIESCO

Hanc etiam dedit Sigiſmundus Marcheſius in Hiſtoria Forolivienſi pag. 30. vulneribus iiſdem deformatam. Nunc lapis viſitur in Palatio Illuſtriſs. Farſetti Archiepiſcopi Ravennatis, qui illuſtria munificentiæ ſuæ monumenta Ravennatibus quotidie parat. Homini Poëtæ poſitus fuit. Is fortaſſe excelluerit in Arte iſta. At qui epitaphium ei poſuit, averſis Muſis notum ſe prodit.

1 *Romæ,*
in Museo Albano.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

M. CLODIVS. M. L
CADMVS TAVRARIS

TAVRARIS sitne nomen Artis alicujus (puta pro TAVREARIVS, qui videlicet *Taureas*, flagella ex corio bubalo, vendebat) divinare nescio. Licuerit collocasse heic, fortasse extra locum suum.

3 *Clugiæ prope Venetias,*
in Templo Maximo.
E Francisco Barbarano.

COATTENVS LAMIRVS AVRIFEX SIBI
ET POPILIAE VARSAE VXORI ET FI
LIIS DVOBVS VENVSTO ET EG
DOTO ET ARCEIO EVTYCHO
V . F

5 *Puteolis,*
in Porta Cathedralis.
E schedis meis.

LVCIVS COCCEIVS LVCII COCCEI
L. AVCTVS ARQVITECTVS.

Pro ARCHITECTVS.

6 *Florentiæ,*
apud N. V. Carolum Strozzium.
Ex Gorio.

Q. CONSIDIVS FABER	EVMOLPVS EBVRAR

Qui nempe Signa, Vasa, aliasque res ex *Ebore* conficiebat. Huic Artificum generi vacatio munerum concedebatur.

9 *Ibidem.*
Ex Donio.

CORNELIO
FELICI
LICTORI. III
DECVRIAR
C. SAVFEIVS
EPAPHRODITVS
LICTOR III.
DECVRIAR
AMICO. BONO
FECIT

In Gruteriano quoque Thesauro pag. 620. num. 10. occurrit LICTOR. III. DEC. *Decuriæ* dicebantur de Judicibus. Olim *Senatores* unam, alteram *Equites Romani*, tertiam constituerunt *Tribuni Ærarii*. Præterea in varias *Decurias* Lictores ipsi divisi fuere. Denique in antiquis saxis aliæ *Decuriæ* memorantur, ita ut certò designare non audeam, quid revera heic significetur.

2 *Ibidem,*
apud Achillem Maffejum.
Ex Donio.

D. CLOELI. D. L
HERMIONIS. SCRIB. LIBR
SIBI. SVISQVE. LIB
LIBERTABVS. ET
CLOELIA. LEDA
CLOELIA. D. L. F. FAVSTA

De *Scribis Librariis* omnia nota sunt. In penultimâ lineâ legendum potiùs CLOELIAE LEDAE. In postrema demum siglas D. L. F. interpretare *Decimi Liberta, Filia Clœli Hermionis.*

4 *Florentiæ,*
apud Nobiles Gaddios.
Ex Gorio V. Cl.

COCCEIAE NICENI DEDIT ANOPTES FABER	ANOPTES FABER

7 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

OLLA
CORINNAE
LIBR

Non mares tantùm Servi, sed & feminæ, e scribendis Libris victum sibi, & lucrum Domino conquisiisse, a vero non abhorret. Attamen veri quoque similis est Fabretti opinio, scilicet *Librarias* Ancillas easdem fuisse cum *Lanipendis*. Præcessit in hac sententia Scholiastes Juvenalis. Pignorius tamen huic opinioni antea assensum negavit.

8 *Ibidem.*

CORNELIVS
CHIVS. QVI. IN
MAG. DEC

Nisi sit mendum in hisce literis ex descriptoris incuriâ, legendum videtur: *Qui in Magistratu decessit*, utpote qui fuerit *Magister Fabrûm*, aut quid simile. Sed hæc formula peregrinum aliquid sapit, & in Inscriptionibus Sepulcreti Liviani DEC. *Decurionem* significare solet.

10 *Romæ,*
apud Dominicum Marmorarium.
Ex Donio.

CN. CORNELIVS ANTHVS STRVCTOR VIX. ANNOS. LIII	I	CORNELIA STACTE GRAECA VIXIT. AN. LI

1 *Jaderæ, in Aula Archiepiscopii. Ex Lucio, ac Donio.*

M. CORNELIVS HIERO
V. F. SIBI ET
CORNELIAE HEROIDI
VXORI CARISSIMAE ET
M. CORNELIO. CARPO. NEG. OLEARIO
ET. M. CORNELIO CARPO
IVRIS STVDIOSO
LIBERTIS LIBERTABVSQVE

Istam Comes Malvasia ponit *Venetiis in Ædibus Grimanorum Nobb. Venetor.*

4 *Florentiæ, apud N. V. Carolum Strozzium. Ex Gorio.*

P. CORNELIVS. P. L
PHILOMVSVS. PICTOR
SCAENARIVS. IDEM. REDEMPT.
MONIMENTVM. FECIT. H. C.
CORNELIAE. P. L. LVCCE. LIBI
AE. CASTAE. ANNOR. NATA. XIIX. HIC. SI
ET. SVIS. POSTERISQVE. EORVM

Scænarius mihi est Scænarum fabricator; nam Servio teste, aliæ erant *versiles*, aliæ *ductiles*, & varias *picturæ species* ostendebant. *Redemtores*, uti eruditus quisque novit, fuere, qui opus aliquod faciendum, sive publicum, sive privatum, certo pretio conducebant. Nunc *Impresarj* Italice appellantur, quum de Theatro agitur. *Redemtores vectigalium*, *Fabricarum* &c. occurrunt.

7 *Ibidem. Misit Ficoronius.*

COSMVS
CELLARIVS

Ideſt Servus Cellæ domini præpositus. Pro *Cellarius* Monachi deinde nobis dedere *Cellararius*.

9 *Romæ, in Collegio Patrum Societatis Jesu. Misit P. Contuccius Contucci Museo Kircheriano Præfectus. Et ex editis a Ficoronio V. Cl.*

CRITONIA Q L PHILENIA
POPA DE INSVLA
Q. CRITONI. Ɔ. L. DASSI
SCALPTORIS VCLARI
SIBI SVISQVE POSTER
EOR

Ad utrumque latus duo Sceleta.

Hanc ediderat Fabrettus pag. 17. Et quia legit SCALPTORIS VILARI, imaginationem peregrinam addidit pag. 56. scribens: *Ipsarum victimarum pelles deglabrasse Critonium hunc puto, & Villos ex iis Scalpsisse, humanisque usibus accommodasse, ut hodiedum faciunt, qui* Vaccinari, *&* Cacciapelli *vulgo dicuntur*. Verùm hæc labuntur. In Lapide legitur, uti Ficoronius, qui ipsum penes se diu habuit, testatur, VCLARI, ideſt *Scalptoris Viri Clariss.* Neque heic ullus locus *scalpendis villis pellium*. Idem est *Scalptor*, atque *Sculptor*. Proprie tamen *Scalptores* appellati, qui *Gemmas* cavabant. Ejus generis sunt, quas *Camei* Italice nuncupamus. Inde *Scalprum*. Ceterum *Popæ* nomen sacrorum Ministros famulos designat, qui victimas feriebant. Hinc discimus, Feminas quoque ad idem ministerium adhibitas.

2 *Florentiæ, apud N. V. Carolum Strozzium. Ex Gorio.*

L. CORNELIVS
POTHVS. PALAEST
HOSPITA. L

Palæstritam heic habes, cujus munus fuit in Palæstrâ ungere Athletas: quamquam eo nomine donatus, quicumque se in Palæstrâ exercebat.

3 *Romæ, apud Ficoronium.*

P. CORNELIVS CELADVS
LIBRARIVS AB EXTRA PORTA
TRIGEMINA VIX. AN. XXVI

5 *Romæ. Ex Comite Malvasia.*

Q. CORNELIVS
Q. ET Ɔ. L. NICEPHOR
SAGARIVS

6 *Ibidem. in Villa Cæsarina. E schedis Francisci Ptolomei. Marmor inlatum postea in Museum Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.*

Q. CORNELIVS. Q. L
PHILOMVSVS SAGARIVS. A. THEATRO
MARCELLI. FECIT. SIBI. ET. SVIS
CORNELIAE DAPHNE CONLIBERTAE SVAE
ET CORNELIAE NYMPHAE SORORI EIVS. L.
SE VIVO INTVLIT
CORNELIAM PROCVLAM. FILIAM. ANN. VII.
CORNELIAM HELPIDEM CONLIBERTAM. ET
CALLITYCHEN. MATREM. EORVM. ET
C. PINARIVM GEMELLVM

Gruterus pag. 246. num. 9. alteram Inscriptionem refert, in qua *Sagarii Theatri Marcelli memorantur*. Quod horum officinæ sitæ forent ad Theatrum illud, propterea loci fiebat mentio.

8 *Pisis. E schedis meis, & ex Gorio.*

COSSVTIVS. M. L. DOR.
L. VALERIVS. L. L. ANTIOS
MARMORARI
P . F
D . D . L . M

Votivum alicui Deo Donarium puto publice factum.

1 *Romæ, apud Ficoronium.*

P. CVRIVS
EVPOR
TIBIARIVS DE
SACRA VIA

Scilicet, qui *Tibias* fabricabat. Quantam Artificum copiam *Via Sacra* Romæ complecteretur, tum Libri veteres, tum Lapides permulti produnt.

2 *Ibidem, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ. Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

CVRTIA	IVCVNDA
MIRINE	AGATHOPODIS
CLAVDI	AVR

Agathopus iste *Aurifex* fuit.

3 *Inter Ripam, & Sanctum Eusanium in agro Aquilano. E schedis meis.*

DAPHINO
VIBVLENAE
QVARTILLAE ET
APONIAE TERTVLLAE
VILICO
ARESCVSA. BENE

Heic visuntur geminæ manus junctæ.

MERENTI
CONSERVO ET
SIBI F

Scribendum videtur in primâ lineâ DAPHNO.

4 *Romæ. Misit Ficoronius.*

DIS MANIBVS
DECEMBRI. PICTORIS
VIX. A. XXXIIII. M. I
ET. D. X. MITTHVNI
BAL. VXOR. CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT

Si Femina hæc appellata fuit *Valeria Mitthune*, erit heic BAL. pro VAL. scilicet *Valeria*.

5 *Ibidem, apud eumdem Ficoronium. Misit Ignatius Maria Como.*

N. DECVMVS. N. F
COL. VARRVS. SCR.
VOLVSIA. C. L. CELSA
C. VOLVSIVS. C. L. CHARIT
IN. FR. P. XIII. IN. AGRO. P. XVI

Si hic *Scriba Librarius* fuit, ei locus inter Artifices debetur. *Scribæ* quoque *mercenarii* reperiuntur, qui ad manum privatæ gentis fuerunt. Si verò is *Scriba Magistratus* alicujus fuit, aut si *rationes publicas scribebat in tabulis*, ut Festus ait, nobilior ei sedes tribuenda.

6 *Alexandriæ, in basi columnæ. E schedis Fratris Jucundi misit Gorius.*

ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ
ΠΕΡΙΚΛΥΤΟΣ
ΑΡΧΙΤΕΚΤΟΣ
ΜΕ ѠΡΘѠϹΕΝ
ΔΙΑ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΜΑΚΕΔΟΝΟϹ ΒΑϹΙΛΕΩϹ

Ideſt:

Democrates
Celebris
Architectus
Me Erexit
Jubente Alexandro
Macedone Rege.

Gruterus hanc exerens pag. 186. num. 2. habet in secundâ lineâ ΠΕΡΙΚΛΥΤΟΥ. In fine autem omittit ΒΑΣΙΛΕΩΣ.

7 *Romæ. E schedis meis, & ex Donio.*

DIANAE. SANCTAE
DAMIOCLES
VESTISPEX

Damiocles iste Servus *Vestium* custodiæ præfectus fuit.

8 *Cordubæ, prope Sanctæ Claræ. E schedis P. Cattanei.*

DIOCLES. ❦ PVRPVRARIVS PIVS
MATER ❦ PIA
EMA EX TEST. FRATRIS. F. C
OTIMVS PVRPVR. H. M. H. N. S

PVRPVRARIVS, officinæ præfectus fuit, in qua *Purpura* venumdabatur. *Taberna Purpuraria* est apud Veteres.

9 *Romæ. In Via Appia. E Xante Bartolo.*

DIOMEDES. AP
STRATOR
FAVSTA HEDIAE

1 *In Vico* Sigazick *inter Smyrnam & Ephesum.*
Misit Joseph Bimardus Montis Seleuci Baro V. Cl.

ΔΙΟΝΥϹΙΟϹ Ο ΠΡΑΓΜΑΤΕΥΤΗϹ ΦΛ ΔΗΜΗΤΡΙΑΣ ΦΛΑΚΙΛΛΗϹ
ΥΠΑΤΙΚΗϹ ΖΩΝ ΤΗΝ ΚΑΜΑΡΑΝ ΚΑΤΕϹΚΕΥΑϹΕΝ ΕΑΥΤΩ ΚΑΙ ΤΗ ΓΥ
ΝΑΙΚΑΙ ΑΥΤΟΥ ΘΑΛΟΥϹΗ ΚΑΙ ΤΟΙϹ ΤΕΚΝΟΙϹ ΕΙ ΔΕ ΤΙϹ ΕΤΕΡΟϹ ΘΕ
ΛΗϹΗ ΚΗΔΕΥΘΗΝΑΙ ΔΟϹΕΙ ΤΗ ΔΕϹΠΟΙΝΗ ΜΟΥ Η ΤΟΙϹ ΚΛΗΡΟΝΟ
ΜΟΙϹ ΑΥΤΗϹ ⚹ ΧΙΛΙΑ ΠΕΝΤΑΚΟϹΙΑ

Hæc ita vertit Bimardus.

Dionysius Actor Flaviæ Demetriæ Flacillæ Consularis, Vivus Hanc Cameram Ædificavit Sibi Et Uxori Suæ Thalusæ, Liberisque Suis. Sin Verò Alius Voluerit Inferri, Dabit Patronæ Meæ, Vel Heredibus Ejus Denarios Mille Quingentos.

2 *Cortonæ,*
in Museo Academiæ Etruscæ.
Ex Gorio.

DOMITIVS. L. L.
DIOCLES
MEDICVS

4 *Ibidem.*
in vinea Gangalis.
Ex Ligorio.

A. EGRILIO. FORTVN. OPTIO ❦ A MARMOR
VIX. ANN. XXXVIIII. M. VIII.
ET EGRILIAE. PLACILLAE. FIL. SVAE
ET FLAVIO. SEVERIANO MARMO
A LACV FVNT
FLAVIANVS. AMIC FECIT

Quamquam attritæ literæ tenebras huc induxerint, geminos tamen viros heic habemus, Præpositus *Marmoribus* loci alicujus. Sin *Marmorarios* vis, erit heic eis locus.

6 *Athenis.*
E schedis Cyriaci,
misit N. V. Abbas Compagnonius.

ΤΑΜΙΑΣ	ΕΥΤΑΞΙΑΣ	ΕΥΤΑΞΙΑΣ
ΕΠΕΡΑΣΤΟΣ	ΑΜΦΙΩΝ	ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΜΕΝΑΝ	ΣΟΣΙΒΙΟΥ	ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΔΡΟΥ	ΗΡΩΙΔΗΣ	ΚΗΦΕΙΣΙΕΥΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΔΩ		

Idest:

Dispensator	*Ordinis Servator*	*Ordinis Servator*
Menandri	*Amphion*	*Demetrius*
	Sosibii	*Demetrii*
Eperastus.	*Heroides.*	*Cephisieus.*
Alexander Alexandri dedit.		

Nulla melior mihi occurrit ratio interpretandi ΕΥΤΑΞΙΑΣ, quamquam nullo exemplo rem firmare queam. Liceat tibi *Tamias*, & *Eutaxias* reputare nomina propria. Istud ego non audeo.

3 *Romæ,*
in Columbario Viæ Prænestinæ.
Misit Ficoronius.

L. DOMITIVS PHILOGENES
IS. DEDIT SABINO DOMITI
CORINTHIARIO

Corinthiarius fuit Servus, cujus curæ Vasa *Corinthia* commendata fuerant.

5 *Ibidem,*
apud Cardinalem Cæsium.
Ex eodem Ligorio.

D M
ELPIDEPHORO
ACTORI ARCARIO
FECIT
BAENE. MAERENTI

ACTOR ARCARIVS nunc nobis *Cassiere*, *Tesoriere*.

7 *Regii Lepidi,*
in Villa Sancti Mauricii apud Nobb. Manfredos.
E Fulvio Azzario.

EPIDIAE Ɔ. L
DAPHININI
CONCVBINAE SVAE
C. NONIVS. C. L. HILARIO
VESTIARIVS
SIBI. ET SVIS V. F
IN. FR. P. XV.
IN. AG. P. XV.

8 *Mediolani, ad Fossas Urbanas.*
E schedis Farnesiis, & Capponiis.

D M
EPITYNCHANO
M. M. SER. VICTIC.
ARK

Idest, ut opinor, *Municipii Mediolanensis Servo, Victicius Arcarius* posuit.

1 *Florentiæ,*
apud N. V. Petrum Andream Andreinium.
Ex Gorio.

EROS ASINI
ATRIENSIS

Servi Atrienses ii appellati, qui *Atrium* domus custodiebant, imagines, & ornamenta ibi posita curabant. Supellectilem quoque exponere, ad eos pertinebat.

2 *Romæ,*
in domo Sfortiana.
Ex Donio.

EROS
PAVLLINAE
LECTICARIVS
LEVCADIS VIR

Notum munus est *Lecticariorum* apud veteres, qui nempe dominum in *Lectica*, nunc *Seggetta*, gestabant.

3 *Panormi,*
in Museo Patrum Societatis Jesu.
Ex P. Lupo, ex eadem Societate.

D ❦ M ❦

EROTI. IVNI. IVLIANI PRO
COS. SER. CVBICVLARIO
IVNIVS ALCIBIADES BENE
MERENTI FECIT
VIXIT ANNIS XX

4 *Parmæ,*
apud Josephum Goldanigam.
Misit ipse.

D ❦ M

❦ EVCHAR
ISTI ❦ PVBL.
DISP. PEC.
CHRIS. EVE
PISTVS SER
B . M . D

Idest *Publici* Servi, *Dispensatoris Pecuniæ*. In quinctâ lineâ lubentius legerem EVELPISTVS.

5 *Romæ,*
in vinea Johannis Bancherii.
Ex Ligorio.

D . M
EVERAE. TIN
SERVO. LECTICAR
TYTYCHE. FAVSTI
NAES. CONIVGI. SVO
B. M. F. ET. SIBI. POS
TERISQVE. SVIS

In secundâ lineâ fortasse legendum EVERASTINO. In quartâ verò scribendum TYCHE.

6 *Ortonæ.*
Misit V. Cl. Petrus Polidorus
apud Eminentiss. Cardinal. Hannibalem Albani,
audiendis causis Præfectus.

D : M
EVTRASIO. CAESIDIO. VNGVENTARIO
L. LIBERTO
LIVILLA VXSOR
ET ARTEMIDO
RVS FIL. ET SIBI
ET HEREDIBVS
POSTERISQ. EORVM

7 *In incerto loco.*
Ex Donio.

DIS. MANIBVS
EVTVCHI
DADVCHI
TERENTIAE
MARCELLAE
DISP. FILI

Daducus, vocabulum Græcum, idest qui facem sive tædam præferebat Dominæ, sive Patronæ suæ. Fortasse tamen Cognomen, aut antiquum servile Nomen est.

8 *Capuæ,*
in Sancti Benedicti.
E schedis Fratris Jucundi.

EVTYCHVS VILIC
A PLVMBO
EVAGOGVS A FLAM
FECERVNT SIBI ET SVIS

Hanc ediderat Gruterus pag. 640. num. 10. sed omisso A FLAM. quod reverâ obscurum est. Artifices *Flammearios* Plautus memoravit, qui nempe *Flammea* faciebant, aut vendebant. De Servo præposito huic artificio agi heic opinor.

9 *Spoleti, in ædibus publicis. Misit Dionysius Sancassanius.*

MINERVAE DO...
FVLLONES
CVRAVERE
C. EVVLIO. C. L. L. STATIVS
POMPILI. PILONICVS
L. MAGNI. FIL. ALANVS
PAMPHILVS. TVRPILIVS

10 *Florentiæ, apud Nobb. Gallos. Ex Gorio.*

EVXINO. L. VOLVSI. SATVRNINI. P.
NEGOTIATORI
ACANTHS. L. VOLVSI. HELENI. L
H. C. FECIT

1 *Romæ,*
pro foribus Sanctorum Apostolorum.
E schedis Ambrosianis.

DIS. MAN
A. FABI
COMICI

Nisi Artis nomen velis, liceat tibi pro Cognomine accipere vocem COMICI.

2 *Ibidem,*
in vinea Diabolelli.
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS. MANIBVS
SACRVM
M. FAB. LAT. STRVCT
FABIVS. IANVARIVS
AMIC. F. C.

Structores appellati Fabri cæmentarii, nunc *Muratori*.

3 *Narbone.*
Ex Marchione Maffejo.

V. FADIVS. SEX
MEDICVS

4 *Petrouzæ in Sirmio.*
Ex Comite Marsilio.

B . M . . P
FAENNVS AVR
TERTVLLINO FRAT
ET IVL RITO
DEC. AL

5 *Ischiæ,*
in Sanctæ Restitutæ.
Misit Ignatius Maria Como.

DIS MANIBVS
L. FAENI VRSONIS
THVR. CONIVGI. BENE
MERENTI TYCHE
LIBERTA FECIT

Thurarium, hoc est *Thuris* Mercatorem heic invenisse mihi videor.

6 *Florentiæ,*
apud N. V. Carolum Strozzium.
Ex Gorio.

L. FAENIO
L. Ɔ. L
FAVORI
THVRARIO

7 *Romæ,*
in Via Latina.
Ex Ligorio.

FAVSTA
LIVIAE. L
SARCINATR

8 *Florentiæ,*
apud N. V. Carolum Strozzium.
Ex Gorio.

FAVSTVS
MARCELLAE. PAVLLI
PISTOR

9 *Romæ,*
in Via Latina.
Ex Donio.

FAVSTVS. POPILLIVS
INSTITOR. VNGENT

Ungentum, & *Unguentum*, ut supra adnotavi, veteres dixere. Inde *Ungentarius*.

10 *Romæ,*
lapis effossus Anno Christi 1727.
curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

FELICIO. ATTALI
A MANV

Idest, *Amanuensis*.

11 *Florentiæ, apud Strozzios.*
Ex Gorio.

FELIX. LECTICARIVS
REGILLI

12 *Urbini.*
Misit P. Johannes Prosper a S. Ubaldo,
e Congreg. Scholar. Piar.

D M
FELICI ACT
ORI. QVI C
ESSIT ANNIS
XIIII. POSIVM (*sic*)
I ET VAPIAE
C F
FELICITAS CO
NSERVA. PO
SVIT CARO
CONIVGI
CVM QVA (*sic*) VI
XIT ANNI XVI
QVI V. AN. XL

In quinctâ lineâ POSIVMI error Marmorarii, pro POSTVMI. Marmorario quoque tribuas CVM QVA in duodecimâ lineâ, pro CVM QVO. Quid verò sit QVI CESSIT &c. obscurum, nisi velis, *qui cessit e vita annis XIIII.*

1 *Romæ,*
in Villa Urſina.
E ſchedis Ptolomeis.

DIIS MANIBVS
FELICI CORNELIANO
PVBLICO CVRIONALI
VIXIT ANNIS. LVIII
IVLIA CHLOE
CONIVGI
BENEMERENTI
FECIT

Vide Gruterum pag. 305. num. 5. qui mancam exhibet: *Felix* iſte *Cornelianus* fuit *Publicus Curionalis*, ideſt Servus Curialium alicujus Curiæ. Eorum Caput *Curio*; Sacra verò *Curionia*. *Curiones* quoque appellati Curatores Sacrorum, eorumque hic eſſe Servus potuit.

4 *Piſauri in porticu Palatii Publici.*
Ex Cl. V. Hannibale de Abatib. Oliverio.

C. FIRMIDIVS. C. F. VESTIARIVS
P. BLERRA C. F. LANARIVS
C. CANINIVS RVFVS STRVCTOR
MAGISTRI VICI
PORTICVM SVA PECVNIA
REFECERVNT

5 *Ibidem.*

P. BLERRA. C. F. LANARIVS
C. CANINIVS RVFVS STRVCTOR
C. FIRMIDIVS. C. F. VESTIARIVS
MAGISTRI VICI
PORTICVM SVA PECVNIA
REFECERVNT

Eſt ibi & tertius ſimilis lapis, in quo primum locum tenet C. CANINIVS. Ita primus quiſque, certe non poſtremus, videri voluit.

7 *Celejæ,*
in ædibus Privilegiatis.
Ex P. Duellio.

D. M. FLA. VA. E. F. AR. ADIVTORI CIVI
AERO. NEGOT. Ꝺ. AN. XXXV CON. K. TITVLVM
POSVIT

Dubitare nefas non ſit, an ſatis accurate deſcripta fuerit hæc Epigraphe. Occurrit heic *Flava*, quæ *Adjutori Civi Æris Negotiatori, vitâ functo Ann. XXXV. Conjugi Kariſſimo titulum poſuit.*

9 *Extra Romam, in hortis Juſtinianeis. E ſchedis Ptolomeis.*

D . M
T. FLAVIO
CHRYSEROTI
BENEMERENTI
FECIT
HELIADES ACT
Ideſt: ACTOR.

2 *Beneventi,*
apud Sanctimoniales Sancti Petri.
E ſchedis meis.

T. FELICIS OMNI
VM ARTIFICIORVM
STVDIOSISSIMI. Q. V
ANN. XVII. M. XI. D. VIII.
PARENTES PERQVAM INFELI
CISS. LVXVRI

LVXVRI, num participialis vox deducta a Verbo LVGEO, pro LVCTVRI?

3 *Auximi,*
in Eccleſia Rurali.
Miſit P. Joſeph Blanchinius, Presbyter Oratorii Romani.

L. FERONIO. L. F. VEL. RV...
SCRIBAE
L. FERONIVS. AMPHIO ...
AMMEA. IOCVNDA. M...

6 *Romæ,*
in Hypogæo quodam ſub Colle Quirinali.
Ex Donio.

D M



FLAVIA. ATHENAIS
FECIT. MODESTO. CON
IVGI. SVO. B. M. VILICO
ET. SIBI. ET. SVIS. POSTERISQ
EORVM
LATA ... C ...

8 *Romæ,*
in Cœnobio Sancti Silveſtri.
E ſchedis Ptolomeis.
Lapis iſte nunc adſervatur in Muſeo Eminentiſs. Cardinalis Alexandri Albani.

ΦΛΑΟΤΙΟϹ
ΤΕΡΠΝΟϹ
ΚΙΘΑΡΩΙΔΟϹ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ
ΤϹ ΕΤΩΝ ΚϚ
ΑΦΘΟΡΟϹ

Ideſt:

Flavius
Jucundus
Citharœdus
Alexandri-
nus Annorum XXVI.
Incorruptus.

1 *Neapoli. Misit Ignatius Maria Como.*

IMP. CAES. M. AVR. COMMODO
ANTONINO. AVG. PIO. P. P.
II. VIR. QVINQVEN
FL. PYTHEAS MARMORARIVS

2 *Ferrariæ,*
apud Cl. V. Hieronymum Baruffaldum,
Archipresbyterum Centensem.
In urnâ.

HEV
FL. QVARTILL
PRAEFICA
V. ANN. LXI

Inscriptionem hanc illustravit doctiss. Baruffaldus Commentariolo *de Præficis* inscripto, quem etiam Sallengrius in Tomum III. suæ Collectionis intulit.

5 *Ibidem,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

LOCVS FORTVNATI
CONFECTORARI

In Thesauro Gruteriano pag. 361. num. 1. insignis Inscriptio habetur, quam *L. Aradio Proculo* posuit *Corpus Suariorum, & Confecturariorum*. Certe *Suarii* fuere, qui suillam carnem vendebant. At *Confecturarii* quid? Joseph Scaliger fuisse putat *Confectores suum*, idest porcorum mactatores. Meliorem conjecturam adferre non possum. Quum tamen *Confectores* appellati fuerint, qui lanas tingebant, suspicio mihi est, eosdem fortasse fuisse cum *Confectorariis*. Neque enim insuetum fuit, a diversis Corporibus Inscriptionem poni.

7 *Romæ,*
in Parœcia Sancti Chrysogoni.
Ex Donio.

FORTVNATVS SALTVAR
P. CLODIVS. PHILEROS
C. HERENNIVS. BARNAEVS
P. CANTIVS. DIO [illegible]
A . S . D . D

Saltuarii Servi a Saltubus custodiendis accepere nomen. Sed postea ad prædia quoque custodienda electis idem nomen tributum fuit. Vide supra de *Insulariis*. Ejusdem generis, immo & nobilioris, fuere *Saltarii* sub Regibus Langobardis: qua de re disserui in Antiquitatib. Italicis Dissertat. X.

10 *Romæ,*
apud Statuarium quemdam.
Ex Donio.

C. FVLCINIVS. C. L
HERMEROS
BRACTEARIVS
FVLVIA. MELEMA
VIXIT. ANNIS. XXXXVIII
BRACTEARIA

Bractearii, Italice *Indoratori*, ita appellati, a *Bracteis*, auro nempe & argento in subtiles laminas ducto.

3 *Romæ, in urnâ,*
apud Martium Milesium.
Ex Donio.

T. FLAVI. T. L. EROTIS
MODESTI. SCR. LIB.

4 *Ibidem.*
E schedis meis.

D . M
T. FLAVIO. EXPEDITO
DOCTORI. SAGITTAR
FLAVIA. EVPHROSYNE
ET. ATTICA. FILIAE
PATRI. B. M.

Flavii istius *Expediti* munus fuit alios edocere artem *sagittandi*.

6 *Neapoli,*
apud PP. Oratorii Philippini.
Misit Ignatius Maria Como.

D . M
FORTVNATO
NOTARIO
VOCONIVS
POLYBIVS

Sit-ne istud Cognomen, an Artis nomen, decernere nolo.

8 *Nursiæ,*
in ædibus Odoardi Theobaldeschi.
Misit Hyacinthus Mannius Jurisconsultus.

C. FRETRIVS. T. F. MVSCA
T. VETVLENO. T. L. SERAPIONI
MEDICO AMICO

9 *Hispali.*
Descripsit P. Johannes Baptista Cattaneus,
Minor Observans.

FRVTONIVS FRVTONII BROCCI. F.
NEGOTIANTIS FERRARI
INCOL. ROM. ANN. X. M. IX. D. XI
P. I. S. H. S. E. S. T. T. L
ANIMVLA INNOCENS

11 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre Episcopo Hadriensi.

C. FVLVIVS. C. F.
M. MVTTENVS. A. F.
(*sic*) L. IVVLIVS. C. F.
L. TROSIVS. M. F.
MAGISTREI

Quodnam fuerit istorum Magisterium, ignotum est. Fortassis inter Dignitates & Officia viris istis locus erat adsignandus.

1 *Vicentiæ.*
Ex Marzario, ac Donio.

L. FVRIO
L. L. LALO
POLLA
PAEDAGOGO

3 *In Monte Sancti Albani*
prope Moguntiam.
Ex Donio, & Eccardo.

PRO SALVTE. IMP. M. AVR
EL [illegible] ANTONINI
PII. FELICIS. I. S....
FORTVNAE. REDVCI
LEG. XXII. PR
P. F. C. GENT
IVS. VICTOR. VET. LEG
XXII. PR. P. F. M. H. N. NEGOT
IATOR. GLADIARIVS
TESTAMENTO. SVO. FIERI
IVSSIT. AD. H-S. N. VIII. MIL

Gladiarius, qui Gladios fabricabat, Italice *Spadaro*, aut qui mercaturam ex iis divendendis faciebat. Apud Donium in linea V. & VIII. habetur LEG. XII. Corrupte ſane. Ibi ſcriptum XXII. quæ revera *Primigenia Pia Felix* appellata fuit. Donius in linea VIII. legit M. H. N. Eccardus MAM. Uter audiendus, incertum eſt.

6 *Rhodigii,*
apud Comitem Camillum Silveſtrum.

GRACO TIMOTEI (*ſic*)

Duæ figuræ

M. ARRI ZETHI L
PRIMI STRATORIS
VI FECIT

8 *Ibidem,*
penes Franciſcum Mazzantum.
E ſchedis Ptolomeis.

HATERIA	PRIMO
LORCHAS	Q. HATERI CELLARIO
SIBI ET	VIRO SVO ET PATRONO EMIT. D. S

Cellarii præfecti erant rei cibariæ, quæ in Cella adſervabatur.

9 *Ibidem.*
juxta Thermas Antonianas.
Ex Donio.

CN. HELLENIVS. C. F. COL. RVFVS
SCR.
CN. HELLENIVS. CN. L. APOLLONIVS
EX TESTAMENTO. LIBERT
FACIVNDVM. CVRARVNT
CN. HELLENIVS. CN. L. APOLLONIVS
CN. HELLENIVS. CN. L. PHILEROS

2 *Romæ,*
in Villa Matthicejorum.
E ſchedis Ptolomeis.

GEMINI. FL
TONSO
GEMELLI

Tonſorem heic memorari nemo non videt, nunc *un Barbiere*.

4 *Oſtiæ.*
Ex Ligorio.

NEPTVNO
D. GENVCIVS. D. LIBERT
PROSPER. PORTITOR
D. GENVCIVS. D. L. PAVOR
FABER. TIGN. ET
GENVCIA. CRESCENTINA. L
MATER. FECERVNT

Portitor appellatus, qui viatores in flumine trajicit, ſive tranſportat nave. *Faber Tignarius*, ſive *Tignuarius*, qui *Tignos*, hoc eſt *Trabes* ad ædificandum dolat & parat. Nomen hoc etiam ad Ædificantes propagatum fuit.

5 *Extra Ameriam,*
in Sancti Juvenalis.
Ex Donio.

GLAPHYRVS. ROSCIAE
VILLICVS
CINNAMI. CONSERVAE

7 *Romæ.*
Ex Comite Malvaſia.

C. GRESIO APO
LAVSTO GRESI
VS MERCATOR
PATER ET FLAVIA BASSA MATER
FILIO PIENTISSI
MO FECERVNT. VIXIT ANNIS X
MENS. XI. DIES XVIIII

10 *Ibidem,*
in Quirinali,
inter domum Sfortianam, & Ædem Sanctæ Suſannæ.
Ex Malvaſia, ac Donio.

HERENNIVS. P. L
CHRESTVS. PRAECO
TRIBVNICIVS. SIBI. ET
CASSIAE. L. ET. VXORI. ET. SI
QVIBVS. CASSIA. VOLET
IN. HOC. MONVMENTVM
HEREDI. MEO. IVS. INFERENDI
PRAETER. ME. NON. DO
CASSIAE. VXORI. MEAE. DO

Conſulibus, Tribunis Plebis, Ædilibus, Prætoribus, aliiſque Magiſtratibus ſui fuere *Præcones*.

1 *Romæ.*
E ſchedis Belloniis, & Lollii.

QVID SIBI VOLT QVAERIS TELLVS CONGESTA VIATOR
OSSIBVS HIC VXOR MISCVIT OSSA MEIS
NOBILIS EVFROSINE FACILIS FORMOSA PVELLA
DOCTA OPVLENTA PIA CASTA PVDICA PROBA
FORTVNAM MIRERE MEAM VERVM EXITVS HIC EST
OMNIA MECVM VNO COMPOSVI TVMVLO
I NVNC ET QVICQVID VOTIS MELIORIBVS OPTA
ABSVMET TECVM SINGVLA SARCOPHAGVS
HERMODORO PARAGINIO EVFROSINAE PARAGINIAE
HERMODORVS PRAETORI NOMENCVLATOR
POS.
H . M . H . N . S

Dederat & Reineſius Claſs. 18. num. 22. Utrumque exemplum confer. Ego iſtud præferendum puto. Inter cetera is habet in fine: HERMODORO PARAGMIO ET EVFRONIAE PARAGMIAE LIB. CARISSIMIS HERMODORVS &c. In Belloniano exemplo non legitur LIB. CARISSIMIS. Et quidem rectius. Si *Euphroſyne* appellatur *Nobilis*, ergo nequaquam *Liberta* fuiſſe videtur. *Nomenculatores*, ſive *Nomenclatores* fuere Servi, aut Miniſtri, qui Dominis, aut Magiſtratibus nomina Civium, quum opus erat, ſuggerebant. Hic *Nomenculator Prætorii*, aut *Prætoris* fuit.

2 *Ibidem,*
lapis effoſſus.
curâ Eminentiſs. Cardinalis de Polignac.

HILARA. PARTH
PARTHENIO
LIB. CVB
OLLAM

Ideſt: *Cubiculario.*

5 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Auguſtæ.

HILARVS
PHILETI. FRAT
DEC

Hoc eſt Libertorum *Decurio.*

7 *Romæ.*
Miſit Abbas Ficoronius.

V. L. HOSTILIVS. L. L. AMPHIO
FABER LECTARIVS
(*ſic*)
AB. CLOCA. MAXIMA. SIBI. ET
Θ. L. HOSTILIO PAMPHILO. PATRONO ET
HOSTILIAE. BASSAE. CONLIBERTAE
VIX. A. XXXV. ET. SVIS

Nunc primum prodit *Faber Lectarius*, ſcilicet *Lectorum*, ſive Cubiculariorum, ſeu Tricliniariorum, Artifex. AB CLOCA ſcriptum pro CLOACA, juxta quam Faber iſte ſibi victum ex labore manuum quærebat. Viſitur adhuc Romæ *Cloaca* iſta, magnificum ſane opus, cujus auctor fuit Tarquinius Superbus. Memorat Livius Lib. I. Cap. 56. *Cloacam Maximam, receptaculum omnium purgamentorum Urbis: cui operi vix nova hæc magnificentia quidquam adæquare poteſt.*

3 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Auguſtæ.

LVS. L
G. L. HILARVS
C. CHIRVRG

4 *Florentiæ.*
Ex Gorio.

HILARIO
PAED
CELERIS

Nempe: *Pædagogus.*

6 *In Arce Acrocorinthi.*
E ſchedis meis.

ΟΜΝΟCΘΗC ΕΥΠΟΡΕΘΟΥ ΥΙΟC
ΚΑΙ ΑΔΕΛΦΟC ΑΠΕΛΛΑC ΝΗΨΑΔΟC
ΦΙΛΩΝΑC ΔΙΟΝΥCΟΥ
ΜΑΡΜΑΡΑΡΙΟΙ

Ideſt:

Homnoſtes Euporethi Filius,
Et Frater Apellas Nepſadis,
Philonas Dionyſii (Filius),
Marmorarii.

8 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Auguſtæ.

HYLA
CALLISTI
DEC

STRATONICE
HYLAES

1 *Romae.*
E schedis Farnesiis.

HYMNVS. VATINIAE. MENS. XV
V. P. VATINIVS. P. F. QVI. GRAMMATIC
V. VATINIA. P. F. ARESCVSA
V. C. CATILIVS. C. L. PRIMVS. MAG. VICI
V. DILIGENS

Quamquam heic locum isti dederim, *Grammaticus* tamen mihi creditur Cognomen. *Magistri Vicorum* in Urbe satis noti sunt. Quid sit in fine V. DILIGENS, ne a me pete. Vici alicujus nomen excogitare vix audeo.

4 *Mevaniae,*
in aedibus Lucae Minutii.
Misit Sancassanius Medicus.

IDOIVS. L. L
PHILARGYR
FVLLO

6 *Ferrariae.*
Ex Sardo.
Misit amicus vir Joseph Scalabrinius.

S. AVG. S
C. INGENVVIVS. AELIVS
SALTVARIVS. VIRTVTIS
V. M. L. P.

Si umquam exstitit Inscriptio haec, posita fuit vel *Spei Augustae*, vel *Serapidi*, vel *Silvano Augusto*. Peregrinum est *Saltuarius Virtutis*. Novimus *Saltuarios*, qui Saltubus sive Nemoribus custodiendis praeerant. In Ferrariensi, uti supra monui, adhuc perdurat vox *Saltaro*. At quid *Virtutis*? Num Nemori hoc nomen, an potius Saltus ad Virtutis Aedem pertinebat? Rem ego in suis tenebris relinquo.

7 *Mediolani,*
in Sancti Stephani.
E schedis Jacobi Valerii.

INGENVAE. EROTARIN.
LIBERTAE VXORI OPTIM.
Q. INGENVVS MAXIMINVS
SCRIBA PVBLICVS PONTIF. ET
CVRATOR AERARI

Vide Gruterum pag. 306. num. 7. qui mutilam produxit. Hunc inter functos nobilioribus ministeriis referre tibi liceat.

8 *Comorae in Hungaria.*
Ex Johanne Antonio Astorio.

ΙΤΑΛΜΥΡΙ ΕΥΨΥΧΕΙ ΜΕΓΑC
ΙΑΤΡΟC

Idest:

Italmyri Bene Vale, Magne Medice.

2 *In vico Rummel agri Silvae ducensis.*
Ex Cupero.

C. IANVARINVS
SEXTVS
INTERPRES
(*sic*) VIVOS SIBI
FECIT

3 *Romae,*
apud Marchionem Capponium.
Misit Ramagginius.

OSSA
ICONIVM. L
PSALTRIA

5 *Romae,*
in Vinea Bosii.
Ex Donio.

ILLYRIVS. TI. CAESARIS
AVG. SER. CELADIAN
MEDICVS. OCVLARIVS
PIVS. PARENTIVM SVORV
VIXIT. ANNOS. XXX
HIC. SITVS. EST. INDE

Illyrius iste Medicus fuit, ejusque praecipuum munus, oculorum morbis mederi. Non unam alibi eorum mentionem habes.

9 *Ticini.*
E schedis Farnesiis.

M. ITONIVS. C. L
AEVIVS
FIDELI L
MVXIMVLARIO
IN. FR. P. XVI.
IN. AG. P. XIX.

Hanc etiam suppeditarunt mihi Schedae Marchionis Alexandri Capponii, quae ponunt hoc Marmor *Cremonae juxta Turrim publicam*. Sed quid sit MVXIMVLARIVS (dum nullum in vocabulo vitium sit) nondum invenire potui. Postea hanc epigraphen deprehendi in schedis Cyriaci Anconitani, qui eam quoque exsistere *Cremonae* ait, ac legit MITOLIVS, & infra MVRIMVLARIO. Sed ne sic quidem vulnus sublatum. Nam quid, rogo, *Murimularius*? Scriptum fortasse fuerit NVMMVLARIO: cujus vocabuli priores literas edacitas & injuria temporis adeo deformaverit, ut intuentibus occasionem praebuerit legendi MVXIMVLARIO pro NVMMVLARIO.

1 *Romæ. Misit Alexander Marchio Capponius.*

ΙΤΟΡΙΟΙΟ ΤΑΦΟϹ ΝΕΟΠΕΝΘΕΟϹ Ω ΤΑΦΟϹ
ΟϹϹΗΝ ϹΤΝΚΛΗϹΑϹ ΑΡΕΤΗϹ ΕΤΚΛΕΙΗΝ
ΗΑΤΕΚΕΙϹ. ΟΤΚ ΙΔΡΙϹ ΤΡΑΓΙΚΗϹ ΜΟΤϹΗϹ
ΟΤΚ ΕΤΛΤΡΟϹ ΑΝΗΡ. ΟΤΚ ΕΠΕΩΝ ΡΗΤΗΡ
ΑΞΙΑ ϹΕΙΟ ΦΡΑϹΕΙ. ΟΙΟϹ ΕΦΤϹ ΠΡΑΠΙΔΑϹ
ΟΙΟϹ ΧΡΟΑϹ ΟΙΟϹ ΙΟΤΛΟΤϹ. ΟϹϹ ΩΝΘ ΩϹ
ΠΡΕϹΒΤϹ ΚΟΤΡΟϹ ΕΩΝ ΚΡΑΤΕΕϹ. ΝΤΜΦΗΝ Δ
Η [illegible] ΟΙ ΕΓΩ ΘΕΙΟϹΤ ΕΟϹ ΕΤΡΕΦΟΝ ΟΙΩ ΤΛΗ
ΜΟΝΑΝΤ. ΦΕΤϹΩΝ ΗΡΠΑϹΕ ΠΡΟϹΘ ΑΙΔΗϹ ΟΤΔΕ
ΓΑΜΩΝ ΤΜΕΝΑΙΟΝ ΑΕΙϹΑΜΕΝ ΑΜΑΡΑ ΜΟΤΝΟΙ7
ΠΑΡΘΕΝΙΗΝ ΕΡΑΤΗΝ ϹΩϹΑΤΕΩϹ ΑΙΔΟΤ7

Ideſt:

Itorii Sepulcrum, o Sepulcrum Quotidie deflendum,
Quantam Reſolviſti Gloriam Virtutis!
Retines, & Neſcis Tragicam Muſam.
Non Præperitus Homo, Non Eloquens Rhetor
Digna ſatis De Te Dicat. Qualis Mentis Sapientia;
Qualis Venuſtas Corporis fuit in prima lanugine; Qualis Erat, Uti
Senis, In Adoleſcentia Virtus . . . .
. . . . . Sed Miſerum
Nunc Heu, Quum Perfectus eſſet, Rapuit Ad Inferos. Neque
Nuptiarum Hymenæum Cecinimus Umquam.
Caram Virginitatem ſervavit Uſque Ad Inferos.

Ex decem verſibus, ut vides, conſtat hoc elogium. *Itorius* autem iſte Poëta Tragicus exſtitiſſe videtur. Tu interim per otium ſphalmata, ſi quæ heic offendis, emenda.

2 *Romæ, apud Alcibiadem Galaſſium. Ex Donio.*

IVL [illegible]
FILIAE. PIENTISSIMAE. QVAE
VIXIT. ANNIS. XIX
MENSIBVS X. DIEB
XXIX. HOR. XIII. MEVIVS
DEC. GERVLVS. TYCHI
CVS. PATER. FECIT
IN. TITVLO

Gerulus, qui in ulnis virginem hanc geſtare conſueverat. Aut potius, qui *Decurionum Gerulus* erat.

3 *Tibure, in Abbatia Sancti Clementis. E ſchedis meis.*

IVLIAE
MAGNI FILIAI
DISP

Diſpenſatricis officio iſta fungebatur.

4 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Boldetto.*

IVLIA FELICISSIMA LVCILIO VICTORINO CONIVGI
OPTIMO ET INNOCENTISSIMO CVM QVO PER
ANNOS XVI. SEMPER BONA VITA BIXI DE PARBVLA
MEDIOCRITATEM NOSTRAM DIGNO FECI OMNIVM
HOMINVM SODALICII MAGISTER. ET HORTATOR
MIRE BONITATIS. ET INNOCENTIE OMO DEPOSITVS
XVII. KAL. AVG. HIC ARTIFEX ARTIS TESSALARIE
LVSORIE

Scribendum TESSELLARIAE LVSORIAE. Hoc eſt fabricabat *Lucilius* iſte *Victorinus Teſſellas Luſorias*. Idem fuit *Teſſera*, ac *Teſſella*, lapillus, nempe quadratus, uti nunc nobis *Dadi*, ſive *Tali*. De hiſce multa diſſeruit Salmaſius in Notis ad Proculum Vopiſci, & Franciſcus Ficoronius V. Cl. in Opuſcul. de Talis antiquorum. Unum Iſidorum audi: *Tabulâ luditur, pyrgo, calculis, teſſeriſque.*

5 *Ibidem, apud Angelum Colotium. Ex Ligorio.*

DIS. MAN. S.
IVLIA. QVINTA
ET. IVLIO. ASCLEPIADI
PRAECO DE REG. PALATI
NA. DEDIT. IVLIO. OPTA
TO. A. E

6 *Ibidem. Ex Malvaſia.*

DIIS MANIB
IVLIAE. Q. L
SABINAE
MEDICAE
Q. IVLIVS. ATIMEIVS
CONIVGI
BENE. MERENTI

Pro ATIMEIVS poſitum in marmore ATIMETVS opinor. Animadverte, præter Medicos viros fuiſſe etiam feminas Medicas, quibus nempe utebantur feminæ ægrotantes pro ſingularibus aliquibus morbis. Occurrunt iſtæ in aliis etiam lapidibus. *Obſtetrices* inter alias *Medicæ* appellatæ fuerunt.

1 *Romæ,*
ante majorem portam Patrum Societatis Jesu.
in Quirinali.
Ex Donio.

D M
IVLIAE. SOTERIDI
LANIPENDAE. V. A. LXXX
FECERVNT
M. IVLIVS. PRIMVS
IVLIA. MVSA. IVLIA. THISBE
IVLIA. AMPLIATA. IVLIA. ROMAN

Lanipendæ, ut ſupra innui, quæ Lanam pendebant, atque ancillis reliquis partiebantur ad nendum.

4 *Mediolani,*
in Sanctæ Theclæ.
E ſchedis Farneſiis.

D M
C. IVLIO ALCIMO RAVEN
NATI. COMPARATORI. MERCIS
SVTORIAE. ET. VIRIAE. MARCEL
CONIVGI. OPTIMAE. ET. HERMIAE
LIB. ET. CETERIS LIBERTIS
LIBERTABVSQ. MEIS. ET
VIRIAE. MARCELLAE
H . M . H . N . S

Mercis Sutoriæ nomine veniunt pelles, coria, atque alia ad Calceos conficiendos.

5 *Romæ,*
in Via Salaria.
Ex Donio.

C. IVLIVS	C. IVLIVS FELIX
ANTIOCHVS	FABER. TIGN
CASSIDARIVS	COLLEGI. DEND

Caſſidarius fuit *Julius* iſte *Antiochus*, qui nempe *caſſides* in militiâ adhibitas fabricabat. *Faber Tignarius*, ſeu *Tignuarius* exſtitit *Julius* alter *Felix*, ſcilicet Tignorum dolator, adſcriptus *Collegio Dendrophororum*.

7 *Romæ,*
lapis effoſſus in Via Latina.
Ex Ligorio.

C. IVLIVS. C. L	IVLIA. HYLA
FABER	LIBERTA. CAES
V. A. LX	ORNATRIX

Alios non paucos lapides ibidem effoſſos habes in Theſauro Gruteriano.

2 *Ibidem.*
Miſit Ficoronius.

A. IVLIVS
AVCTVS
PVLLARIVS

Pullarii, qui Pullos ad auguria, præcipuè in bello capienda, cuſtodiebant.

3 *Lugduni.*
Miſit Bimardus.

ONDANIVS CO
IIIIII VIR AVG
LVGDVNI NEGOTIATOR ANGENTARI
VASCVLARIVS SARCOPHAGVM SS
ALVMNO POSVIT ET ARAM INFRASCRIPT
VIVVS SIBI INSCRIPSIT VT ANIMAE
ABLATAE CORPORE CONDITO MVLTIS
ANNIS CELEBRARETVR EOQVE FATO

In altero fragmento ejuſdem lapidis.

IVLIVS NVMIANVS
FRATER POSVIT

In alio fragmento ejuſdem.

HAEC OMNIA SVB ASCIA DEDICAVIT

Vide Sponium Miſcellan. pag. 66. Hic Vaſa argentea fabricabat, & vendebat.

6 *Spoleti.*
Ex Donio.

C. IVLIVS. C. F. TRO. CLEMENS
NEGOTIATOR. T. F. IVSSIT. SIBI
ET. C. IVLIO. C. F. MAXIMO. FR
ET. AELIAE. MARVLLAE. MATRI
ET. IVLIO. L. F. TRO. MAXIMO. FIL
ET. IVLIAE. C. F. MARVLLAE. F
ET. IVLIAE. C. F. CLEMENTILLAE. F

8 *Ibidem,*
juxta mœnia inter Portam
Latinam & Appiam.
E ſchedis Fratris Jucundi,
miſit Gorius.

C. IVLIVS IVCVNDVS
ESSEDARIVS
V. A. XXXV
FILIA PATRI

Iſtam cum aliis confuſam, ac depravatam dederat ex Urſino Gruterus pag. 656. num. 3. *Eſſedarius* fuit *Julius* iſte *Jucundus*, ut pote qui *Eſſeda*, vehiculorum genus, conſtruebat.

1 *Capistrani,*
apud DD. Muscas.
Misit Antonius Antinorius.

C. IVLIVS. C. L
MENESTRATVS MEDIC
VETTIENA. Q. L. ILIONA
VXOR
HOC MONVMENTVM HEREDI
NON CEDIT

2 *Romæ,*
in Cimelio Cardinalis Gualterii.
Misit Franciscus Maria Campelli Comes.

C. IVLIVS EVXIN
VS. MEDICVS
EX. HORTIS. SA
LVSTIANIS
VIX. ANN. LXXX

IVLIA. C. F
GRATA
VIX. A. LVI

3 *Ibidem.*
Ex Ligorio.
Marmor a Lapicidâ corruptum,
ut recens Epitaphium ibi conscriberet.

IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. FIL NERVAE
TRAIANO AVGVSTO. GERMANICO. DACICO
PARTHICO. PONTIFICI. MAXIMO. TRIBVNIC
POT. VII. IMPERATORI. IIII. COS. V. P. P. OP
TIMO. PRINCIPI
D. IVLIVS. D. L. MAMAEVS. PRINCEPS SCRIBA
LIBRARIVS. IIVIR. QVINQVENNALIS
M IVLIVS. M. L. PHILEROS. M. IVLIVS. M. L
PROSPER. M. IVLIVS. M. L. DEXTER. SAGAR.
M. VLPIVS. M. L. PAMPHILVS. OLEARIVS
M. VLPIVS. M. L. PHILEROS. CERD. M. ANTO
NINVS. M. L. FAVORINVS. DD.

Spectat Inscriptio ad Annum Christi 104. Heic diversos habes Artifices, nempe primarium seu *principem* (nisi & hoc sit Cognomen) *Scribam Librarium*, *Sagarium*; *Olearium*; & *Cerdonem*.

4 *Arelate,*
in Palatio Archiepiscopali.
Ex Marchione Maffejo.

D M
L. IVLI AVGVS
TALIS FABRI
TIGN CORPOR
AREL L IVNIVS
TROPHIMVS
PATER INFE
LICISSIMVS

5 *Romæ,*
in Museo Kircheriano.
Misit P. Scarmagli.

L. IVLIO BITHYNICO
MENS. AEDIFIC.
VIXIT ANN. XXI
IVLIA THEOPILE MATER
INFELICISSIMA FILIO
H. S. E. L. P. XIII. L. P. VIIII.

6 *Ibidem,*
in vinea Johannis Baptistæ Fabii.
Ex Ligorio, ac Donio.

L. IVLIVS
M. F. VOL. FVSCVS
AQVENSIS
OLEARIVS

Aquensis, idest, uti veri mihi videtur simile, ex *Aquis Statelliis*, Civitate Liguriæ, nunc *Acqui*.

7 *In Civitate Lingonum.*
Misit Bimardus.

DIS MANI
BVS L IVLI
[redacted] CHI
CRESCENS
IVLIORVM
DISP. FIL
ET
VLLINVS
CONTRASCRIBA

8 *Romæ,*
in Via Appia.
Ex Donio.

D M
M. IVLIO ELPIDEPHORO
ACTORI TABVLARIO. ET
ARCADIO. IVLIA. IONIA. MATER
POS. INFELICISSIMA. FILIO. IN
DVLGENTISSIMO. QVI. VIX. A. XL. D. III.
[redacted] SEPVLCHRVM. ET. VRN.
LIBERTORVM. SVOR. S. P. D. D. NOMIN
IVLIAE. IVNIA. PRIMAE. LIBERTAE
ET. M. IVLIO. ELPIDEPHORO. FRAT.
ET. M. IVLIO. PANDYCO. ET. M. IVLIO
PHILONICO
IN. F. P. XVS. IN. AGR. P. XX.

Pro ARCADIO scribe in quartâ lineâ ARCARIO. In nonâ quoque pro IVNIA lege IVNIAE.

1 *Romæ*, *in hortis Quirinalibus Columnensium.* *Ex Donio.*

M. IVLIO
PTOLEMAEO
PRAECEPTORI. DVOR
MARCORVM
IVLIORVM
CLAVDIANORVM
PATRIS. ET. FILI
VIX. ANN. LXXIII

2 *In incerto loco.* *Ex eodem Donio.*

M. IVLIO. SERENIO
MAG. SVMM

In Gruteriana Inscriptione pag. 33. num. 10. occurrit SVMMVS MAGISTER ANNI PRIMI. Num eodem munere functus fuerit *Julius* iste *Serenius*, an fuerit *Magister Summarum*, ignorare me facit lapis excisus. Vide infra *Vilicum Summar.*

3 *Romæ.* *Extra Portam Latinam.* *Ex eodem.*

C. IVNIVS. C. F. SALVIVS
C. IVNIVS. C. L. APHRODISIVS
C. IVNIVS. C. F. TRYPHO
C. IVNIVS. C. L. TIMOLAVS
C. IVNIVS. C. L. ANTIOCHVS SCAE
FABRI ARGE

Qui nempe Argentea Vasa elaborabant.

4 *Ibidem.* *Ex Ligorio.*

C. IVNIO. THALAPIONI
C. MAECENATIS LIBERTO
FLATVRARIO
SIGILLIARIO
C. IVNIVS. EVOKATVS. FELIX
TIT. DD

Dederat hanc Gruterus, vix ab exemplo isto discordem. Rursus eam exhibeo, ut moneam, a Kirchmanno, & aliis censeri, *Flaturarium Sigillarium* fuisse, qui *Annulos* conflabat. Mihi verò videtur similius, hoc nomine fuisse donatos, qui *Sigillaria*, hoc est parva Signa, sive Simulacra ex auro, argentove conficiebant, quæ donari consueverunt.

5 *Valentiæ in Hispania,* a la Esquina de la Herta del Real. *E schedis P. Cattanei.*

D . M
L. IVNIO APOL
VTO ARGENT
VASCIARIO. L.
LETTIA VALEN
TINA MARI
TO OPTIMO

Heic legendum censeo ARGENT*ario* VASCLARIO, sive VASCVLARIO. Faber enim Argentarius fuit *Junius* iste *Apolutus*, nisi sit *Apolaustus*.

6 *Romæ,* *in Via Julia.* *Ex Ligorio.*

HERCVLI
ET. SILVANO
SANCTO. SAC
L. IVN. EVTYCH
SCRIBA. LIBRAR
AEDIL. CVRVL. V
D . D

V in penultima linea fortasse *Viatorem* significat.

7 *Ibidem.* *Misit Ficoronius.*

L. LAELIVS. CERENI. L
SALVIVS. MEDICVS. V. A. XXXI
SEX. APVLEIVS. SOTER
FRATER. DE. SVO. FECIT

8 *Cajetæ,* *prope Sancti Georgii.* *E schedis meis.*

LAEONIAE
VERNAE DISP. QVI
VIXIT. ANN. LXV
L. FEST. CONVERSATVS
SVMMA SOLLICITVDINE
IN DIEM QVOAD VIXIT
CIRCA TVTELAM HO
NORI AMAZONICVS
AVGG. LIB. PROCVRAT
PATRI PIISSIMO CVM
FRATRIBVS SVIS. B. M. F.

9 *Florentiæ,* *apud Senatorem Bonarotam.* *Ex Gorio.*

L. LAEVIVS. NICEPORVS
LAEVIAES. L. ET. PEDAGOG

1 *Romæ,*
in Cœmeterio Callisti.
Ex Boldetto.

LAIS
L. COPRANI
SARCINATRIX

2 *Neapoli,*
apud Actium Sincerum Sannazarium.
Ex Donio.

D M
LICINIAE. PRIMIGENIAE
VNGVENTARIAE
LIC. AMOMVS. F. MATRI
B. M. VIX. A. LXXI

3 *Romæ,*
in Cœmeterio Gordiani.
Ex Boldetto.

LIMENIO MEDICO. FRATRI CA
RISSIMO Q. VIXIT ANNOS XXXIII
MNES III. DIE

4 *Florentiæ,*
apud Principes Corsinios.
Ex Gorio.

LIVIA. PHILEROTIS
ARGEN. L. ALBANA
CORNELIA TROPHIM

Phileros iste *Argentarius* fuisse videtur.

5 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

M. LIVIVS. PYRSVS LOCHIADIS. L. A MAN. OL. DAT CERYLLVS. DISP	AMARANTHIO CERYLLI. DELICII VIXIT. ANNIS. III. M III DAT OLLAM CERYLLVS. L.

Franciscus Blanchinius V. Cl. legebat in tertiâ lineâ primæ faciei AMANDI DAT. Sed *Livius* iste *Pyrsus* fuit *Servus a manu*, sive Amanuensis. Blanchinius idem habet in primâ lineâ secundæ faciei AMARANTHO. CIRYLLI DELICIVM. Sed scribendum videtur DELICIO. In postremâ lineâ is quoque legit CIRYLLVS.

6 *Ibidem,*
juxta Ædem beatæ Mariæ Consolationis.
Ex Donio.

T. LIVIVS. T. L. PHILOXENVS. PVRP
LIVIA. T. L. NICE. L.
T. LIVIVS. T. L. DIOCLES. L
ALEXANDER. L. ARBITRATV
L. A[illegible]ONI. Ɔ. L. GA[illegible]
T. LIVI. T. L. HERMOGENIS. L.

PVRP. idest: *Purpurarius.*

7 *Narbone.*
Ex Marchione Maffejo.

Θ
LVCCEIVS
PHILINI L
MEDICVS M[illegible]
ANINIA
L. ATTICE

8 *Romæ,*
in hortis Cardinalis Cæsii.
Ex Ligorio, ac Donio.

C. LVCILIO. MAECENATI
POLYAENO. LIBERTO
(*sic*) MESORI. AEDIFIC
VIXIT. ANN. LXXVIIII. M. VII. D. VI
C. LVCILIVS. C. L. XANTVS
EMPTO. LOC. OLL. N̄. XIII. EXORN

MESORI pro MENSORI *Ædificiorum.*

9 *In Castri Prætorii Villâ*
agri Aquilani.
E schedis meis.

P. LVCRETIVS
P. L. STRVCTOR

10 *Romæ, in Prato Sancti Pauli.*
Ex Ligorio, ac Donio.

DIS. MANIBVS
P. LVCRETI
SATVRNINI
ARGENTARI
MEMORIAE. EIVS
SATVR. LIBER

Argentari, idest *Trapezitæ.*

11 *Ibidem,*
in Sanctæ Agnetis.
E schedis meis.

D M
Q. LVCRETI. QVINTIANI
SCRIB. LIBR. ET
VALERIAE ZOES

Vide Gruterum pag. 585. num. 3.

1 *Romæ,*
apud Cardinalem Maffejum.
Ex Ligorio.

LVCRINAE. IVCVNDAE
P. LVCRINVS. P. L. THALAMVS
A. CORINTHIS. FABER
(*sic*).
EST LOC. ENP. ✱ ⚓ M. ARGENT
SIBI. ET. SV. POS.

Ideſt, cui curâ commiſſa fuit *Vaſorum Corinthiorum*. Alia præceſſerunt exempla.

2 *Ferrariæ,*
in publico Muſeo.
Miſit Joſeph Scalabrinius Sac. Lit. publicus Profeſſor.

MEMORIAE
C. LVTATI
C. F. PANSIAN
FIGVLI. AB
IMBR. V. A
XXXXIX. M. I
IN. F. P. XII. S
IN. A. P. XII. S

Rara Inſcriptio, cujus faciem libenter oculis meis inſpexiſſem. Habemus heic *Figulum ab Imbricibus*, qui nempe imbrices fingebat. Ejuſmodi Imbricum in Ferrarienſi agro effoſſa fuit ingens copia cum literis T. PANSIAN. Is fortaſſe Filius aut Pater iſtius fuit.

3 *Romæ,*
in Sancti Chryſogoni.
E ſchedis Fratris Jucundi miſit Gorius.

L. MAELIVS. L. L. THAMIRVS
VASCVLARIVS SIBI ET
DVRDENAE. P. L. CYTHEREIDI
ET L. MAELIO. L. F. ANI. FLACCO
FILIO EIVS SACR. AED. CVR.
ET. SACR. Q. ET LIBERTIS
LIBERTABVSQVE SVIS

Jam dedit Gruterus pag. 643. num. 4. Rurſus do, ut varias lectiones expendas. Ibi inter cetera *Lucius Mælius* junior dicitur SER. AED. CVR. ET SER. Q. Heic autem SACR. appellatur. Utra lectio præferenda, videant Eruditi. Certe hujus nomina Liberum hominem produnt, non verò *Servum*. Sed quid ſit SACR. obſcurum plane puto. *Sacrarius* fortaſſe, nunc Italice *Sagriſtano*. Hujuſmodi munere is functus videtur ad ſacrificia *Ædilium Curulium*, & *Quæſtorum*. Sed locus eſt aliis interpretationibus. *Vaſcularii* appellati, qui Vaſa ex auro, argento, aliove metallo conficiebant.

4 *Ibidem,*
in Cœmeterio Priſcillæ.
Ex Boldetto.

MAETIO. APRILI. ARTIFICI. SIGNARIO. QVI. VIXIT
ANNIS. XXXII. MENSES. DVO. DIES. V. BENEMERENTI IN. P.

Ideſt IN PACE. Chriſtiani hominis monumentum eſt. *Mætius* iſte *Aprilis* fuit *Artifex Signarius*; hoc eſt *Signa*, nempe *Statuas*, ut opinor, elaborabat, eaſque ex marmore: quippe in lapide hujuſce inſcriptionis inſculptus viſitur *Malleus*. Quin diſcrimen aliquod inter *Statuas*, & *Signa* fuiſſe potuerit, negare nolim. At *Sigilliola* quoque, & *Sigillaria*, ideſt parvæ Statuæ, non deſinebant in Claſſe Statuarum recenſeri. Quod in aliis lapidibus non occurrat *Artifex Signarius*, ideo hic mihi carus.

5 *Regii Lepidi,*
in Villa Sancti Mauritii apud Nobb. Manfredos.
E MStis Azzarii.

L. MAGIO P. F. RVFIONI
P. MAGIO P. F. CAPITONI
MVLIONES HIC
VETTIAE. M. F. MATRI MAGIA
P. F. MACELLA SIBI ET SVIS V. F
IN AGR. P. XV. IN FRONT. P. XII

Magii iſti *Rufio* & *Capito* num *Muliones* fuerint, an eidem tumulum hunc *Muliones* pararint, an aliud quidquam heic ſignificetur, edoceri ab aliis cupio.

6 *Romæ,*
in Villa Mattei.
E ſchedis Ptolomeis.

T. MAIO. T. F
PALAT
CLEMENTIANO
SCRIB. AEDIL
CVRVL
LICTORI. CVRIATO
FILIO PIENTISSIM

Vide Gruterum pag. 326. num. 6. qui mancam dedit. *Lictores Curiati* fuere, qui Sacris publicis Populi Romani adſtabant.

8 *Ibidem,*
E ſchedis Farneſiis.

L. MANIO. L. F. MARTIALI MVSICO
M. MANIVS. L. F. PALATINA. PARATVS
FECIT. SIBI. ET. SVIS. SARCOPH. X

7 *Ibidem,*
in Vinea Papæ Julii III.
Ex Ligorio.

MANIVS
TABVLAR
VIX. AN. XXV

9 *Tuſculi.*
Ex Dominico Matthæjo.

D M
MANSVETI
STERTINI QVARTI
A. MANV
CARPVS FRATRI

1 *Romæ,*
in impluvio cujusdam domus prope Ecclesiam Jesus, & Mariæ. Ex Donio.



MARCIA. T. F. SEVERA
AVRARIA. ET. MARGARITARIA
DE VIA SACRA. LEGAVIT CODICILLIS
TESTAMENTI
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE. SVIS
POSTERISQVE EORVM

Aurarii, & *Collegium Aurariorum* in aliis lapidibus occurrunt. Ii nempe, qui opera ex auro conficiebant, aut confecta vendebant. *Margaritarii*, qui Margaritas venum exponebant.

4 *Romæ,*
in horto Sanctimonialium Barberinarum.
Ex Donio.

MARIA. Ɔ. L. HILARA. SIBI. ET
P. COLIO. P. L. PHILOGENI. MEDICO
OCVLARIO. VIRO. SVO. ET
M. FVLVIO. M. L. ZETHO. ET
MARIAI. Ɔ. L. NIOBI. ET
MARIAI. Ɔ. L. AVCTAE. ET
MARIAI. Ɔ. L. HELENAI

6 *Florentiæ, apud Marchiones Guadagnios. Ex Gorio.*

MAXSIMO. LIBERO. VEN
ATORI. OLGIA VERA
CONIVGI. PIENTISSIMO
B M F

7 *In Oppido Estensi. E schedis Pacediani.*

MEI TRABE
LAN. LIBER
TI EX FAMIL
VENATORIA
Q. CLODIO
P. LIB. TORTV
LIO FIL. Q.
CLODIO. Q.
LIB. MAMI
NIO ET CLO
DIAE Q. LIB.
PRIMAE GENITAE
AMICIS
BENE M

Quum de Libertis agatur heic, veri videtur simile, *Familiam* hanc *Venatoriam* exhibere tantummodo Venatores privatos *Mei Trabellani*, si tamen vitio carent hæc nomina. Ceterum apud veteres *Familia Gladiatorum* fuit. *Venatio* quoque de Feris in Amphitheatro occisis dicebatur. De ista heic sermo videtur.

2 *Ibidem,*
in Museo Albano.
Misit Franciscus Blanchinius.

L. MARCIVS L. Ɔ. L.
ANTHVS LANARIVS
DE SVBVRA

Lanarius Lexicographis est *qui Lanam curat*. Artificem, qui pannos ex Lana conficit ego potius censeo. Audi Juvenalem Satyrâ VII.

--- --- --- *media quod noctis ab hora*
Sedisti, qua nemo Faber, qua nemo sederet
Qui docet oblique Lanam deducere ferro.

Hic a Scholiaste veteri dicitur *Lanarius*.

3 *Capuæ,*
in quadam domo Parœciæ Sancti Martini.
E schedis Fratris Jucundi,
misit Gorius.

MARIAE. Ɔ. ET SVAVITTI
L. EGREPINAE OBTESTRICI

Marmorarii sphalma pro OBSTETRICI.

5 *Cerveteræ,*
in urna.
Ex Ligorio.

C. MARIVS. C. LIB
GRATVS. ET. C. MAR
SALVIANVS. LIB
EX. HYDRIA
COMM. CONS. POS

Quorum nempe officium fuit *ex Hydria* aquam ministrare mensæ. & culinæ. Postremas voces interpretare: *Communi Consensu Posuerunt*.

8 *Romæ.*
Ex Malvasia.

DIIS MANIBVS SACRVM
A. MENENIO. A. F. QVI. CAPITIO
HOREARIO. PLE. ET. TRIB
PAL. VIX. AN. XL. M. VIII
MENENIA IVNIA TYCHE
MARITO DVLCISSIMO POS

Custodiebat *Menenius* iste *Capitio Horrea Plebis*. *Tribunus* quoque *Palatinus* fuisse videtur. Sed hujus officii nulla mihi alibi vestigia occurrunt.

9 *Ibidem,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

METRODORVS. L. DEC
SIBI. ET
QVINTIAE. CONIVGI. SVAE

1 *Placentiæ.*
Ex Donio.

V . F
L. METTIVS
L. F. PRIMVS. CORNICEN
SIBI. ET
PETRONIAE. M. F
SECVNDAE. VXORI
P. ANNAEO. P. L
CAMPESTRI
AMICO. VI. VIRO
ET. TITTIAE. L. METTI
L. CAPRIAE
ET. DOMITIO. C. F. RAPTO
Q. Q. V. P. XXX

4 *Aquilejæ.*
Misit olim Illustriss. Fontaninius.

A. MVLVIO. A. L. ALEXAE
PISTORI
A. MVLVIVS. A. L. IVCVNDVS
V. F. FECIT. SIBI. ET. PATRONO
ET SVIS LIBERT. ET LIBERTAB
A. MVLVIVS. A. L. BASSVS
A. MVLVIVS. A. L. IVENES (*sic*)
A. MVLVIVS. A. L. PRIAMVS
A. MVLVIVS. A. L. PVDENS
A. MVLVIVS. A. L. FIRMVS
A. MVLVIVS. A. L. MODESTVS
A. MVLVIVS. A. L. FAVSTVS
A. MVLVIO. A. L. CHRISELLIO

5 *Romæ. E schedis Farnesiis.*

L. MVNATI	L. VALERIVS
L. . L.	STACTVS
NICOMEDI	AB. EPIST. GRAEC

6 *Placentiæ.*
Misit P. Stanislaus Bardetti,
Presbyter Societatis Jesu.

V. LOC. F. Q. MVS. L. Q. L.
PRIMI. ANVLARI
IN. FR. P. XIIII. IN. AG. P. XIIII.

Anulorum Artificem heic habes.

7 *Faventiæ, apud Azurinos. Ex Tondutio.*

D . M
Q. MVNNI SE
CVNDI NIPI PO
TABERNARIO
Q. BAEBIVS
COCITATVS
MACINARIVS

Illud NIPI PO in tertiâ lineâ vitio non caret: Si recte se habet in postremâ MACINARIVS, antiquitatem vocis Italice *Macina* habes. Sed fortasse pro MACHINARIVS est.

2 *Romæ, in Via Appia. Ex eodem.*

M. MINVCIVS. M. LIBERTVS
LAMPADIVS. SIMPVLARIARIVS
VIVVS. FECIT. S. ET. SVIS
LIBERTIS. LIBERTABVSQ. EORVM
IN. FRONTE. PED. XVI.
IN. AGR. P. XXV.

Simpula vasa sacrificialia fuere. Istorum artifex *Simpulariarius* fuit *Minucius* iste *Lampadius*.

3 *Parisiis, in Museo D.* de Etrées. *Ex Montfauconio.*

ΙΗΤΗΡ ΜΕΘΟΔΟΤ ΑΣΙΑΤΙΚΕ ΠΡΟΣΤΑΤΑ ΧΑΙΡΕ
ΠΟΛΛΑ ΜΕΝ ΕΣΘΛΑ ΠΑΘΩΝ ΦΡΕΣΙ ΠΟΛΛΑ ΔΕ ΑΤΤΡΑ

Idest:

Salve, Medice Asiatice, Methodi Princeps,
Qui Bona Multa Et Tristia Plurima Animo Expertus es.

In Basi.

Μ. ΜΟΔΙΟϹ ΑϹΙΑΤΙΚΟϹ
ΙΑΤΡΟϹ ΜΕΘΟΘΙΚΟϹ

Idest:

M. Modius Asiaticus
Medicus Methodicus.

8 *Romæ, in hortis Mediceis. Ex Ligorio.*



Idest:

Diis Manibus.
Myropno Nano
Choraulæ.

En figuram egregie referentem Pumilionem Tibias tenentem. Vocem Italicam *Nano* e Græcia prodiisse vides. *Choraules* ille est, qui Tibias inflare didicit. Ex Lipsio protulerat hoc idem marmor Gruterus pag. 1035. num. 9. sed non satis purgatum. Emendatius nunc profero.

1 *Florentiæ. Ex Gorio.*

MYSTES MINISTRATO

Ideſt *Miniſtrator*.

3 *Ibidem. Miſit Ficoronius.*

L. NASVLEIVS
TERES. EMIT. OL. II
A. C. CASSIDARIO. IMA

Caſſidarius eſt Caſſidum fabricator. Heic habemus Nomen (nos Cognomen diceremus) ab Arte petitum.

4 *Ibidem, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Auguſtæ.*

NATALIAN. DEC. DAT
CVLO FIL
TYCHE MEMORIS

5 *Ibidem, in domo Pauli Tifernatis. E ſchedis Ambroſianis.*

NICE MINOR
MINISTRA
IN FAMIL

2 *Romæ, in Villa* Mattei. *E ſchedis Ptolomeis.*

NAEVIAE
M. FILIAE
ANTONIAE
RVFINAE. C. F
FELICISSIMVS
A. R. K.

Siglas C. F. in quartâ linea interpretor *Clariſſimæ Feminæ*, utpote qui opinor, uni, non geminis mulieribus titulum hunc inſcriptum fuiſſe a *Feliciſſimo*, quem cenſeo *Arcarii* munere functum, propteréaque in fine legendum ARC. ideſt ARCARIVS.

6 *Ibidem, in Sepulcreto Libertorum Liviæ.*

S. TERTII. L. NICEPHOR. DEC
MPIAE. TERTI. L. CONIVGI
NEMERENTI
AM

7 *Romæ. Ex Falconerio.*

In una facie baſis.

ΤΩ ϹΩΤΗΡΙ ΑϹΚΛΗΠΙΩ ϹΩϹΤΡΑ ΚΑΙ
ΧΑΡΙϹΤΗΡΙΑ ΝΙΚΟΜΗΔΗϹ Ο ΙΑΤΡΟϹ
ΤΑΝ ΠΑΙΔΟϹ ΚΑΛΛΙϹΤΑΝ
ΕΙΚΩ ΤΑΝ ΔΕ ΘΕΟΙΟ
ΠΑΙΑΝΟϹ ΚΟΥΡΟΥ ΜΑΓΡΟϹ
ΑΠΑΡΤΙΤΟΚΟΥ
ΔΑΙΔΑΛΛΩΝ ΜΕΡΟΠΕϹϹΙΝ
ΕΜΗϹΑΟ ϹΕΙΟΒΟΗΘΕ
ΕΥΠΑΛΑΜΟΥ ϹΟΦΙΗϹ
ΜΝΑΜΑ ΚΑΙ ΕϹϹΟΜΕΝΟΙϹ
ΘΗΚΕ Δ' ΟΜΟΥ ΝΟΥϹΩΝ ΤΕ
ΚΑΚΩΝ ΖΩΑΓΡΙΑ ΝΙΚΩ-
ΜΗΔΗϹ ΚΑΙ ΧΕΙΡΩΝ
ΔΕΙΓΜΑ ΠΑΛΑΙΓΕΝΕΩΝ

Ideſt:

Servatori Æſculapio Pro Reſtituta Salute, Et Gratiarum Actione, Nicomedes Medicus.
Hanc Pueri Dei Pulcherrimam Imaginem
Pæanis Filii Matris, Quæ Recens reperit,
Adornans Mortalibus Extudiſti Sejoboëthe
Artificioſæ Scientiæ Monimentum Etiam Poſteris.
Poſuit Autem Morborum, Malorumque Liberationis Pretiū Nicomedes, & Manuum Specimen Antiquarum.

In altera facie baſis.

ΤΩ ΒΑϹΙΛΕΙ ΑϹΚΛΗΠΙΩ ϹΩϹΤΡΑ ΚΑΙ ΧΑΡΙϹΤΗ
ΡΙΑ ΝΙΚΟΜΗΔΗϹ ϹΜΥΡΝΑΙΟϹ ΙΑΤΡΟϹ
ΟΙΟΝ ΕΜΑΙΟϹΑΝΤΟ ΝΕΟΝ ΤΟΚΟΝ
ΕΙΛΕΙΘΥΙΑΙ
ΕΚ ΦΛΕΓΥΟΥ ΚΟΥΡΗϹ ΦΟΙΒΩ
ΑΚΕΙΡΕΚΟΜΗ
ΤΟΙΟΝ ΤΟΙ ΠΑΙΑΝ ΑϹΚΛΗΠΙΕ
ϹΕΙΟΒΟΗΤΟϹ
ΧΕΙΡΟϹ ΑΓΑΛΜ' ΑΓΑΘΗϹ
ΤΕΥΞΕΝ ΕΑΙϹ ΠΡΑΠΙϹΙΝ
ΝΗΩ Δ' ΕΝ ΤΩ ΔΕ ΖΩΑΓΡΙΑ ΘΗΚΕΝ
ΟΡΑϹΘΑΙ
ΠΟΛΛΑΚΙ ϹΑΙϹ ΒΟΥΛΑΙϹ
ΝΟΥϹΟΝ ΑΛΕΥΑΜΕΝΟϹ
ϹΟϹ ΘΕΡΑΠΩΝ ΕΥΧΗϹ ΟΛΙΓΗΝ
ΔΟϹΙΝ ΟΙΑ ΘΕΟΙϹΙΝ
ΑΝΔΡΕϹ ΕΦΗΜΕΡΙΟΙ ΤΩΝ ΔΕ
ΦΕΡΟΥϹΙ ΧΑΡΙΝ

Ideſt:

Regi Æſculapio Pro Reſtituta Salute, & Gratiarum Actione, Nicomedes Smyrnæus Medicus.
Qualem Recens Natum Obſtetricatæ ſunt Ilithyiæ
Et Phlegyæ Filia Phœbo Intonſo,
Talem Tibi, Pæan, Æſculapie, Sejoboëthus
Opus Doctæ Manus Sua Induſtria Fecit.
In Hoc Verò Templo Pro Vita Servata Conſpiciendum Poſuit,
Morbo Sæpe Tuis Conſiliis Evitato,
Tuus Servus, Tenue Pro Voto Donum. Qualia Diis
Mortales Caduci Horum Gratiâ Offerunt.

Habes heic duo Epigrammata metrice exarata; Exaſticum unum, Octaſtichum alterum, hexametris & pentametris verſibus concluſa. Habes quoque heic *Nicomedem Smyrnæum Medicum*, & *Sejoboëthum* ſibi ſupparem *Sculptorem*, ut puto. Huic autem *Nicomedi Medico* ſubſequens Epitaphium tribuendum eſſe nullus dubito, quod prælaudatus Falconerius protulit, ac etiam habetur in ſchedis Ptolomeis. Emendatius tamen ad me miſit Abbas Rodulfinus Venuti V. Cl.

1 *Romæ,*
apud Angelum Borionum.
Exscribendum curavit Rodulfinus Venuti.

Θ К
CTHΛHN EΘHKAN
NIKOMHΔEI CTNΓE
NEIC OC HN APICTOC
IHTPOC EN ZΩOIC
OTHN ΠOΛΛOTC TE
CΩCAC ΦAPMA
KOIC ANΩΔTNOIC
ANΩΔTNON TO CΩ
MA NTN EXEI ΘANΩN
ETΨTXΩ NIKOMHΔHC
OCTIC OTK HMHN KAI EΓENO
MHN OTK EIMI KAI OT ΑΤ
ΠOTMAI ZHCAC ETH MΔ
KAIHMEPAC KΓ

Ideſt:

Dis Manibus.
Monumentum Poſuerunt
Nicomedi Cogna-
ti. Qui Fuit Optimus
Medicus, Dum Vixit,
Et Qui Multos Sa-
navit Pharma-
chis Dolorem Tollentibus.
Doloris Expers Cor-
pus Nunc Habet Mortuus.
Bono Animo (ſum) *Nicomedes,*
Qui Non Eram, Fu-
i. Non Sum, Neque Ægre Fe-
ro, Quum Vixerim Annos XLIV.
Et Dies XXIII.

6 *Capuæ,*
in Sanctæ Scholaſticæ.
E ſchedis Ambroſianis.

P. OCRATI. P. D. D. L.
PHILODAMI BASSI
AVRIFICI
OSSA. HIC. SITA. SVNT

AVRIFICI pro AVRIFICIS. Vide Gruterum pag. 63 n. 10.

8 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſs. Cardinalis Albani.

OCTAVIA L. L PRIMA PANTAGATVS PAVLIANVS THVAS SENTIANVS PVBLICI	OLYMPVS CRISPINIANVS

Ideſt *Servi Publici.*

2 *Narbone.*
Miſit Bimardus.

Q. NIGIDIVS PRIMVS
LANARIVS SIBI ET
PROBO MERENTI
LIB. SVO

Vide Gruterum pag. 1035. num. 4. apud quem ſcriptum LANIARIVS, & MEROE. Heic *Lanarius* eſt, qui artem Lanæ exercet.

3 *Brixiæ,*
juxta Eccleſiam Beatæ Virginis Conſolationum.
E Vinacceſio.

NIGRINO
VICARIO
COSMVS
BRIANOR
VILICVS

Vide Fabrettum pag. 303.

4 *Mutinæ,*
in vaſe adſervato in Sancti Georgii.
Exſcripſi.

NONIVS ANIVS
VESTIARIVS. TABER
NAM. VASA. ET QVAE
VIDES. D. P. S.

Ut cuicumque pateret, in cujus jure Taberna ac Vaſa illa forent, epigraphen hanc adhibuit *Nonius Anius Veſtiarius*, ideſt Veſtium Artifex, ſive propola, monens, ea omnia facta fuiſſe *de pecunia ſua*. *Veſtiarii* tamen vox ſubſequutis Sæculis aliud ſignificavit.

5 *Florentiæ.*
Ex Gorio.

OCLATIVS
INSVLARIVS

Vide, quæ ſupra attuli ad Inſcriptiunculam *Cordonis Inſularii.*

7 *Cordubæ,*
in domo Marchionis de Comares.
E ſchedis P. Cattanei.

OCTAVIA O MATER
C. OCTAVIVS AV FELIX
AERARIVS
OCTAVIA. T. C. L. MODESTA VXOR
C. OCTAVIVS MODESTAE. L. MACER
OCTAVIA MODESTAE L. CHLORIS MATER
C. OCTAVIVS. T. C. L. PRIMVS
C. OCTAVIVS. C. L. CVCCIO
C. OCTAVIVS. C. L. PROT.

AERARIVS, qui ex Ære (nunc nobis Italice *Rame*) vaſa fabricabat. Ex *Æramen* produt noſtrum *Rame*.

1 *Romæ, apud Mellinos. Ex Ligorio.*

C. OCTAVIVS	OCTAVIA (*sic*)
C. L. NICEROS	SMVRNA. DVM
PLVMARIVS	C. C. CONIVX
	CARA. SVIS

PLVMARIVS, nunc Italice *Ricamatore*. De *Opere Plumario* egi ego in Antiquitat. Italic. Differtat. XXV. *De Textrina*.

4 *Romæ, in vinea Cardinalis Aldobrandini. Ex Donio.*

DIS MANIBVS
ONESIMO CAEPIONIS
HISPONIS DISP
TI. CAEPIO. HIERONYTAEVS
ET. SIBI. ET. SVIS

5 *Ibidem, in ædibus Mutorum ad Turrem Rubeam. Ex Ligorio.*

D M
L. PACCIVS. GERMANVS
FECIT. SIBI. ET
L. PACCIO HERMETI. LIB
MONETARIO. ET LIBERTIS
LIBERTABVSQ. POSTERISQ. EORVM

Monetarius, qui pecuniam fignabat, Italice *Zecchiere*.

8 *Romæ, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ. Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis* de Polignac.

PAMPHILVS. SALVI.	VESTIA
IVLIA	ET. CAELIAE. L. DAT
SYRTIS	SECVNDAE. L. SVAE
DAT. ZETHO	OLLAM

Vestiarium heic habes.

9 *In agro Ferrarienfi. Misit amicus vir Jos. Pentenor Scalabrinius.*

PANDORAE
BONAE DISPENSA
TRICI Q. CAMERIVS
CATVLINVS
VT BENE SIT

2 *Ibidem, ad Portam Sanctæ Agnetis. Ex Ligorio, ac Donio.*

C. OLIVS. C. LIBER
EVTYCHVS
VESTIARIVS
FECIT
OLIAE. Ɔ. L. MYRTALE
SOR. KARIS

3 *Larissæ, in Turcarum Cœmeterio. Ex Johanne Antonio Aftorio.*

ΟΝΗCΙΜΟC ΟΝΗCΙΜΟΥ
ΙΑΤΡΟΥ ΥΙΟC ΧΡΗCΤΕ
ΧΑΙΡΕ

Ideft:

Onesime, Onesimi
Medici Fili Bone,
Vale.

6 *Florentiæ, apud Nobb. Gallos. Ex Gorio.*

C. PACONIVS. C. ET. Ɔ. L	PACONIA. P. L
NICO VIATOR	TRVPHERA

VIATOR, idem pæne atque *Apparitor*, cujus erat munus reos comprehendere. Erant *Viatores* Consulibus, Tribunis Plebis, Ædilibus &c.

7 *Romæ, in Cœmeterio Cyriacæ. Ex Senatoore Bonarota.*

POSVIT. TABVLA MA
GISTER DISCENTI
PANPINO BENEM
ERENTI

DISCENTI ideft *Discipulo*.

10 *Athenis, ad Sancti Antonii, in columna. E schedis meis.*

ΑΝΔΡΙΑΝΤΟΠΟΙΟΣ
ΑΥΛΟΣ ΠΑΝΤΟΥΛΕΙΟΣ
ΓΑΙΟΣ ΕΦΕΣΙΟΣ
Ο ΚΑΙ ΜΕΙΛΗΣΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ

Ideft:
Statuarius
Aulus Pantulejus
Gajus Ephesius,
Qui & Milesius,
Fecit.

1 *Romæ apud Ficoron.*
Misit Ramaginius.

ΠΑΠΕΙΡΙΩ ΗΡΑΚΛΕΙ
ΤΩ ΑΑΡΑΝΔΕΙ ΣΟΦΙ
ΣΤΗ ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΟΣ ΚΑΙ ΝΕΩΝ
ΤΩ ΧΡΗΣΤΩ ΠΑΤΡΩΝΩ

Hoc est :

Papirio Heracli-
to . . . . *Sophis-*
tæ Apolloni-
us & Neon
Bono Patrono
(Posuere .)

5 *Ravennæ ,*
in Templo Classensi.
Misit P. D. Mariangelus Fiacchi.

Θ К
ΤΗΝ ϹΕΜΝωϹ
ΖΗϹΑϹΑΝ ΑΜω
ΜΗΤΟΝ ΤΕϹΤΝΕΤ
ΝΟΝ ❦ ΠΑΤΑΕΙΝΑΝ
ΦΘΙΜΕΝΗΝ ΕΝΝΕΑ ΚΑΙ
ΔΕΚ ΕΤωΝ ❦ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟϹ
ΙΗΤΡΟϹ ΑΝΗΡ ΜΝΗΜΗΝ
ΑΤΙΝϹωΝ ❦ ΤΗΝ ΔΕ ΠΑΝΤ
ϹΤΑΤΗΝ . . . ΤΟ ΜΑΡ
ΤΤ . . . ΤΜ

Idest :

Dis Manibus
Honestissimæ Atque Inculpa-
tæ Vite Conju-
gem Paulinam
Defunctam Ann. Novem Et
Decem , Andronicus
Medicus Maritus , Memoriam hanc
Postremam (ponens) *Testi-*
monium . . . .

9 *Ad Ripam Fucini ,*
apud Sanctæ Mariæ ad Lucum.
E schedis Fratris Jucundi misit Gorius.

❦ T. PETICIVS. L. F. CHIRVRGVS LABORE
ET CVRA VIVOS PERFECI HANC DOMVM
SED FILIO ANTE HVIC HOMINI IVCVNDISSIMO
PARAVI TRIBVS VBE OSSA NOSTRA
ADQVIESCERENT MORS ME ANTE
ADSEQVETVR ET TVNC DEMETVR MIHI DOLOR
VALETE ET MEMORES ESTIS PIETATEM PATRIS

Confer exemplum istud cum altero, quod Reinesius edidit pag. 692. Sitne Artis indicium , an Cognomen *Chirurgus*, minime decerno.

2 *Forolivii ,*
apud Paduanos , urna effossa cum lapide.
Ex Paulo Bonolo.

T. PAPIR. ET. S. R. HISTORICO

Spurium monumentum reor . Ibi memoriam *Sexti Rufi Historici* Forolivienses quidam contineri sibi persuadent. Sed illustrium virorum nomina per singulares literas indicare mos minime fuit.

3 *Romæ ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

PARAMONVS. L. PTOL.
DECVR . . .
IVLIA. STRATO. PARAMONI

4 *Ibidem.*

PARTHENIO
STRVCT

6 *Florentiæ.*
Ex Gorio.

D . M . S
PERELIAE
PRIMITIVAE
V. A. XIIX. D. XVII
M. PERELIVS
MVSICVS. ET
MATTIA. FAVENTINA
VERNAE. SVAE
FECER

7 *Romæ ,*
in vinea Leonis Strozzii.
Ex Donio.

PERPENNIA. M. L. SVRISCA
NV. SVILLIVS. NV. L. PHILODAMVS
NV. SVILLIVS. NV. F. COL. CELS. SCR.

8 *Neapoli ,*
in suburbano Januarii Mazzæ.
Misit Ignatius Maria Como.

D . M
M. PERPENNIVS. ZMARAGDVS
MARTIALI. MAGISTRO. SVO
STRVCTORI. B. M.

1 *Romæ,*
juxta Janiculum.
Ex Donio.

SACRVM
QVIETI CORPORIS
L. PETILI. TRANQVILLI
INSTIT. SEPLASIAR
L. PETILIVS. HELENVS
LIB. PATRONO OPTIMO
ARAM D. D

Seplasiarius, ut supra monui, nunc nobis *Speziale*.

4 *Romæ,*
Ex Donio.

C. PETTIVS. CELER
GAVNCARIVS
V. AN. XXXV

Subest hæc Inscriptio imagini Viri lævâ Librum tenentis, insculptis in ambitu Signis Zodiaci. Quid sit GAVNCARIVS quis mihi prodat? Suspicatur doctissimus Gorius, hoc esse pro GAVNACARIVS: nam Varrone teste *Gaunacum* est Stragulum, aut operimentum, alterâ parte villosum. Ingeniose. At Imagini viri explicatio minime respondet. Græcis Γαιοῦχος significat *Terram continens*. Num Geographiæ hic *Pettius Celer* operam dedit? Ab hujusmodi disciplinâ non abludit certe Liber, signa Zodiaci præferens.

5 *Ibidem,*
apud Alexandrum Capponium Marchionem.
Misit Ramagginius.

PHOEBVS OCTAVIAE
EX. ACTOR
FECIT. CARISSIMIS
M. ANTONIO PHOEBO V. A. VII
ET PANNYCHVS V. A. XIV
ANTONIA. PANNYCHIS
MATER. EORVM

6 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.
Ex editis curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

PHILARGYRO. PLE ||||||||| INT
BELLAIAE. MVSICE PHILARGYRI

7 *In Navellis Oppido agri Aquilani,*
in Sanctæ Mariæ.
E schedis meis.

PHILEROS. DISPEN.
MELANTA. CELLAR.
MAG. L. F. D. D

9 *Romæ, in vinea* del Bucca. *Ex Ligorio.*

PHILETVS
CVBICVLAR

10 *Romæ, in vinea Julii Papæ III. Ex Ligorio ac Donio.*

PHILODAMVS
C. SVLPICI VESTIPI
H. S. E

Donius legit VESTIP. & quidem rectius. *Vestipicius* est, qui Vestes custodit.

2 *In Collibus Rosacii,*
in Foro Julii.
Misit Comes Franciscus Beretta.

M. PETRONIVS. M. F
SCAENARIVS
M. PETRONIVS. M. L
ROMANVS IIIIII. VIR


SCAENARIVS Cognomen est, sed ab Arte Scænicâ derivatum.

3 *Regii Lepidi,*
in Villa Sancti Mauricii,
apud Nobb. Malagutios.
Ex Azzario.


SIBI PETTIA. C. L. ET
C. PETTIO. C. L. PYLADI PATRO
C. CLODIO C. L. ANTIOCHO. MARMO

Heic visuntur sculptæ duæ Virorum figuræ.

ET PETTIAE Ↄ. L. SPERATAE
IN FRO P. XII.



ET PETTIAE Ↄ. L. SVE ||||||



IN AGR P. XV.

Marmorarium habes heic, ejusque instrumenta.

8 *Florentiæ, in ædibus N. V. Caroli Strozzii.*
E Gorio.

PHILEROS PIST
VENVSTO EPHEBO Q

Pistor heic indicatur. Illud Q. exposcere alias voces videtur, hoc est *Qui Vixit* &c. Quamobrem mutilam hanc Inscriptiunculam suspicor.

11 *Firmi, in Sancti Spiritus.*
Misit P. Camerinius.

PHILOMENO ACTORI FILI EIVS

1 *Romæ, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.*

PHILOMVSVS
TERI. L. INAVR

INAVR. idest *Inaurator*. Inauratorum, quos Italice *Indoratori* appellamus, mentionem fecit Julius Firmicus.

4 *Romæ, in Museo Albano.*

PLACIDIVS P. VITELLI
TABVLARIVS

5 *Ibidem, in Villa* Altieri. *E schedis meis.*

D M
PLAETORIAE
AVGAENI CONIVGI
B. M. Q. V. A. XXIX
FECIT
HERMES BARBARICARIVS
MINISTRATOR. L.

Si *Barbaricarius* Artem significat, is Cassides, aliaque arma auro, argentove ornabat, aut auro coloratis filis exprimebat formas hominum, atque animalium.

7 *Ibidem, in domo Antonii Palumbi. Ex eodem Donio.*

NV. POBLICIVS
NICANOR. VNG
DE. SACRA. VIA
MAXIMVS
ACCENSVS
VELATVS

Primus est *Ungentarius*, sive *Unguentarius*. Alter *Accensus Velatus*. *Accensi* Ministri fuere Magistratuum, ad eorum nutus promti. Erant inter eos *Velati*, sive a *Velo*, quo se se distinguebant, sive quod *Vela* Dominorum (nunc Italice *alla Portiera*) starent.

9 *Ibidem, in porticu Sancti Marci E schedis Averoldi.*

D . M
A. POMPEIVS AEMILIANVS
SCRIB. LIB. VALERIA. M. F
BRISEIS

10 *Ibidem, in vinea Moroni. Ex Vignolio.*

Q. POMPEIVS	PITEROS
C. L. PAMPHILVS	POMPEIAE
OSSA. HIC. SITA	Q. F. LIBRARIVS
	A MANV

2 *Ibidem.*

PHILOMVSVS. TERT
L. VILICVS

3 *Veronæ, in Sancti Proculi. E schedis Farnesiis, & Jacobi Valerii.*

PHOTINO
VESTIARIO
NICEPHORVS. LIB
PATRONO OPT.
ET SIBI
V . F

Donius legit PHOTIONI.

6 *Ibidem, in domo Patritiorum. Ex Donio.*

D. M. OLO. PLVTIO
SVCCESSO. PRISCVS
L. VARI. AMBIBOLI
AVIARIVS ALTI
LIARIVS. FECIT. FILIO
B. M. Q. V. A. XIII
ET. SIBI. ET. MATRI. AEIVS
SVCCESSAE. ET POSTERISQ
SVOR

Mutilum hoc marmor dederat antea Reinesius Clas. XI. num. 33. ex Pignorio. *Aviarius Altiliarius* fuit *Priscus* iste, idest qui Aves alebat ad mensam *Vari Ambiboli* domini sui destinatas. *Olus* prænomen est, ut *Gajus*, *Publius*, & alia.

8 *Romæ, in Vinea Poggiana. Ex Ligorio, ac Donio.*

D . M
POLEMOCRATE
SER. AB. EPISTVL
GRAEC. VIX. ANN
LXV. M. III. D. II
M. AVRELIVS. SEVE
RVS. PIENT. FECIT

Donius legit POLEMIOCRATAE in secundâ linea; in postremis verò SEVERVS. PICT.

11 *Ibidem. E schedis Farnesiis.*

SEX. POMPEIVS SEX. LIB
FALIX. AB. EPISTV
LIS. LATINIS

1 *Romæ,*
in vinea Baptistæ de Anagnia.
Ex Ligorio, ac Donio.

P. POMPO
SIDIO. P. F
IANVARIO
VESTISP.
POMPOSIDIA
BEN. M. FEC

Vestispicem supra vidimus.

2 *Cordubæ,*
apud Cappuccinos.
E schedis P. Cattanei.

POMPONIVS
PAMPHILVS VESTI
VIX. ANN.
POMPONIA. F

3 *Romæ.*
E Malvasia.

C. POMPONIVS. APOLLONIVS
SPECLAR. V. A. XLV.

Speclarius mihi videtur, hoc est *Specularius*, Speculorum videlicet fabricator.

4 *Narbone.*
Misit Bimardus.

L. POMPONIVS
L. L. DIOCLES. MEDICVS
SIBI ET AVILIAE
QVARTAE VXORI

Vide Gruterum pag. 633. num. 10.

5 *Nemausi.*
E schedis Guirani in Cæsarea Bibliotheca.

D M
PORCIAE LADE ET
OPTATI SER
EPAFRA CONLIBERT
SVNTYCHE ANATOLE SER
PAEDAGOGIS PIISSIMIS
V . P

6 *Tarracinæ.*
E schedis Ambrosianis.

C. POSTVMIVS. C. F
POLLIO
ARCHITECTVS

7 *Romæ,*
in Villa Julia.
Ex Donio.

PRO SALVTE
TI. CLAVDI. CAESARIS. AVG. PONTIF
MAX. TR. POT. III. COS. III. DESIGN. IIII
PRAESENS. AVG. LIB. EX. VOTO. SVSCEPTO
VIAT. ET. SCR. LIBR. ET
A. LARCIVS. LYDVS. DEDIC

A *Viatoribus*, & *Scribis Librariis*, una cum *Præsente Augusti Liberto* posita fuit Inscriptio hæc *Claudio* Augusto. Sed Tribunicia Potestas vitiato numero (num Marmorarii, an Descriptoris culpâ, nescio) signata est. Claudius *Consul III*, designatus Consul IV. Annum Christi 46. indicat, quo ejus Tribunicia Potestas erat V. aut VI. Itaque scribe heic TR. POT. VI. Facile VI. pro III. accipitur.

8 *Romæ.*
Misit Ficoronius.

PREPON. C. ATEI
A. MANV. SIBI. ET
MINVCIAE. Ɔ L. CALETYCHE
CONIVGI. SVAE

9 *Ibidem. Misit idem.*

HIC. SITVS EST PRIMEVS QVI
VIXIT. IVCVNDO SEPER SILBAE
STETIT OFFICIO

Primeus iste Servus, aut *Sylvæ semper* custos fuit, aut alicui viro (*Silvæ* nomine) est in aliquo officio famulatus. Pro IVCVNDO scribendum videtur IVCVNDE SEMPER.

10 *Nemausi.*
E schedis Guirani in Cæsarea Bibliotheca.

D M
PRIMIONIS
FERRARIAR
VITALIS CONTVBER

Ferrariarius Artifex a Fabro *Ferrario* differt. Hic ex Ferro varia opera conficit. Ille Ferrum ex Fodinis elicit. Quippe Ferri fodinæ appellatæ *Ferrariæ* fuerunt. Cæsar Lib. VII. Bell. Gall. inquit: *Apud eos magnæ sunt Ferrariæ.*

11 *Cortonæ, in Museo Academiæ Etruscæ.*
Misit N. V. Rodulfinus Venuti.

PRIVATA. ADMETI
ET. IVLI. VICARIA. V. A. XXII
CRESCENS. FILIVS. EIVS. V. A. II
VITALIS. CONIVGI
BENE. DE. SE. MERITAE

Privata hæc fuit Ancilla *Vicaria* duorum Servorum sive potius Libertorum *Admeti* ac *Julii* (nam *Julii* nomen Libertum indicat) in aliquo ministerio, eorumque vices gerebat subdita illis.

1 *Romæ,*
penes Franciſcum Mazzantum.
E ſchedis Ptolomeis, ac Donio.

PROSODVS
DAPHNI
CRISPINI CAEPIONIS
DISP. FILIVS
VIXIT ANNOS V.

2 *Bruſegnanæ,*
in agro Patavino.
Ex P. Salomonio.

PRVTIO
PETRONIAE LI.
DISPENSATORI
QVEM LIVIA. L. F
QVARTA
TESTAMENTO

3 *Romæ,*
in Muſeo Albano.

PSAMATIAE FVRIAE
ORNATRIX. V. A. XIIX
MITRODATES PISTOR
FLAVI THORI FECIT

4 *Romæ.*
E ſchedis meis.

L. PVBLICIVS. MONTANVS
AVIARIVS AB

Aviarius, cui nempe cura eſt Avium.

5 *Ibidem,*
apud Ficoronium.

L. PVLFENNIVS
L. L. PHILEROS SCRIB

6 *In Foro Julii,*
in Villa Sancti Cantiani.
Miſit Comes Franciſcus Beretta.

M. PVLLIO. M. L. CASTO
M. PVLLIO. M. L. FVSCO
PVRPVRARIO
PVLLIA. M. L. PRIMA
M. FLAVIVS IANVARIVS
M. PVLLIVS. Ɔ. L. HORMVS. PVRPVRARIVS

7 *Parmæ.*
Ex Bonaventura Angelo.

D . M
C. PVPIVS. C. L
AMICVS PVRPVRARIVS
VIVOS. FECIT. SIBI. ET. SVIS
IN. FR. P. XII
IN AG. P. XX
PARMAE

8 *Ferrariæ,*
in Templo Maximo.
E ſchedis meis.

P. PVTIVS. L. F
MENTOR MEDICVS
IIIIII· VIR

9 *Florentiæ.*
Ex Gorio.

PYLADES
VESTIARIVS

10 *Ibidem,*
in Villa Medicea Imperatoria,
Ex eodem.

PYRRHE RVBRIAE
HELVIAE. LIBRARIAE
P. RVBRIVS. OPTATVS
CONTVBERNALI SVAE

11 *Taurini,*
in Regia Scientiarum Academia.
Miſit Excellentiſs. Ludovicus Comes Caiſſottus,
Præſes Senatus Taurinenſis.

DIVO TRAIAN
C. QVINTIVS
ABASCANTVS
TEST. LEG
MEDICIS. TAVR.
CVLTOR
ASCLEPI ET
HYGIAE

Quid *Abaſcantbus* iſte *Teſtamento legaverit Medicis Taurinatibus Cultoribus Æſculapii, & Hygiæ*, non liquet. Neque cur Trajani nomen in fronte poſitum fuerit. Num fruſto Marmoris Trajano dicati uſi fuerint *Medici* Taurinenſes ad memoriam hanc inſcribendam?

12 *Nemauſi.*
E ſchedis Guirani in Bibliotheca Cæſarea.

MANIBVS
REBVRRI VIRILIS
LINTEARI

Lintearius, qui Mercaturam Linteorum faciebat.

1 *Semendriæ in Hungaria. E Comite Marsilio.*

C. REFIDIVS. C. L
EVTYCHVS. FA
BER. ARG. VIXIT
H. S. E
C. REFIDIVS RVFVS
OPTIO. LEG. IIII. F. F
H . P

Idest *Legionis Quartæ Flaviæ Felicis.*

2 *Tibure.*
Ex Donio.

M. REGVLO. M. F. PHILOSTEPHANO
TABVLARIO. R. T. ANN. XI.
VIXIT. AN. XXXIV. MENS. IIII. D. III. H. IIX.
M. REGVLVS. M. L. NEICOSTRATVS. POS.

Regulus iste *Philostephanus Tabularium* egit *Reipublicæ Tiburtinæ.*

3 *In agro Florentino,*
in prædio Pauli Machiavelli.
Ex Gorio.

REMNIAE
PRIMIGENIAE
CORONARIAE
IN. AGR. P. VI

Quæ videlicet Coronas in Nuptiis, aliisve solemnibus adhibendas, aut fabricabat, aut vendebat.

4 *In scalis Sancti Pauli, Urbis Aquilanæ. E schedis meis.*

D . M . S
RESTITVTAE M. ET
PEDVLIAE. SER.
RESTITVTVS. DISP.
ET. PRETIOSA. M.
F. PIISSIMAE
F.
V. A. XX.

5 *Vicentiæ. Ex Marzario.*

Q. RHEMNIVS PALEMON. L. L. B. F.
GRAM. VIC. ATQ. RHET. SIBI ET TVBERNIAE
CONTVBERNALI. FOEMINAE OBSEQVENTISS. ATQ. BENEMERENTI
LAPIDE CONSTRVXIT THOLOMON IN EO QVIDEM CADAVER. QVIES
ESTO. ALIO AVTEM REVERT. ANIM. GVS. ST. TR.

Apud alios verò ita legitur.

RHEMIVS PALAEMON GRAMMATICVS
VICENTINVS SIBI ET TVBERONIAE
OBSEQVENTISSIMAE FOEMINAE P.
MONVMENTVM IN EO CADAVER
QVIESCITO ALIO ANIMVS REDITO

Hoc ipsum Epigramma Gruterus pag. 653. num. 1. ex Manutio refert, sed ab aliis exemplis diversum. Ego de legitima singulorum origine dubito. Quod constaret *Rhemnium*, sive *Rennium Palæmonem* Patria *Vicetinum*, sive *Vicentinum* fuisse, postremis hisce Sæculis confictum ejus Epitaphium videtur, ut alibi factum de aliis claris Viris.

6 *Romæ, in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.*

ROMVLO	COTTIAE
DEC. ABAS	NICE. DAT
CANTI	ROMVLVS
FRATRI	DEC

7 *Ibidem in ædibus Ducis Aquæspartæ.*
E schedis Ptolomeis.

D . M
L. ROSCI ENCOLPI
DECVRIALI
DECVRIAE LICTO
VIX. AN. XL. D. XXVI.
L. ROSCIVS ENCOLPIVS
PATER FILIO
PIISSIMO

Eamdem non uno in loco mendosam protulerat Gruterus pag. 631. num. 1. Hinc habemus, *Lictores*, in plures *Decurias* fuisse divisos.

8 *Mevaniæ, in Palatio Priorum.*
Misit P. D. Mariangelus Fiacchi.

C. RVBRIVS C. L. HILARIO
RVBELLA NEGOTIATOR
GALLICANVS. ET
ASIATICVS. TESTAMENTO
FIERI IVSSIT

Negotiator, qui nempe in Gallia, & Asia Mercaturæ operam dedit.

9 *Romæ, in Bibliotheca Cardinalis Carpensis. Ex Ligorio.*

DIS. MANIBVS. SACRVM
L. RVBRIO. P. F. TROM. SABINO
SERVILIANO. SCRIBAE. QVAESTORI
RVBRIA. PLAVTIANA. MARITO. PIIS
SIMO. FIDELISSIMO. FECIT



Rubrius iste *Servilianus* fuit *Scriba Quæstorius*: cui si locum inter nobilia Officia dare velis, per me licet.

1 *Romæ,*
in vinea Jacobi Erigoni.
Ex Donio.

T. RVBRIO
VIXIT. ANNIS. LXXV
DOCVIT. ANNIS L
T. RVBRIVS HECATO
MNON ET T. RVBRIVS
PHRONIMVS FILI
PATRI PIISSIMO
FECERVNT

Titus Rubrius iste Ludi literarii Magister fuisse videtur.

2 *Vulsiniis.*
Ex Abbate Adami.

RVFIAE
PRIMITIVAE
CONTVBERNALI
SANCTISSIMAE
PRIMITIVVS
R. P. SER. ACT.
B. M. FEC.

Ideft *Reipublicæ Servus Actor.*

3 *Hispelli,*
in prædio Dominorum de Birrectis.
E schedis Ferdinandi Abbatis Passarini.

M. RVF. ARTIS TABILIONI (*sic*)
VI. VIRO. AVG. COACTOR.
(*sic*) ARCENTARIO. CELER

Argentariis (nobis *Banchieri*) sui erant *Coactores*, ministri videlicet, qui ex auctionibus, aut ex debitoribus cogebant, sive colligebant pecuniam. Hic etiam *Tabellio* fuisse dicitur.

4 *Tibure.*
E schedis meis.

P. RVSTICELLIVS
SALTATOR
HERCVL. VIC. M

Saltator iste (nunc *Ballerino*) fuerit-ne *Magister Vici Herculei*, an *Herculi Victori Munus* obtulerit, decernendum aliis relinquo.

5 *Florentiæ,*
in Museo Mediceo.
Ex Gorio.

P. RVTILIVS. LVPI. EROS
NOMENCLATOR

6 *Prope* Santælla
in Hispania.
E schedis P. Cattanei.

SABDAEVS
VILICVS
ANNOR. LIII
H. S. E. S. T. T. L

7 *In Bætica Provincia Hispaniæ.*
Ex Donio.

SABINA. EROTIS. MEDICI
VXOR. ANNIS. L. M. VI
PIA. IN. SVIS. H. S. E
S. T. T. L

8 *Romæ,*
in ædibus Columnensium.
Ex Vignolio.

M. SALVIO. M. L. SECVNDO
NVMMVLARIO. DE CIRCO
FLAMINIO
SALVIA. M. L. PHAEDIME. PATRON
SVISQVE

Nummularii (rursus moneo) Nummos probabant, an legitimi forent. Fortassis etiam commutabant pecuniam.

9 *Vasione.*
Misit N. V. Joseph de Bimard,
Montis Seleuci Baro.

D SALVSTIO AC
CEPTO OPIFICES
LAPIDARI
OB SEPVLTVRAM
EIVS

Opifices Lapidarii iidem fuere, atque *Marmorarii*, qui nempe Marmora expoliebant, & instruebant ad ædificandas, ornandasve ædes.

10 *Romæ,*
apud Adamum Sculptorem.
E schedis Ptolomeis.

SCRIBONIVS
SOSIVS SORTILOC
XXIII
SCRIBONIA. L. L. EVTERPE

Sortilocus pro *Sortilegus* mihi creditur, scilicet *un' Indovino*, qui per sortes aut futura se prædicturum, aut jam facta se detecturum credulæ Plebi venditabat. Excidisse videtur in tertiâ lineâ ANNOR. XXIII.

11 *Thermis in Sicilia.*
Ex Gualterio.

SECVNDO. XX. HER.
VIL. SVMMAR. VR
BANAE MATRI
CLYMENE. COG.
PRIMIGENIVS. XX. HER

Hi fuere ministri ad colligendam pecuniam ex *Vicesimis Hereditatum*. Vide supra Inscriptionem *M. Julii Sereni*.

1 *In Villa* Pirry
in Sardinia.
Misit Joseph Dani J. C. Taurinens.

D . . M
SECVNDINO CAIO
MAG LIBERATORI

Idest *Cajo Secundino*. Pro *Liberatori* lego LIBRATORI. Plinius junior Lib. X. Epistol. 50. *Libratorem*, vel *Architectum*, ad se mittendum curat, *qui diligenter exploret, sit-ne Lacus altior Mari*. Nunc *Livellatori* appellamus id genus Artificum. In militia quoque *Libratores* commemorantur a Tacito in Annal. Lib. 2. Cap. 20. ii fortasse, qui Machinas ad Libellam dirigebant, ut in locum certum tela excuterent.

3 *Urbini,*
in Cathedrali, sub Altari.
Ex eodem.

D M
SECVNDI OCTOBRIS
VERNAE SECVNDINAE
VICARI VERECVN
DIS VRV VIL. AB ALIM

Confusam dederat Gruterus pag. 1033. num. 9. *Villicus*, sive *Vilicus ab Alimentis* præpositus fuit Promtuario, sive rei cibariæ.

5 *Romæ,*
in horto Silvii Aromatarii.
E schedis Ambrosianis.

SELEVCVS
LECTICARIVS
ARRVNTIA
L. L. STORGE

6 *Ibidem,*
apud Angelum Colotium.
Ex Ligorio.

C. SELIVS. ALEX
AVRICOCTOR. DESA
ACCENSVI. HIS. E

COSSO. LENTVLO. T
P. LENTVLO. SCIPIO
M. BIBVLO. IN. PR
P. NOVELLIO. ATTIO
P. COSSVTIO. MART
C. MAMILIO. LIME
L. TERMIO. SORENO

Auricoctor, qui Aurum per ignem purgabat. In Codice Theodosiano *Aurum coquere* non semel habes. Posterioribus quoque Sæculis *Aurum Coctum* idem fuit atque *Obrizum*.

2 *In Villa Galliculana*
agri Arelatensis.
Ex Donio.

L. SECVNDIO
ELEVTHERO
NAVICVLAR. AREL
ITEM IIIIII. VIR. AVG
CORPOR. CIPA
SECVNDIA
TITIANAE. FIL
PATRI. PIENTISSIMO

Navicularii Arelatenses occurrunt in aliis lapidibus. Illorum quoque Collegium notum est.

4 *In Villa Salvereti agri Asulani*
Diœcesis Tarvisinæ.
Misit Apostolus Zeno.

VA. SELENE VO
LACINO. MAR
CON. QVO. V. LX. AN.
XL. SINE. VLLA
DISCORDIA
ARCITECTO
ET VOL. HIL
LAR. B. M. P.

Selene ista vixit Annos Sexaginta, juncta Marito Annos Quadraginta. Fortasse legendum VASELENE.

7 *Ibidem,*
in Sancti Cosmæ.
E schedis Fratris Jucundi, & ex Ligorio.

D . M
SELLIAE. NICES
VIX. ANN. XXVI
MENS. V. DIEB. XXI
C. SELLIVS. ONESIMVS
FLATVRARIVS. DE. VIA. SAC.
CONIVGI. B. M. F

Donius quoque hanc dedit e schedis Vaticanis, eamque ponit *in Sancti Bartholomæi de Insula*. *Sellius* iste *Onesimus* fuit *Flaturarius*, qui nempe Metalla fundebat, nunc *Fonditore*.

8 *Ibidem,*
in domo Angeli Colotii.
E schedis Ambrosianis.

A. SEMPRONIVS LAETVS MENSOR
AEDIFICIORVM SIBI ET
SEMPRONIAE METROTEAE VXORI ET
ORESTI ET ORESTILLO LIBERTIS CARISSIMIS ET
OCTAVIAE ACME NVTRITAE A NOBIS
LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQ. EORVM
HVIC MONVMENTO EX TESTAMENTO
IN CVLTVRAM
LEGATA SVNT
H-S. VII
A SEMPRONIONE SEVERO

1 *In Vico* Vieux,
ubi olim Civitas Viducassium.
Misit N. V. Joseph de Bimard.

D M
SEX. SENODIO SEVERO
VESTIARIO HEREDES POSVERVNT

3 *Saxoferrati.*
Ex Donio.

C. SENTINATI. C. FIL.
TEMP. INST
SCRIBAE. PVBLICO
C. SENTINAS. ANFIOMEVS
ET. MARIA. SATVRNINA
FILIO PIISSIMO
VIX. AN. XXIIII. MENS. X
D. XV

5 *Romæ,*
in Villa Mattei.
E schedis Ptolomeis.

CN. CN. CN. SEPTVMIEIS. CN. CN. C. L
PHILARGVRVS. MALCHIO. PHILEROS. ARG.
CORNVFICIA. Ↄ. L. SELENIO
SEPTVMIA. CN. CN. L. AVGE

Argentarium heic memoratum arbitror. *Campsorem* barbarica Sæcula appellarunt. Nunc in Italia *Banchieri*. Legendum in primâ lineâ SEPTVMIEI.

7 *Florentiæ,*
in Museo Mediceo.
Ex Gorio.

M. SERGIVS. M. L EVTYCHVS AXEARIVS.SIBI. ET	M. SERGIO. M. L PHILOCALO AXEARIO PATRON

Axarius nomen Artis. Duplex autem fuit significatio voci *Axis*. Ita appellatum fuit lignum, circa quod rota in curribus vertitur. Mutinensis Dialectus inde accepit *l'Assala*. Eorumdem *Axium* fabricator fortasse nuncupatus *Axearius*. At mihi veri videtur similius, inditum fuisse hoc nomen Negotiatoribus *Asserum*, sive *Axium*. *Axes* enim, seu *Asses* & *Asseres* appellatæ fuerunt quoque a Latinis Tabulæ ligneæ, quas adhuc Italica Lingua appellat *Asse*. Apud Plinium legimus Lib. 36. Cap. 5. *Quernisque axibus contabulare*. Columella itidem *Roboreos Axes*, & *Axiculos* memorat. Vitruvius *Coaxationem*, & *Coassationem*: Hinc autem primùm innotescit nobis hujusce Artis, sive Negotiationis nomen.

9 *Opitergii.*
Misit Octavius Bochius J. C. Venetus.

T. SICINIVS. L. L
PRIAMVS. AVRIF.

2 *Mediolani,*
juxta Portam Tonsam.
E schedis meis, & ex Donio.

D M
SENTI. SECVNDI
METILI
MARIANVS. MAXIMINVS
VIRIANVS. SEVERVS
VERINVS. SECVNDVS
DISCIPVLI. IDEMQVE. HEREDES
PRO. MERITIS. EIVS
QVAE. IN. EOS. CONTVLIT
VT. ETIAM. POST. OBITVM. NOM
EN. EIVS. PRO. MERITIS. SVIS
LEGERETVR

Cuinam disciplinæ aut arti dederit operam *Sentius* iste *Secundus Metilius*, ignotum est.

4 *In Rhodani ripa.*
Ex Petro Saxio.

AVR. SEPTIMIVS DEMETRIANVS NAV
TA DRVENTICVS VIVVS SIBI POSVIT

6 *Ibidem,*
in Sacrario Sanctæ Mariæ Majoris.
Misit Lucas Antonius Gentilis.

P. SEPTVMIVS. P. F. COL. SCR. Q. DE. SEXS. PRIMIS	P. AQVILLIVS GALLVS	FANNIA VXSOR

Scriba fuit *Septumius* iste fortasse *Quæstorius*, sive, ut ego opinor *Quinquennalis Coloniæ*, *de sex Primis*.

8 *Vercellis.*
Misit Franciscus Rogerius, Canonicus Vercellensis.


D . M
SEVERINO
ZOSIMI. M̄. V̄.
VILLICI. VICAR
QVI. VIXIT. ANN
XXVI. DIES. XVI
SEVERVS
FRATRI

Idest *Zosimi Municipii Vercellensis Villici*, seu *Vilici Vicario*.

1 *Romæ, in Vinea Lucii Urſini.*
Ex Ligorio, & Malvaſia.


DIS. MANIBVS
M. SILANO. M. L. SYRO
LANARIO
VIX. ANN. XXXV.
MENS. VII. DIES. XIIII.
HOR. VII
M. VIBIVS. M. L. EPA
PHRODITVS. LEG
C. AVRELIVS. C. L. VALE
NS. FECERVNT
SIB ❦ ET. SVOR

3 *Tuſculi. Miſit Abbas Joſeph Ramagginius.*




Habes heic *Zoſimi* hujuſce *Structoris*, ſive *Fabri Murarii* duo Inſtrumenta ligneum unum cum manubriolo, ferreum alterum quoque cum ſuo manubrio, quibus Artifices iidem utuntur, quum dilutâ calce vel gypſo parietes, murosve exterius trulliſſant, ſive tectorium superinducunt. Primum autem Mutinenſi dialecto nuncupant *Paletta*, ex formâ *batilli* nimirum ad uſum ignis, quam refert; alterum verò Italicâ voce *Cazzuola* adhuc appellant, Latinis *Trulla*. Quid ſit CONS. nondum didici. Num *Conſumtorium* pro Sarcophago?

5 *Nemauſi.*
E ſchedis G. Guirani in Bibliotheca Cæſarea.



Fabrum Murarium ſatis indicant hæc Inſtrumenta, malleus nempe, batillum, gnomon, ac trulla.

6 *Romæ, apud Canonicum Fodinium. Ex Donio.*



T. STATILIVS TYRANNVS SVMPT	STATILIA T. L. PRISCA SEVERI SEVERAE. T. F MATER

Apud Gruterum alii SVMPTVARII occurrunt. Quo nomine ſignificantur, qui ſumtibus Domus præerant.

2 *Romæ,*
apud Marium Delphinum.
Ex Ligorio.

DIIS. MANIBVS
L. SILVIO. L. F. PAL. SILVANIO
AVG. PVLLARIO. ET
CVSTODI
VIX. ANN. XXXVIIII
L. SILVIVS. AVGVRINVS
FELICIANVS
FRATRI. SANCTISSIMO
EXHYDRI. POS
IN. FR. P. IIIS. IN. AG. P. IIS

Silvius iſte *Silvanius* fuerit-ne *Augur Pullarius*, *Auguſtalis*, *Auguſti Pullarius*, an *Auguſtalium Pullarius*, decernere non auſim. Uti neque, utrum fuerit Pullarius Negotiator, an Pullos cuſtodiens ad Auguria capienda.

4 *Aquilæ.*
Miſit Antonius Antinorius.

S. T. T. L
SPERATION
P. SALVIENI
PAVLI
DISPESATOR

Pro DISPENSATOR.

7 *Romæ,*
in Cœmeterio Calliſti.
Ex Boldetto.

D . . M
IN. HOC. TVMVLO. IACET. CORPVS. EXANIMIS
CVIVS. SPIRITVS. INTER. DEOS. RECEPTVS. EST
SIC. ENIM. MERVIT. L. STATIVS. ONESIMVS
VIAE. APPIAE. MVLTORVM. ANNORVM. NEGOTIAS
HOMO. SVPER. OMNES. FIDELISSIMVS
CVIVS. FAMA. IN. AETERNO. NOTA. EST
QVI. VIXIT. SINE. MACVLA. AN. P. M. LXVIII
STATIA. CRESCENTINA. COIVX
MARITO. DIGNISSIMO. ET. MERITO
CVM. QVO. VIXIT. CVM. BONA. CONCORDIA
SINE. ALTERITRVM. ANIMI. LESIONEM
BENEMERENTI. FECIT.

In eodem lapide.



ASELLOS CVI BIXIT
ANNIS XXXX DIES X
VII. KAL. IN PACE

Ad Ethnicum hominem pertinet prima hæc Inſcriptio, in cujus ſecundâ lineâ ſolœciſmus ſe prodit in voce EXANIMIS pro EXANIME. Sic in quinctâ lineâ ſcribendum NEGOTIANS pro NEGOTIAS. Demum in duodecimâ pro ALTERITRVM legendum ALTERVTRVM. Sed quodnam negotii ſeu Mercaturæ genus exercuerit *Statius* iſte Oneſimus, incompertum eſt. Altera brevis Epigraphe ſpectat, ut vides, ad hominem Chriſtianum; in hujus prima linea lege QVI pro CVI.

1 *Seplasiæ in Vico agri Capuani.*
E schedis meis.

STATIO. M. L. PHILODA
VNGVENTARIO
PHILOXENES. ET. HILARIO. LIBER
CONLIBERTAE

2 *Hierapoli.*
Ex Thoma Smitho.

ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΗΡΩΟΝ
ΣΤΕΦΑΝω
Η ΕΡΓΑΣΙΑ
ΤΩΝ ΒΑΦΩΝ

Ideſt :

Hoc Sepulcrum
Stephano
(Poſitum)
Opificium (Eſt)
Tinctorum (Purpurariorum .)

3 *Romæ.*
Ex Donio.

C. STERTINIO. ABASCANTO
C. LIB. A. RATIONE
C. STERTINIA. PHRYNE
C. Ɔ. L. CONIVX. MARITO
OPT. AMANTISS. BENE
MERENTI. FAC. C.
TITVLO. VSA
H. M. H. E. N. S. D. M. A

4 *Neapoli,*
in ædibus Hadriani Spadafora,
nunc in ſuburbano Januarii Mazza.
E ſchedis meis, & ex Ignatio Maria Como.

STLACCIVS. C. L. A
MENSOR. IDEM. SACOMA
SIBI. ET. SVEIS
STLACCIVS. A. L. MARIO
MENSOR. EIDEM. SACOM
SIBI. ET. SVEIS

Doctiſs. Como in penultimâ lineâ pro MENSOR habet FVSOR. Heic etiam emergere mihi creditur SACOMARIVS, quo nomine deſignari videtur *Librator*, videlicet a *Sacomate*, Æquipondium, ſeu Æquilibrium ſignificante apud Latinos.

6 *In agro Senogallienſi,*
apud Plebem Sancti Johannis.
Miſit N. V. Joſeph Tiraboſco *Senogallienſis.*

L. TAMPIVS. L. F. PECCIO
CISIAR. VIVOS. FECIT. SIBI. ET
MAXIMAE. OPPIAE. C. F.
VXORI. ET. Q. OPPIO. C. F
VIVIT.

Hanc eo lubentius profero, quod nunc primùm *Ciſiarius* in lapidibus prodit. Vehiculi biroti genus fuit *Ciſium*, uti Nonius memoriæ prodidit. Ejus mentionem habet & Cicero in Oratione pro Roſcio, & in Philippica II. Eo utebantur Romani, quum celeriter conficere iter volebant, uti nunc fit adhibendo *i Caleſſi*, *le Sedie*, *i Rolanti*. *Ciſiarius* propterea appellatus, qui *Ciſium* ducebat, niſi malis, qui Ciſia fabricabat De *Ciſiariis* in calce Claſſis I. egi ad Inſcriptionem *Ciſariei Prœneſtinei*.

5 *Valentiæ.*
Ex Donio.

OSSA. SITA. SVNT
SYNEROTIS. C. CALVI
STOLONIS
NOMENCLATORIS

7 *Extra Romam, in hortis Juſtinianeis.*
E ſchedis Ptolomeis.

HIC SITA EST TAMYMONE MARCI OPTIMA ET PVLCHERRIMA
LANIFICA PIA PVDICA FRVGI CASTA DOMISEDA

Magnificum, nobile, ac ſuper tot alia illuſtre Elogium popularis feminæ. Quam vellem, ut ſimile ſibi conquirerent noſtri temporis mulieres!

8 *In Sancti Stephani, prope Caſtrum novum.*
Miſit Antonius Antinorius Aquilanus.

Q. TATTIO DECVME
DILIL VESTINO ET
ALLEDIAE EGLOGE
VXORI EIVS
OEANIVS. H
V. SER. ATR

Ideſt *Servus Atrienſis*, cui cura Atrii. Fortaſſe ſcribendum in prima & ſecunda linea DECVMEDI, ſeu *Necumedi* LIB. *Veſtino* Patriam ſignificat.

9 *Romæ,*
Miſit Johannes Ciampinius.

D . M
TELESPHORIDI
VIX. AN. XXV. M. III. D
XI. TOMITIAE
TOMITIANI
ORNATRICI
THEOPOMPVS
CONIVGI SVAE

1 *Placentiæ*,
in Sancti Raymundi.
E schedis Ambrosianis, *& Cyriaci Anconitani*.

V . F
C. TERENTIVS
FRVCTVS
SIBI ET
ATTICO. SER.
QVI. VIXIT. ANN.
XX. LITERATVS
GRAECIS ET LATINIS
LIBRARIVS
PARTES. DIXIT. CCC.
IN. FR. P. XV
IN. AGR. P. XXV

E Grutero, qui ipsam produxit pag. 625. num. 8. jam nota Inscriptio. Sed ibi legitur PONTES DIXIT CCC. heic PARTES. Qua voce (conjecturæ sit venia) istius memoria extollitur, quod trecentas Partes, Homeri puta, aut Grammaticæ, recitasse memoriter potuerit.

3 *Mediolani*,
in muro prope fossas Urbis.
E schedis Alexandri Marchionis Capponii,
& Cyriaci Anconitani.

TERTVLLO
NEGOTIATORI
SAGARIO
EX APVLIA

5 *Brixiæ*,
ad Sancti Joseph.
Ex Rubeo.

D . M
THEOPHILETIS
MEDICI SECVRA
MARITO CARISSIMO

6 *Romæ*.
Ex Puccinellio.

LOCVS
TIMOTHEI
ARCIATRI
ET PAVLINAE


8 *Tuderti*.
E schedis meis.

SILVANO
AVG. SAC
L. TITIVS
EVTYCHAS
NEGOTIANS
MATERIAR.
D . . . D

Materiæ nomine *Lignosam* disegnatam non semel dixi.

2 *In montibus Fæsulanis*
lapis ante paucos annos effossus.
Misit Bernardus Benevenutus.

L. TERENTIO
FIDO
ET NOVICIAE
CONTVBER
NALI EIVS
COLLECIVS COM
PITALICIVS



Tam *Colletius* nomen, quàm *Compitalicius*, si cognomen est, peregrina mihi videntur. *Ludos Compitalicios* novimus in Compitis celebratos. Num hic minister ad eos edendos adhibitus? Instrumenta heic addita explicet qui velit.

4 *Pisauri*,
apud Nobb. de Prætis.
Ex Hannibale de Abbatib. Oliverio Equite.

D . M
C. TETTIO
C. L. TESIAE AR
CHIATRO PE
RITISSIMO
ET OBSEQVIS
SVIS OMNIB
VS AMANTIS
SIMO CVRA
ET DOCVME
NTIS EVIDE
NTIBV------
----

7 *Ibidem*,
in Villa Cæsarina.
E schedis Ptolomeis.

SEX. TITINNIO
MARTIALI LICT.
SEX. TITINNIVS
ONESIMVS. ET SEX
TITINNIVS TELESPHO
EX TESTAMENTO TITINNI
DIOGENIS FRATRIS EIVS

9 *Juxta Montem Soractem*.
Ex editis a P. Scarfò Mon. Basil.

C. TITIVS C. L. EROS
MEDICVS


1 *Romæ.*
Ex Johanne Vignolio.

DIIS MANIB
M. TREBELLIO. ARGOLICO
TABVLARIO. VIATORVM
QVAESTORIORVM. AB
AERARIO. AMICO. OPTIMO
PRISCVS. T. FLAVI
POLYCLITI. V. Q. SER
ET TREBELLIA. GRAPHICE. CON. B. M.

Viatoribus Quæstorum, Ærario præfectorum, suum fuisse Tabularium, hinc discimus.

2 *Transaquis in Marsis.*
Ex P.D.Didaco de Revillas, *Abbate Hieronymiano*.

C. TREBIO. C. F
OPTATO
STRABONIA. SE
CVNDILLA CON
ET TRAEBIA RV
FILIA PATRI
B . A . P



Instrumenta hæc Artificem quempiam produnt, cujus opificium divinare nescio.

3 *Romæ,*
in domo Lælii Gratiani.
Ex Donio.

L. TREBONIVS
PHILETVS
LICTOR
IVNIAE
GLAPHYRAE
NVTRICI
KARISSIMAE
IVNIVS IVLIANVS

4 *Hispali,*
apud Ducem de Alcalà.
Ex Marchione Maffejo.

TROILVS
RETOR
GRAECVS

Pro RHETOR. Is fortasse Scholam Rhetorices, & quidem Græcæ, Hispali aperuerat.

5 *Romæ,*
in domo Antonii Rustici.
E schedis Fratris Jucundi misit Gorius.

D. M. S. TROPHIME VXORI
PIENTISSIMAE. L. C. MARGARITA
B . M . F

Sub duabus siglis L. C. nomen suum conclusit maritus iste. *Margaritarius* tamen fuisse videtur, qui nempe victum sibi quærebat e vendendis Margaritis.

6 *Ibidem,*
apud Ficoronium.

TYRANNVS
NOMENCLAT
POTITI. MESSALAE

7 *Ibidem,*
in Sanctæ Mariæ Majoris.
E Ligorio.

D . M
L. TYRANNVS. L. L.
PATER
T . F . I
ANOPTE ET
ACTES. HEREN
NI. SCRIBA. LI
BRARIVS. HER
ET. L. TYRANNI. L. ET
GEMINAE
VIXIT. ANNIS. LVII
M. V̄. DIES. XIII. H. IIX

8 *Ibidem,*
apud Stephanum Muttinium.
Ex Donio.

VALERIAE
SVCCESSAE
HALYS. VALERIAE
BROCHILLAE. DISP
CONIVGI. OPTIMAE. F

9 *Cordubæ. E schedis Farnesiis.*

C. VALERIVS ANEMESTIONE C. IVS
CAELATOR ANAGLYTARIVS
INCREMENTVM MAXIMVM
ANNOR. XI. M. V. D. VII. P. III
H. S. E. S. T. T. L

Corrupta censeo in primâ lineâ ANEMESTIONE C. IVS. Locus aliquis, ubi hic fuerit *Civis*, designari videtur. Anas fluvius, nunc *la Guadiana*, Bæticam a Lusitaniâ disterminat. Habes heic *Cælatorem Anaglyptorum*.

1 *Interamnæ, nunc* Terni, *in platea.*
Ex Ligorio.

NEPTVNO SACRVM
L. VALERIVS. NIGR. LIB. MENANDER
PORTITOR OCRISIVA

Portitores ad fluvios nunc *Passatori* appellamus. Sed quid sit *Ocrosiva*, quis me docet?

3 *Ibidem,*
in Sancti Martini.
E schedis N. V. Francisci Comitis Brembati Bergomatis.

M. VALERIO. M. L. ARTEMAE ARCHITECTO
HEPENNIAE. P. F. MAXIMAE. VXORI. PROCVLVS

5 *Florentiæ,*
apud Andreinium.
Ex Gorio.

DIS. MANIBVS
Q. VALERIO. POLLI
ONI. SCR. ET. VALE
RIAE. HIERONIDI. LIB
EIVS. D. CAESERNIVS
FLORVS. ET. MINVCIVS
APER. SCR. HEREDES. PA
TRONIS. OB. MERITA

7 *Augustæ Prætoriæ.*
E Guichenonio.

T. VALERIVS. L. F
PLACIDVS
REFECTOR PECTINARVM
CORNELIA. M.

PECTINARVM pro PECTINVM. In fine M. idest *Marito.*

9 *Romæ,*
in Via Appia.
Ex Ligorio.

C. VENNIVS. C. L.	VENNONIAE. Ɔ. L
XANTHVS	SEMNIENAE
CARPENTARIVS	VIX. ANN. XXII
A. VIC. III. ARAR	M. VII

Priorem partem edidit Fabrettus pag. 718. In ultimâ lineâ breviatas voces interpretor *A Vico Trium Ararum.*

11 *Florentiæ,*
in ædibus N. V. Caroli Strozzii.
Ex Gorio.

VENVLEIA
Ɔ. L. SOSIS
MEDICA

2 *Romæ,*
in domo Tellinorum in Via Lata.
Ex Donio.

D M
NVTRIX. MELLI
TISSIMA. FECIT
ALVMNO. SVO
L. VALERIO
STACHYO
QVI. VIXIT. MEN
VIII. DIEB. XXV

4 *Ateste.*
Misit Johannes Franciscus Bonamicus Eques.

M. VALERIVS BVCINAE
L. OPTATVS
COCVS

6 *Romæ,*
apud Ficoronium.

M. VALERIO PROCVLO
VIX. AN. II. M. VIIII.
M. VALERIVS OPTATVS FILIO
CARISSIMO ET
HERMEROTI COTTAE TABVL.

8 *Saxoferrati,*
apud Torquatum Perottum.
Ex Donio.

D M
VENERIAE
NVTRICI
B M
CONSERVAE
ADIECTVS
POSVIT
H S E

10 *Ibidem,*
apud Ficoronium.


L. VENONIVS
HOSPES
PVRPVRARIVS

12 *Grezanæ in agro Veronensi.*
E schedis Alexandri Capponii Marchionis.

M. VERGILIO. M. F
ANTIOCHO. VNGVENT
SIBI ET PAMPHILO

1 *Florentiæ, apud Marchiones Nicolinios. Ex Montfauconio, & Gorio.*

V . . . F
VERSINIA. Ɔ. L.
TYCHE
P. ALFIO. ERASTO
NEGOTIANTI
MATERIARIO
COIVGI. BENE
MERITO



Heic vides *Materiarii* hujusce Negotiatoris symbola, seu instrumenta, nimirum vaginas, ut censeo, gladiolum, seu Hastæ vel Alabardæ ferream summitatem, fibulam, pharetram cum spiculo. Hujusmodi signis destitutum lapidem jam dederat Fabrettus pag. 274. *Negotiantis Materiarii* nomine *Fabrum Lignarium* indicari, supra monui. At hoc eodem nomine donatos quoque fuisse Artifices, qui aliarum rerum negotiationi operam dabant, aut etiam, qui bellica arma venumdabant, ex hoc Marmore colligi posse videtur.

2 *In Oppido Estensi, in ædibus Nob. V. Pauli Vidmani Veneti. Misit Apostolus Zeno.*

VIBIA
MAXVMA
POSVIT
MARITO
MEDICO

In altero exemplo, quod ad me misit Illustriss. Johannes Antonius Albizi, pro MARITO legitur MARCIO, aut MARICIO.

3 *Romæ. Misit Ficoronius.*

D . M . S.
C. VIBIO THRE
PTO. C. VIBIVS TI
RANNVS. PATRO
NVS. IDEM. TATA. EIVS
ET. VIBIA. EPITEVXIS
MAT. ET. THREPTVS
PVBLIC. AB. CENSV
PATER. EIVS. FILIO
SVO. DVLCISSI. V. AN
XIIII. D. XXVII. ET
POSTERISQ. EORVM

TATA heic Nutritor videtur. PVBLICus, ideſt Servus officii *Censualium*, sive *Censitorum*.

4 *Florentiæ, apud Marchionem Riccardium. Ex Gorio.*

L. VIBIVS. Ɔ. L. NEPOS	L. CORNELIVS. L. L
PHILIAES. C. L. CALLISTENIS	EVPORVS MEDICVS
L. CALMEIVS. L. L	Θ. VALERIA. L. L. DIOGENEA
ATHENIO	L. CORNELIVS. L. L
CALPVRNIA. Ɔ. L. HILARA	CHIVS

5 *Romæ, in Sancti Johannis ante Portam Latinam. E Crescimbenio.*

L. VILONIVS	VILONIA
L. ET. D. L	L. ET. D. L
L. TYIRIVS	QVINTA
FLATVRARIVS	VIX. A. XXV
DE SACRA VIA	L. VILONIVS. SPENDO
A . L	V. A. VII. V. S

FLATVRARIVS, qui aurum, argentumve conflabat ad pecuniam cudendam.

6 *Ibidem, in Vinea Poggiana. Ex Ligorio, ac Donio.*

DIIS. MANIBVS
M. VISERIO. ARTORIA
NO. PRAEPOSITO. AGR
PREDIORVM. ARTORIA
NORVM. PERPET.
EX. TESTAMENTO
ARTORI ... SA
HER. EIVS ...
H-S ⚓ ∞ NVM

Hic *Præpositus Agriculturæ Prædiorum* videtur.

1 *Romæ.*
in Via Portuensi prope rudera Portus.
Ex Donio.

M. VLPIO. M. LIB. PHILONICO
NAVICVLARIO. PORT
VIX. ANN. LIX. M. VIII. D. XXV
T. ANTRONIVS VLPIANVS. FABER
LIGNARIVS EX. T. P. CVR

SIBI ET SVIS LIBERT. LIBERTABQ.
POSTERISQ. EORVM
IN. F. P. VIII. IN. A. P. VIII.

6 *Ibidem, in Ecclesia: Domine quo vadis? Ex Ligorio.*

ΘΕ . ΚΑ
Λ. ΟΝΗΣΑΣ
ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΑΠΕΛΕΥΘΕΡ
ΠΑΣΙΝΕΙΚΟΣ
ΑΜΜΙΟΣ Ο ΥΙΟΣ
ΜΗΚΟΣ. ΠΟΔ. ΙΗ. ΠΛΑΤ. ΙΗ

Ideſt:

Dis Manibus
Lucius Onesas
Augusti
Libertus
Pasinicus
Ammius Filius,
Longitud. Ped. XVIII. Latitud. Ped. XVIII.

9 *Ibidem, apud Franciscum Mazzantum. E schedis Ptolomeis.*

OVLAE SPONSAE
SATVRNINVS
AVGVST. LIB. FILIAE
CARISSIMAE
V. A. VIII. M. III
DIES XIX

10 *Ibidem, apud Ficoronium.*

PAEZVSA CAES
SER. MONOMAR
VIX. ANN. XVIIII. M. IIX
EVCHRESTVS CON
IVGI. SVAE. B. M

MONOMARITA idem atque *Univira*.

2 *Florentiæ, apud Principes Corsinios. Ex Gorio.*

NICOLAVOS. OREI. L.
BYZYGES. AVGVSTI. SER
MAECENAT
DED. OREVS. LIVIAE. L.

4 *Aquilejæ, in via ad Plateam. E schedis Ambrosianis, & ex Philippo a Turre.*

NYMPHIO
FILIO ANN. III
NYMPHODOTVS
PLOCAMI DIVI
AVG. L. SER.

5 *Romæ, in hortis Montaltinis. E schedis Ptolomeis.*

DIS MANIBVS
OCTAVIAE P. F. CALVILLAE
CENIDI DIVAE AVGVSTAE. L.
VXORI

7 *Ferentini, apud Marchionem Tanium. Ex Boldetto.*

CN. OPPIO. CN. TERE
OPPIAE. CN. L. HEDONE
M. LIVIVS AVGVSTAE. L. CLYTVS
ET M. NONIVS. L. F. GALLIO EX
(*sic*) ENTO OPPIA FECERVNT

Scribendum reor EX TESTAMENTO OPPIAE.

8 *Romæ. Ex Vignolio.*

ORCHIVIAE
DAMALINI
CONIVGI SVAE ET
SIBI FELIX CAESARIS
SER. FABIANVS
FECIT

11 *Bononiæ. In typographia PP. Prædicatorum. Exscripsit amicus Gherardius.*

D . M
L. AVG. PAMMEN
ES. CONPARAVIT
SIBI. ET. LIBERTIS
LIBERTABVQV
E POSTERISQVE
EORVM

1 *Florentiae,*
apud Nobb. Gaddios.
Ex Gorio.

D . M
PAPIAE. CAE. N̄.
SER. VLPIA. AM
MIA. CONIV. B. M

3 *Parisiis,*
in Museo Academiae Regiae Inscriptionum.
Misit Bimardus.

DIS. MAN
PEDIA. EPICTESIS
PLACIDO CAESARIS
EX. STATIONE. XXXX. GALLIARVM
FECIT. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS
LIBERTABVSQVE POSTERISQVE EORVM

Incertus sum, quid *Stationis* nomine heic designetur, scilicet num pertineat ad Milites, ad Publicanos, an verò ad Cursum publicum. Postremum mihi veri videtur similius.

6 *Romae, apud D.* Barazzi.
Vidit & dedit D. de Mazauges *Praeses Parlam. Aquisext.*
Misit etiam Ramaginius.

DIS MAN
PHAEBO. CAESARIS
N. AGRIPPINIANO
CLAVDIA MAXIMILLA
COGNAT SVO FECIT

Neronis Augusti Servum, aut Libertum heic habes.

8 *Extra Romam,*
in hortis Justinianeis.
E schedis Ptolomeis.

D . M . S
PHAON. ET. EPICTE
SIS. AVG. LIB
CVM PHAONTE ET EPICTESI
FILIIS. FECERVNT. SIBI. VIVI
ITEM LIBERTIS LIBERTABVSQVE
SVIS POSTERISQVE EORVM

10 *Ibidem.*
PHILOMVSVS. LIVIAE
L. DRVSIANVS ET
EPAGATHO. LIVIAE. L. OL. DAT

11 *Ibidem,*
lapis effossus curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

PHOTIS. AEN
CAESAR. RECO
LVMIN. ATEIN

2 *Romae,*
in Sancti Gregorii,
in urna aquae lustralis.
E schedis meis.

PEDEROTI AVG.
FESTE SACILA
LACONIS ET LACO
COIVX. L. AVGVSTI
B. M. FECERVNT

4 *Romae,*
apud Ficoronium.

L. PETREIO. GENTIANO
FRATRI PIENTISSIMO. FECIT
L. PETREIVS. SATVRNINVS
ET. ROMANO. CAES. N. VER. FILIO
PIENTISS. ET. FESVIENAE ARESCV
SAE VXORI. ET. LIBERTIS. LIBERTA
BVS. POSTERISQVE. EORVM

5 *Ravennae,*
in S. M. in Portu.
E Spreto.

PETTIDIAE. ATTIRODITI
CONIVGI. SVAE. CARISSIMAE
CVM. QVA. VIXI. ANN. XXXVI
M. VIBIVS. FELIX. AVG
N. OR.

Nescio, sitne *Augusti Nostri Libertus*, an *Augustalis*.

7 *Romae, apud Ficoronium.*
D . M
PHANOS
AVG. SER
VIXIT. ANNIS
XXXV

9 *Romae,*
in Sepulcreto Libertorum Liviae Augustae.
PHIL. EPHEBO AVG
IMM

12 *Tibure, in Sancti Marii. E schedis meis.*
PLAETORIAE NVPTIALI
VIX. AN. XV. MENS. VII DIEB. VIII.
MNASIAS AVG. LIB
CONIVGI BENEMERENTI
FECIT

13 *Romae.*
Misit Ficoronius.
D . M
PL. AVG. LIB. SOTERIS
FECIT. SIBI. ET. SVIS
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
ET POSTERIS
EORVM

Lego PLOTINA AVGVSTAE LIBERTA &c.

1 *Romæ.*
Misit Ciampinius.

A
POMPEIAE
SYMPHERVSAE
CODRVS CAESARIS
CONIVGI
B. M. FECIT

2 *Ibidem, apud Marium* Boccabella. *Ex Ligorio.*

D . M
L. POMPEIVS. AVG. LIB
ITHARVS. FECIT
POMPEIAE. GEMELLAE. CONI
ET. VLPIAE. GEMINAE. SORORI
EIVS. ET. SIBI. ET. LIB. LIBERTABVS
POSTERISQ. EORVM

ΜΝΕΙΑ ϹΟΥ
ΙΟΥΛΙΑ. ΚΑΙ. ΝΑΝΔ
ΕΥΜΕΛΙϹϹΑ
Λ. ΠΟΜΠΗΙΟΥ. ΙΘΑΡΟΥ
ΜΗΤΗΡ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.
ΤΟΥ. ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ. ΓΥ
ΝΗ. ΔΗΜΜΑΔΟΥϹ
ΕΥΜΕΝΕωϹ. ΘΥΓΑΤΗΡ

Ideſt:
Memoria Tua
Julia Et Nana
Heumeliſſa
Luci Pompeji Ithari
Mater Alexandri
Ex Alexandro (geniti) *U-*
xor, Demmadis
Eumenis Filia.

3 *Romæ.*
Misit Ficoronius.

D . M
POMPONIAE
IVSTAE
LICINIVS
CAESARIS
CONIVGI SVAE
BENEMERENTI. FECIT. SIBI
ET. LIB. LIB. POST. EORVM

4 *Ibidem,*
in vinea Johannis Baptiſtæ Leni.
Ex Ligorio & Malvaſia.

DIS MANIBVS
L. POMPONI EPI
M. VLPIVS. AVG. L
CRITONIANVS
PATRI
OPTIMO

5 *Ibidem,*
apud Proſperum Mandoſium Equitem.
Ex Boldetto.

DIS MANIBVS
POPILIAE. FELICVLAE
CONIVGI OCEANVS
SEN
CAESARIS N̄. LIB. FECIT SIBI ET
AELIAE. GALATIAE. SORORI
ET LIBERTIS. LIBERTABVS
POSTERISQVE. EORVM
HOC MONVMENTVM HEREDEM NON
SEQVETVR

6 *Salonis.*
Ex P. Lupo, e Societate Jeſu.

PONTIENA CALE VI SIB ET
T. FLAVIO. AVG. L. SVAVI. VIRO
Q. PONTIENO. SVAVI. FIL. ANN. X

7 *Florentiæ.*
Ex Gorio.

PRIMI. CAESARIS. L.
LVCANOS FEROX
IVLIANVS

8 *Ibidem.*
Ex eodem.

PRIMIGEN
LIVIAE ELEV

9 *Ibidem.*
Ex eodem.

PRISCIANVS. AVG. N
FECIT

10 *Calari,*
in vallo, prope Minores Obſervantes.
Miſit Joſeph Dani, *Juriſconſultus Taurinenſis.*

D . M
PVBLIVS PRO
BINVS AVG
VST. LIB. VIXIT ANN
OS L. M. VI. PI
LSOVICILA
COIVGI BE
NEMERENTI

1 *Florentiæ. Ex Gorio.*



3 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

SALVITIAE. TI
CLAVDIO
HELPIDE
LIB
DAT EPHEBO
NOFMONI

2 *Lugduni.*
Misit Bimardus V. Cl.

D M
MEMORIAE AETERNAE
QVARTI LVPI PRIMITIVI
LIBERT. AVGG. QVARTIA
SECVNDILLA LIBERTA ET
CONIVNX PATRONO PIEN
TISSIMO ET SIBI KARISSIMO
ERGA SE BENEMERENTI
CVM QVO VIXIT ANNIS XXIII
M VIII D XXV ANN XXXXVII
SIBI VIVA POSVIT ET SVB
ASCIA DEDICAVIT

4 *Ibidem.*
E schedis meis.

SECVNDO AVGG. N̄
METTIA IONICE CON
IVGI BENEMERENTI FEC

5 *Romæ,*
apud Franciscum Ficoronium V. Cl.

SEPTIMIA DIONISIAS. IVS. LIBERORVM. HA
BENS IN HAC CVSTODIOLAM. (*sic*) PALADIANA
CVM EDIFICIOLO. ET. MONIMENTO. QVT (*sic*. Ideſt Quot pro Quod)
DE FRVGALITATE MEAM (*sic*) FABRICAVI. A
SOLO. MI. ET. COIVGI MEO AVG. LIB. TITO. ET FILIS
MEIS. SETIMIO. (*sic*) VENERIO. ET SEPTIMIE (*sic*) EFESIE
ET. IVBEO. NE DE NOMINE MEO EXCIDAT. QVOT
SI. QVIS. ERVPERIT. LEGEM PRETERITI MEI
POENE NOMINE INFERIET (*sic*) Θ L. MILIA LIBER
LIB. POS. AEORVM

Septimia hæc *Dionysias jus Liberorum* habebat. Cur verò Privilegii hujuſce mentionem heic interponat, edicet nobis Suetonius, cujus teſtimonio in Vita Claudii Cap. 19. novimus, eumdem Auguſtum *feminis jus quatuor Liberorum* contuliſſe, hoc eſt Matri ad ſolatium liberorum amiſſorum legitimam eorum decreviſſe hereditatem, quum antea feminæ apud Romanos a ſucceſſione ab inteſtato ita excluderentur, ut ne inter matrem quidem, & filium, vel filiam ultro citrove hereditatis capiendæ jus eſſet. Eodem quoque Suetonio teſte Cap. 14. in Vita Sulpicii Galbæ, Auguſtus iſte *jura trium Liberorum vix uni, atque alteri* mulieri, ſeu matri conceſſit, *ac ne his quidem, niſi ad certum præfinitumque tempus*. Demum Hadriani imperantis temporibus, Senatuſconſulto Tertulliano cautum extitit, ut Mater Ingenua trium Liberorum jus habens, Libertina verò quatuor, licèt in poteſtate eſſet, ad Filiorum, qui ab inteſtato deceſſerant, bona admitteretur, uti habemus apud Juſtinianum Inſtitut. Lib. 3. Tit. 3. ad Sen. Conſ. Tertullianum. Propterea par eſt credere, *Septimiam* hanc *Dionysiam* jure quatuor Liberorum gaviſam fuiſſe, utpote quæ conjux fuit Liberti Auguſti neſcio cujus, ac proinde Libertina conditione. Ceterum corruptam vides in ſepulcrali Titulo iſto Latinam Linguam. SOLO MI in quinctâ lineâ poſitum arbitror pro SOLI MIHI. In penultimâ ſcriptum INFERIET pro INFERET. In fine verò legendum LIBERTIS LIBERTABVS POSTERISQVE EORVM.

6 *Florentiæ, apud Principem Corſinium.*
Ex Gorio.

LVCIVS ❦ SEPTIMIVS ❦
❦ AGATHOPVS ❦
AVG ❦ LIB ❦ QVI ❦ BIXIT ❦
ANNIS ❦ XX ❦ DIEBVS XIII
HORIS. III. SEPT. SYMPHOR
ET SEPT. IRENE. FILIO. D. B. M. F ❦

7 *Romæ,*
in Sanctæ Catharinæ,
ad Arcum Sancti Petri.
Ex Donio.

SPERATIO
CAESARIS. VER
HIC SITVS EST

1 *Romæ*, *in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ*.

SPONSA | LIVIAE. L
DAT | DAT
IVCVNDAE | M. LIVIO. FELICI
SVAE |

2 *Ibidem*, *apud Mellinos*. *E schedis meis*.

STATIVS AVG. LIB
AELIAE TERTVLLI
NAE FILIAE
FECIT
V. A. XV. M. D. XX.

3 *Florentiæ*. *Ex Gorio*.

STATIRA
ANTONIAE. DRVSI. L.
AE. DRVSI. L.

4 *Romæ*, *in Museo Albano*.

D . M
SVLPICIAE MELIAE TERTVLLVS
CAESARIS SER. CONTVBERN
PIISSIMAE SIBI SVISQVE FECIT
VIXIT ANNIS L
IN FRONTE P. XI. IN. AGRO P. XVIII
ET CVSINIAE FIRMAE

5 *Ibidem*, *apud Capranicas*. *E schedis Ptolomeis*.

DIS MANIBVS
SER. SVLPICIO AVG. L.
HORO
TYCHE L. ET
BASILIA. F

6 *Ibidem*, *in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ*.

SYLLA. LIVIAE. L
CELADO. F. DEDIT

7 *Ibidem*,

TELEPHVS. LIVIAE. L
DAT
FVFIAE. CLYMENE. ET. FVFIAE
EVCHE. SORORES

Pro SORORIBVS.

8 *Extra Romam*, *in Sanctæ Mariæ Annuntiatæ*. *Misit Eminentiss. Card. Passioneus*.

D . M
TERENTIA ELPIS
FEC. TI. AEL. AVG. LIB
CONIVGI. B. M
CVM. QVO BIXIT
ANN. XXXVI

9 *Romæ*, *apud Ficoronium*.

AE
TERTIAE AVG. LIB
ΝΙΛΙΦΗΔΡΑΙ CAINAI
CONIVGI. SINE EXEMPLO
QVAE. VIX. ANN. XXVI.
DIEBVS. III. HOR. XI
AELIVS COLLIB. MARITVS
INFELICISSIM

Ideft in tertiâ lineâ *Niliphedræ Sænæ*, quod eft nomen Conjugis, cui pofitus eft titulus.

10 *Ibidem*, *in hortis Ducis Strozzii*. *E schedis Ptolomeis*.

D. THALLO AVG. N̄. VER.
VIX. ĀN. IX. M. XI. D. X
M. PATER FILIO DVLCISSIMO

11 *In Chio Insula*. *E schedis meis*.

ΘΕΟΜΝΗΣΤΟΣ ΘΕΟΤΙΜΟΤ ΚΑΙ ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ ΑΣΤΙΟΤ
ΕΠΟΙΗΣΑΝ
ΚΛΑΤΔΙΑ ΣΕΒΑΣΤΟΤ ΑΠΕΛΕΤΘΕΡΑ ΤΕΡΘΟΜΑ ΕΑΤΤΗ
ΚΑΙ ΤΩ ΚΛΑΤΔΙΩ ΣΕΒΑΣΤΟΤ ΑΠΕΛΕΤΘΕΡΩ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗ
ΑΝΔΡΙ ΙΔΙΩ ΕΧ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΜΝΗΜΕΙΟΝ ΣΤΝ
ΤΗ ΚΑΜΑΡΑ ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Ideft :

Theomnestus Theotimi (filius) *Et Dionysius* (filius) *Astii*
Fecerunt
Claudia Augusti Liberta Terthoma Sibi Ipsi,
Et Claudio Augusti Liberto Asclepiadi
Marito Suo, *Pecuniâ Suâ*, *Monumentum Cum*
Camerâ fecit.

1 *Romæ, in lamina ærea.*
Misit Joh. Joseph Ramaginius.

THOANTIS
TI. CAESARIS
AVG
DISPENSATORI
AB. TOBIS

DE
STATIONE
CAESARIS AVG
TABELLARIS
DIPLOMARI
DISCEDE

Videtur Tessera, qua utebatur *Thoans Tiberii Cæsaris Augusti Dispensator*, ejusque *Tabellarius*, ut ab aliarum *Stationum* ministris in cursu publico agnosceretur. *Tobis* (locum quippe opinor) ejus Statio peculiaris erat, a qua discedens Tesseram hanc secum portabat,

2 *Ibidem,*
apud Ficoronium.

D . M
THESEO. AVG. L
LIB. FECERVNT
BENEMERENTI
PATRONO

3 *In Sancti Peregrini,*
in agro Veronensi.
E schedis Apostoli Zeno.

THESEO HILARI DIVI AVG. LIBERTI
LIBERTO CINNAMVS CONLIB

Vinaccesius hanc ponit *Brixiæ*, legitque in primâ lineâ HILARIONIS, & in fine CVM. LIB.

4 *Rodosti a Constantinopoli leucis XXIV.*
in Cœmeterio Græcorum.
Ex Cl. V. Scipione Marchione Maffejo.

THETIS. EADEM
BVRGAENA
ITALICI. CORSICI
AVG. L. CON. CAR. ANN
XXVI. ET. PERINTHIO
FIL. ANN. XII. H. S. S
SI FORTVNA SVOS POTVISSET FAE
CERE MANES HVNC TITVLVM
PATRI PONERE DEBVERAM
ITALICVS SIBI. ET
SVIS. V. F

In quartâ lineâ CON. CAR. pro *Cum Caro*. In septima legendum FLECTERE.

5 *Ateste,*
apud Comitem de Lazara.
Ex P. Salomonio.

L. TITVRIVS. C. F.
SVRA. AGVTIA
AVG. A. L. POSIT

Fortassis AVG. N. L. POSVIT.

6 *Florentiæ,*
apud Principem Corsinium.
Ex Gorio.

TROILVS LIVIAE ATTICVS
C. IVLIVS GNOMON EVHODIAE
VIX. A. XXV

7 *Romæ,*
in ædibus Chisiorum.
E schedis Ptolomeis.

D . M
TROPHIMI
AVG. LIB

8 *Florentiæ,*
in Museo Mediceo.
Ex Gorio.

D . M
TVTO. VERNE
CAESARIS QVI VIX
ANNIS. DVOBVS
PARENTES. BENE. MERENTI. F

9 *Romæ,*
inter Sanctæ Mariæ & Sancti Marci.
E schedis Fratris Jucundi,
misit Gorius.

D . M
VALERIO COTYNO
P. AELIVS AVG. LIB
HELENVS AMICO
OPTIMO FECIT

10 *Romæ,*
apud Nicolaum Saturnum.
E schedis Ambrosianis.

D M
VETTIAE. IANVARIAE
M. VLPIVS. AVG. L
ANTHIMVS
CONIVGI. DVLCISSIMAE
BENEMERENTI
FE . CIT
QVAE VIX. AN. XXV
M . X

11 *In Villa* Pirry *in Sardinia.*
Misit Joseph Dani *Jurisconsultus Taurinensis.*

D . M	D M
VICTORI	CORNELIO AG
AE CAESILLAE	ILI VICTORI
VICTORIA	ANVS CAES. N
NVS. F	XX [illegible] B. M. F
B. M. F	

1 *Romæ, apud Antonium Borionum. Priorem Inscriptionem misit Rodulfinus Venuti V. Cl. Priori verò alteram subjunctam fuisse, testis est Johannes Vignolius V. Cl.*

VISIDIAE
MAXIMILIAE. F
ΤΙ. ΚΛ. ΟΨΙΜΩ ΑΠΕΛ
ΚΑΙΣ. ΤΙ. ΚΛ. ΒΕΙΤΑΛΙΟΣ
ΘΡΕΨΑΝΤΙ. ΑΞΙΩ
ΕΠΟΙΗΣΕΝ

Θ . ΚΑΤ
ΚΛΑΥΔΙΑ
ΘΑΛΛΟΥΣΗ
ΜΗΤΡΙ
ΕΝΤΕΙΜΩ
ΤΙΒ. ΚΛ
ΟΥΙΤΑΛΙΟΣ
ΤΙΟΣ
ΕΠΟΙΗΣΕ

Ideſt:

Tiberio Claudio Opſimo Liberto Cæſaris Tiberius Claudius Vitalius Nutritori Digno Fecit.

Ideſt:

Dis Manibus Claudiæ Thallusæ Matri Honorandæ Tiberius Claudius Vitalius Filius Fecit.

2 *Florentiæ, Ex Gorio.*

D . M
VLPIAE
ET VLPIO
CALC AVGVS
TORVM LIB
ERTO

3 *Romæ, apud Ghinios. E ſchedis Ptolomeis.*

D . M
VLPIAE ARSINOES
VIX. AN. III. M. VII. D. V.
M. VLPIVS AVG. LIB
SYMPHORVS ET
VLPIA HELPIS
FILIA FECERVNT

Vide Gruterum pag. 638. num. 4.

4 *Ibidem. Ex Malvaſia.*

VLPIAE DAPNIDI
CONIVGI KARISSI
MAE QVAE. VIXIT
ANN. XVII. DIEB
XII. DEMETRIVS
AVGG. LIB. POSVIT

5 *Ibidem, in Via Appia. Miſit Bimardus.*

DIS. MAN
VLPIAE. FORTVNATAE
M. VLPIVS. AVG. LIB
CALLISTVS
LIBERTAE. OPTIMAE
FECIT

6 *Ibidem. Ex Vignolio.*

D . M
VLPIAE LAVDICE
VIX. ANN XXIIII. M. VII. D. III
M. VLPIVS AVG. LIB
ONESIMVS ET VLPIA
NICE. FILIAE PIENTISSIM

7 *Ibidem, apud quemdam Marmorarium. Ex Donio.*

VLPIAE. AVG. LIB. SATVRNINAE
CONIVGI OPTIMAE FECIT ET SIBI
T. AELIVS AVG. LIB. FELIX. ET
LIBERTIS. LIBERT. QVE. SVORVM. POSTERISQ. EORVM
ET. VLPIAE. ATTICA. ET. ATTICILLA
FILIAE. MATRI. OPTIMAE. ET. SIBI
ET. LIB. Q. SVIS. POSTERISQ. EORVM

8 *Ibidem, prope Sancti Sebaſtiani. E ſchedis Ptolomeis.*

DIS MANIB
M. VLPIO AVG. LIB.
APHRODISIO
AMORIANO
VLPIA
CAMILLA
VXOR. B. M

1 *Romæ.*
Misit Ciampinius.

D . M
M. VLP. AVG. LIB
CALLISTO. B. M
IVL. IVSTA. COIVGI

3 *Ravelli,*
in Sanctæ Crucis.
Misit Ignatius Maria Como.

M. VLPIO
AVG. LIB
EVPHORIO
Q. V. A. III. D. VIII

5 *Florentiæ.*
apud Nobb. Gaddios.
Ex Gorio.

D. M. M. VLPIO. AVG. LIB
FLORIDO. PATRONO
OPTIMO. ET. BENE
MERENTI
M. VLPIVS. PHILETVS. ALVMNVS
M. VLPIVS. THELESPHORVS
VLPIA. PARAMONE
LIBERTI

7 *Venetiis,*
apud N. V. Andream Cornarium,
lapis adductus Nicopoli Urbe Epiri,
Misit Apostolus Zeno.

D . M
M. VLPIO. HYPNO
M. VLPIVS. AVG. LIB
PHAEDIMVS
LIB. KARISSIMO
D. S. B. M
VIX. ANN. XXVIII

Gruterus pag. 578. num. 1. Inscriptionem protulit, in qua *Marcus Ulpius Phedimus Pincerna Trajani* occurrit.

9 *Ibidem,*
apud Ficoronium.

D . M
M. VLPIVS. AVG. LIB
SEVTHES
FECIT EPAPHRODITO
VERNAE. SVO. KARISS
DE SE BENEMERITO
VIXIT. ANNO. VNO
MENSIBVS QVINQ
DIEBVS OCTO

2 *Ibidem.*
Ex Malvasia.

DIS MANIBVS
M. VLPI. AVG. L
EPITERPES
QVI VIXIT ANNIS XXXVII
FVRIA THIRIA
CONIVGI CARISSIMO
FECIT

4 *Romæ,*
in Basilica Lateranensi.
Ex Ligorio.

D . M
M. VLPIO FE
LICI. AVG. ATHY
SI. LIBERTO. ET
SVLPICIA. GRA
TILLA. CONIVG
B . M . F

6 *Romæ,*
in Cœmeterio Pontiani.
Ex Boldetto.

D . M
M. VLPIVS AVG. LIB. HISAEVS
EMIT. SIBI. ET. LARCIAE. ARTEMISIAE
CONIVGI SVAE
ET. SVIS. LIBERTABVSQVE EORVM
AEDIC. A. SOLO AD CAMARAM
LATA. P. [illegible] IN QVA SVNT
OLLAE. N. VI.

8 *Romæ,*
in Villa Cæsarina.
E schedis Ptolomeis, & ex Ligorio.

D . M
M. VLPIO AVG. LIB. NEDYMO. ET. LIBER
TIS. LIBERTABVSQVE POSTERISQVE
EORVM EX TESTAMENTO. FECERVNT
❦ HEREDES ❦
ARBITRATV AELIAE LESBIAE SORO
RIS ET COHEREDIS. VLPI NEDYMI
EX ·S·S· X̄. N.

10 *Ibidem,*
in Villa Cæsarina.
E schedis Francisci Ptolomei.

VOLVSIA. FADAE. L. VRBAN
HILARI. CAESARIS. GAEI
IN HONOREM HILARI OLLAM
ET LOCVM. SEPVLT. EX. OMNIVM
D D

1 *In Sancti Pauli extra Urbem.*
Misit P. Petrus Paulus Ginanni,
Prior Benedictinus.

DIS MAN
VRCINIAE
EVTYCHIDI. ET
P. CAPRILLO
NICOSTRATO
FECIT CAPRILLA
RECEPTA PARENTIBVS ET
FORTVNATO CAES. N
PATRI OPTIMO. DE. S
LIBERT. LIBERTAB.

2 *Florentiæ,*
apud Principem Corsinium.
Ex Gorio.

XENO
ANTONIAE. DRVSI. IAN
MALCHE ANTONI

3 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

XVTHE. LIVIAE. L
DAT. FAVSTO
CAESARIS. L
OLLAM

4 *Florentiæ,*
apud Abbatem Andreinium.
Ex Gorio.

YACINTHI
IVLIAE
AVGVST

5 *Romæ,*
in Sepulcreto Libertorum Liviæ Augustæ.

ZEPHYRIS
LIVIAE L
OSSA HIC SITA SVNT

6 *Ibidem,*
lapis effossus curâ Eminentiss. Cardinalis de Polignac.

DIVS. AVG. LIB. VI
RATVS. PERMISS
IBI. ET. TI. CLAVD

7 *Ibidem,*
effossus curâ ejusdem Eminentiss. Cardinalis.

EX D
CAESARVM
LIBERTORVM
QVI. IN. HOC. M
CONTVLER
NOMINE. T

8 *Ibidem, apud Marium Delphinum.*
E schedis Ptolomeis.

LIRONIVS
FAL. VARIA
VIATOR CAESAR
NIAT. L. EGIS
OR

9 *Florentiæ.*
Ex Gorio.

ERTIAE. PRIMA
CL. CAESAR. LANCHIAI
HORAEVS
ELEVTHERIVS
DANT

10 *Romæ, apud Marium Delphinum.*
E schedis Ptolomeis.

DIVS AVG L
NIVS
AM CVM OLLIS
S SIBI. ET SVIS
RISQ. EORVM

11 *Florentiæ, apud Nobb. Strozzios.*
Ex Gorio.

AVG. LIB. SOTERI. CL
C. AFRICAE
VS QVINTIANVS
RIMA FECERVNT
LIBERTIS. LIBERTABVSQVE
POSTERISQVE EORVM
NE. DE. NOMINE EXEAT
QVOD. SI. QVIS. EORVM ALITER
INFERAT AERARIO. POP. ROM. H-S. LL

GEOGRAPHICA, CIVITATES, ALIAQUE LOCA.

CLASSIS XV.

1 *Corcyræ.*
E schedis Apostoli Zeno P. D. Bernardus Montfauconius.

ΑΔΡΙΑΝΟΤ ΒΟΤΜΙΟΤ
ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΘΕΟΤ ΤΡΑΙΑΝΟΤ
ΤΙΟΝ ΘΕΟΤ ΝΕΡΒΑ ΤΙΩΝΟΝ ΤΠΑΤΟΝ ΤΟ. Ε
Η ΠΟΛΙΣ ΤΩΝ ΑΒΕΑΤΩΝ
ΑΝΑΘΗΚΕ ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ
ΕΤΕΟΣ ΔΑΜΟΝΙΣ ΤΟΤ ΑΡΙΣΤΕΑ

Ideſt:

Hadriani Bumii
Imperatorem Cæsarem Augustum
Trajanum Hadrianum Divi Trajani
Filium, Divi Nervæ Nepotem, Consulem V.
Urbs Abeatum (ſubaudi *honorans.*)
Posuit Epigramma
Anno Damouis Filii Aristeæ.

Pro ΒΟΤΜΙΟΤ, voce apud Græcos omnino peregrina, legendum opinor ΒΡΟΜΙΟΤ, ſcilicet *Liberi*, ſive *Bacchi*. Nomine hoc donatum Hadrianum ab adulatione Græcorum, mihi perſuadent tot alia, ab ipſis ex Deorum concilio translata in Auguſtos & Auguſtas. *Abæ Civitas Phocidis* memoratur Straboni & Stephano. Sed heic potius agi videtur de Civitate Meſſeniæ in Peloponneſo, que Αβεία, *Abea* a Ptolemæo appellatur; Αἴπεια verò, ideſt *Æpea* a Strabone. Sed Strabonis locus corruptus; & Pauſanias Urbem hanc *Abæam* vocat; ejuſque Populi *Abaatæ*, atque a Plinio *Abeatæ* nuncupati ſunt.

3 *Parisiis,*
in Regia Inscriptionum Academia.
Ex Marchione Maffejo.

Α Β Τ Δ Η Ν Ο Ι
ΤΟΝ ΑΤΤΩΝ ΣΩΤΗΡΑ
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΝ
ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΤΤΟΤ
ΜΑΡΚΕΛΛΟΤ ΜΑΙΟΡΟΣ

Ideſt:

Abydeni
Servatorem Suum
Et Conditorem (ſubaudi *honorant.*)
Per Legatum
Marcellum Majorem.

Abydos Helleſponti Civitas celeberrima heic memorari mihi creditur, quamquam geminas alias Stephanus indicet. Quis verò Abydenorum *Conditor* ſive Reſtaurator fuerit, majori otio fruentibus inquirendum relinquo. Fortaſſis exciderit nomen *Hadriani Augusti*, quem tot aliæ Græcorum Civitates *Servatorem* aut *Conditorem* agnoverunt: vel (quod veri ſimilius videri poſſet) lapis iſte antequam loco ſuo dimoveretur, muro infixus extiterit juſta aliquod aliud publicum monumentum, in quo expreſſum legeretur Conditoris & Servatoris nomen.

2 *Atripaldæ,*
in agro Abellinensi.
Misit Johannes Bernardinus Tafurius.

TATIANI
C. IVLIO. RVFINIANO
ABLAVIO TATIANO. C. V. RVFI
NIANI ORATORIS FILIO FISCI PA
TRONO RATIONVM SVMMARVM
ADLECTO INTER CONSVLARES IVDI
CIO DIVI CONSTANTINI LEGATO PRO
VINCIAE ASIAE CORRECTORI TVSCIAE
ET VMBRIAE CONSVLARI AE
MILIAE ET LIGVRIAE PONTIFICI
VESTAE MATRIS ET IN COLLE
GIO PONTIFICVM PROMA
GISTRO SACERDOTI HER
CVLIS CONSVLARI CAM
PANIAE HVIC ORDO SPLEN
DIDISSIMVS ET POPVLVS
ABELLINATIVM OB INSIGNEM
ERGA SE BENEVOLENTIAM ET RELI
GIONEM ET INTEGRITATEM EIVS STATVAM
CONLOCANDAM CENSVIT

Hanc Inſcriptionem edidit etiam Cl. Marchio Maffejus; qui pro ABLAVIO legit ABLABIO: & pro ABELLINATIVM habet ABELLINORVM. In Verona Illuſtrata eadem legitur, ibique eſt ABELLINAVIVM, ſed Typographorum errore. *Abellinum*, ſive *Avellinum*, Civitas Hirpinorum, atque olim Colonia Romanorum, meis elogiis non indiget.

4 *Lubianæ in Cæmeterio.*
E schedis Jac. Valvasonii,
misit Comes Franc. Valvasonius.

M. TITTIO. M. F
C. NEP. BARBIO TITIANO
DECVRIONI AEMONAE
7. LEG. I. ADIVTRIC
ITE LEG X FRETENS
HASTATO IN CHO I
LEG I TRAIAN
EX CORNICVLAR
PR PR
LARTIA VERA FILIO
PIISSIMO L. D. D. D

Æmona Civitas Iſtriæ cecidit. Ex ejus ruinis ſurrexiſſe creditur *Città nuova*.

1 *In ruderibus Civitatis Eclanensis prope* Fontana Rosa.
Ex P. Vulpio S. J. V. Cl.

IMP. CAES
M. ANTONINO
AVG. ARM. PARTH
PATRI PATRIAE
VIA AD PONTEM
AVF. ET VENVSIAM
AQVAR. INTERRVPT
ET LATROCINIS
RESTITVTA
AECLANENSES
D D

Æclanensis Civitas illustris fuit vel sub Christianis Imperatoribus. Ibi Julianus inter Pelagianos famosus Episcopatum gessit. A multis Sæculis excisa penitus jacet. *Aufidi* Fluvii mentio heic est.

2 *Anconæ.*
E schedis Barberinis Cyriaci.

ΣΜΙΝΘΙΟΣ ΡΟΔΩΝ
ΤΙΤΕΛΟΥ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΚΑΙΡΕ ΑΙΞΟΝΕΥΣ

Ideſt :

Sminthius *Rhodon*
Titeli *Aristonis*
Salve. *Æxoneus.*

Auctor est nobis Stephanus Byzantius, *Æxoniam* fuisse Urbem Magnesiæ. Tum addit: ἔςι καὶ Αἰξωνὴ δῆμος Κεκροπίδος Φυλῆς, ideſt, uti Thomas de Pinedo vertit, *est etiam Æxona Populus Cecropidis Tribus*, scilicet in Attica. Heic tamen δῆμος non est *Populus*, sed *Vicus*, aut *Pagus*, cujus etiam meminit Strabo Lib. 9. De utro loco fuerit iste *Rhodon*, incertum.

3 *Prope Vicum* Moirant,
in Sequanis effoss. Anno Christi 1734.
Misit Bimardus.

LATINIO POMPT
A. LATINI. FIL. CATA
PANO. AEDVO. SA
CERD. III. PROVIN
CIARVM. GALLIAR
OFFICIS ET HONO
RIBVS. OMNIBVS
FVNCTO SEQ
ANI. PVBLICE

Ædui Galliæ Celticæ populi, ubi *Augustodunum* nunc *Autun*.

4 *Florentiæ,*
in Museo Mediceo.
Ex Gorio Cl. V.

ΑΡΙΣΤΟΚΛΗΑ
ΥΛΛΟΥ ΑΙΞΩΝΕΟΣ ΘΥΓΑ
ΤΗΡ

Ideſt :

Aristoclea
Hylli Æxonensis Filia.

5 *Terracinæ.*
E schedis Farnesiis, & Capponiis.

L. FAVONIO. M. F.
LEG.
POPVL. AGRIGENT.

De *Agrigento* vetustissima Siciliæ Civitate nihil est, quod ego quidquam adferam. Cluverium potius adi, aut Cellarium.

6 *Aostæ,*
in Castro.
Ex Cl. March. Maffejo.

VLPIAE AN
THVSAE
AGRIPPINENS
M. AVREL. ADIVTOR
AVGG LIB
CONIVGI KARIS
SIMAE

Coloniæ Agrippinæ (nunc nobis *Colonia*) in Germaniæ inferioris celeberrima Urbe, nata erat hæc mulier.

7 *Lugduni.*
Misit Bimardus.

ET MEMORIAE AETERNAE
VICTORIAE VRSVVLAE FEMINAE
SANCTISSIMAE CIVI
AGRIPPINENS QVAE MECVM VIXIT
ANNIS XX M X D XX
SINE VLLA ANIMI MEI LAESIONE
TITICENIVS VERINVS MILES LEG XXX
CONIVGI

8 *Ibidem, misit idem.*

S. MANIBVS
TI. M. F CL MARCEL
A RAT. AGRIPP
MILITI COH. XIII. VRB
HEREDES
PONENDVM. CVRARVNT

Ideſt: *A Rationibus Agrippinensis*. Aliter tamen legere volentibus suus est locus.

9 *In agro Moguntino. E schedis Ambrosianis.*

ET. MEMORIAE. AETERNAE. PERPETVAE
SEVERAE. CIVIS. AGRIPPINENSIS. MATRI
EXIMIAE PIETATIS. QVAE. VIXIT. ANNIS. LXXI.
PERVINCIVS. VRSINVS. MIL. C. A. LEG. XXII. P. F.
FILIVS. ET. VITALINIA. SERVANDA. NVRVS. F. C.

Siglæ MIL. C. A. &c. explicandæ videntur *Miles Cohortis Antoninianæ*, sive *Æliæ*, *Legionis XXII. Primigeniæ Felicis*.

1 *Romæ, in Museo Eminentiss. Cardinalis Albani.*

D . M
M. TERENTI PATER
NI EX H. R. CITERIORE
AESONENSI AN. XVIII.
LICINIVS POLYTIMVS
LIBERT. ET EDVCATOR

Æsona Citerioris Hispaniæ Oppidum, nunc *Jesona* in Catalonia, ex aliis etiam antiquis Lapidibus nota est. Sponius pag. 188. Miscellaneor. lapidem profert Romæ exsistentem, in quo memoratur *Vesonia Procula ex Hispania Citeriore Jessonensis*. Locum hunc incognitum appellavit Sponius. At Petrus de Marca Lib. 2. Cap. 26. eamdem putat *Jessonam*, & *Æsonam*. Heic pro H. R. scriptum arbitror HISP.

4 *Albæ Pompejæ, in Cathedrali. E Guichenonio.*

GENIO CC. ALB. POMP. IN MEMORIAM
SAL. CINCI. SEMPRONIANI EQ. R. EQ.
PVB. SEMPRONIA SABINA MAT
ER. ET IVLIA SABINA SOROR
D. P. S. F.

Guichenonius habet GENO CC. Restituendum est GENIO: ac pæne certum reor pro CC. legendum COL. ut sit lapis dicatus GENIO COLONIAE ALBAE POMPEIAE, Civitatis nempe Romani nominis notæ, atque Episcopatu ab antiquis Sæculis ornatæ in Ducatu Montisferrati.

7 *Albingauni, in Sacrario Sancti Dominici. E schedis meis. Misit etiam P. Petrus Martyr Cangiassi Mag. Ord. Præd.*

- -
GO - - - - - - - - - - - - - - - - MARTII
MAXIMO MARCOMANNICO - - - - - -
MAXIMO - - - - - - - - - - MAXIMO - - - - -
MAXIMO. PONTIFICI. MAX.
P. P. TRIBVNITIAE POTESTAT.
XIIII. COS. IIII. IMPER. III.
DIVI SEVERI FILIO
MARCI ANTONINI PII GER
MANICI SARMATICI NEPOTI
DIVI ANTONINI PII PRONE
POTI DIVI HADRIANI ABNE
POTI DIVI TRAIANI ET DIVI
NERVAE ADNEPOTI FORTISSI
MO INCLITOQVE AC SVPER
OMNES FELICISSIMO
PRINCIPI
PLEBS VRBANA
ALBINGAVNENSIVM
NVMINI IPSIVS DEVOTA

Posita fuit Inscriptio Antonino Caracallæ, Anno Christi 213. quo is *Consul IV.* processit, sed pro *Tribunitia Potestate XIIII* legendum erit *XV.* aut *XVI.* Pro MARTII lege PARTHICO. Insuetum est MARCOMANNICI nomen. Spartianus quidem testis est Caracallam *Germanici*, & *Parthici*, & *Arabici*, & *Alemannici* nomen adsumsisse; at nihil habet de *Marcomannici* vocabulo. Verùm adulatio multiplicasse potuit illius triumphos. *Albingaunum* (nunc *Albenga*) Civitatem Liguriæ ad litus maris, apud Romanos Historicos non semel memoratam novimus.

2 *Jesonæ, in Catalonia. Ex Petro de Marca.*

FVLVIO. FILIO. F. RESTITVTI
FILIO. CATVLAE. P. AESONENSI

Pro FVLVIO FILIO. fortasse legendum TILIO. Sigla P. hoc est PATRIA.

3 *Betulone, in Catalonia. Ex eodem.*

M. FABIO. GAL. NEPOT.
IESSONIENSI. AED. II. VIR
FLA. ROMAE. ET. AVGVSTOR.
CVRATORI BALINEI NOVIOB
CVRA. MIT. INNOCENTIAM

Mendosa sunt NOVIOB CVRA. MIT. pro quibus legendum reor NOVI OB CVRAM ET. An verò *Jessona* idem fuerit Oppidum, atque *Æsona*, aliis investigandum relinquo.

5 *Ravennæ. E schedis Ambrosianis.*

ASIATICO. C. L.
SENATVS ALBENSIS.

At quis ALBENSIS, quum non una fuerit *Alba*? Ego sermonem heic esse suspicor de *Alba* Marsorum Urbe, ad Lacum Fucinum sita. Sed quæcumque fuerit hæc Civitas, quærenda superest caussa, cur lapis iste Ravennæ exstiteret.

6 *In Villa Panicalis, agri Perusini, in ædibus Gilianorum. E schedis meis.*

SVLPRIA PRIMA
ALBANIENSIS. P. RV
BRIVS. P. L. VTILIS
AMICE HAVE ET
VALE. EGO. HIC
SITVS. SVM

ALBANIENSIS indicare heic videtur Patriam. At quænam hæc? Celebre est *Albanum* oppidum in Via Appia. At Cives *Albani*, non *Albanienses* appellati fuere. Num ex Provincia *Albania*, ad mare Caspium posita, atque a Plinio, Mela, & Strabone memorata, oriunda fuit hæc mulier? Difficile credas. Mendose, ut suspicor, heic nobis occurrit SVLPRIA, fortasse pro SVLPICIA.

8 *Ibidem, penes N. V. Nicolaum de Aste Equ. Melit. Misit idem P. Petrus Martyr Cangiassi.*

P. METILIO
P. F. FAB
TERTIVINIO
NOVENNIANO
CIVI AVG. TAVRIN
QVAESTORI DESIGNATO
PATRONO
PLEBS VRBANA
ALBINGANEN
L. D. D. D

Habes heic Civitatem *Augustam Taurinorum*. Habes & Plebem Urbanam *Albinganensem*. In exemplo Inscriptionum *Albingauni* exsistentium non *Albingaunensis*, sed *Albinganensis* ter legitur. Decernere poterit, qui Lapides ibi superstites accurate perscrutari possit.

1 *Niciæ,*
iu Beatæ Mariæ de Pulchro loco.
Ex Joffredo.

- - - - - - - - - - - - - - O. ALICONI. TRIB
- - - - - - - - - - - - - - ALBINTIMILIENS.
- - - - - - - - - - - - - RAE. FILIO. M. AEMILIO
- - - - - - - - - - - - EMILIO. PROCLO. F
- - - - - - - - - - - EBARO. ANIENSI
- - - - - - - IMA. CONIVGIBVS
- - - - - BI. VIVA. FECIT

De *Albintimilio*, ſive *Albintemilio* (nunc *Vintimiglia*) Urbe in orâ Liguſtici litoris ſitâ, conſulendus Cluverius, Cellarius, aliique Geographi.

3 *Romæ,*
in Via Latina.
Ex Ligorio.

DIS MANIBVS
LAEVIAE. TERTVLLAE
M. LAEVIVS. M. F. LYCOBARBVS
ALETRIA
CONIVGI. PIISSIMAE. B. D. S. M. F.

Ideſt *Bene De Se Meritæ Fecit*. Heic innui mihi creditur *Aletria* (nunc *Alatri*) Hernicorum Oppidum, quod non *Alatria*, ſive *Alatrium*, ſed *Aletria*, aut *Aletrium* appellatum fuit. *Aletrienſes* Cives memorantur a Plinio. *Municipium Aletrinas* a Cicerone.

4 *Naupliæ,*
nunc Napoli di Romania.
E ſchedis meis.

ΓΑΙΟΝ ΟΥΕΡΓΙΛΙΟΝ ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΝ ΒΑΛΒΟΝ
ΑΝΤΙΤΑΜΙΑΝ ΔΑΜΟΣ ΤΩΝ ΑΛΙΣΙΝΩΝ
ΕΥΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ

Ideſt:

Cajum Vergilium Caji Filium Balbum
Proquæſtorem Populus Aliſinorum
Benevolentiæ cauſsâ (ſupple *honorat*)

Alibi alteram Inſcriptionem dedi, quam Schedæ meæ ponunt Naupliæ, ſed revera Thermis in Sicilia credi poteſt poſita. Hanc etiam Siciliæ reſtituendam puto, ubi olim *Haleſa*, ſive *Aleſa* Civitas, ut ibi monui.

6 *Aquilejæ.*
Miſit Comes Franciſcus Beretta Utinenſis.

BELINO
AVG. SAC
L. IVNIVS
SVCCESSVS
V. S. L. M
DOMV ALTINAS

Altinum celebre olim Venetiæ Provinciæ Municipium, ab Attila Hunnorum Rege deinde exciſum. *De Belino Auguſto* fuit ſermo in Claſſe I.

2 *Romæ,*
in Muſeo Eminentiſs. Cardinalis Albani.
Miſit Franciſcus Blanchinius V. Cl.

ΤΟΥΤΟ ΤΟ ΜΝΗΜΕΙΟΝ
ΠΕΠΟΙΗΚΕΝ ❦ Μ ❦ ΟΥΛΠΙΟϹ
ΗΡΩΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥϹ ❦
ΕΑΥΤΩ ΚΑΙ ΦΛΑΟΥΙΑΙ
ΔΟΞΑΙ ϹΥΜΒΙΩΙ ΚΑΙ
ΦΛΑΟΥΙΩΙ ΤΕΛΕϹΕΙΝΩ ΥΙΩ
ΑΥΤΟΙϹ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙϹ
ΚΑΙ ΑΠΕΛ- - - - -ΚΑΙ. ΤΩΝ ΜΕΤΑ
ΞΥ- - - - - - - - - - - - - - - - ΤΩΝ

Ideſt.

Monumentum Hoc
Fecit Marcus Ulpius
Heron Alexandrinus
Sibi Et Flaviæ
Doxæ Conjugi Et
Flavio Teleſino Filio
Suis Libertis
Et Libertabus & Poſte
ris Eorum.

5 *Niciæ,*
pro foribus Sancti Petri.
Ex Joffredo.

M. M. A
FLAVIAE. BASSILLAE. CONIVG. CARISSIM.
DOM. ROMA. MIRAE. ERGA. MARITVM. AMORIS
ADQ. CASTITAT. FAEMINAE. QVAE VIXIT
ANN. XXXV. M. III. DIEB. XII. AVRELIVS
RHODISMANVS. AVG. LIB COMMEM. ALP.
MART. ET. AVRELIA. ROMVLA. FILIA
IMPATIENTISSIM. DOLOR. EIVS. ADFLICTI
ADQ. DESOLATI. CARISSIM. AC MERENT. FERET
FEC. ET. DED.

Siglæ M. M. A. ſignificant *Memoriæ Æternæ*. Mulier hæc DOMO ROMA, ideſt Natione *Romana* fuit. Ejus maritus AVRELIVS RHODISMANVS, ſi Joffredum auſcultamus, erat *Augur*, ejuſque filii fuere *Alpinus Martius*, & *Aurelia Romula*. Sed Eruditi norunt, non *Augurem* heic per ea verba AVG. LIB. nobis exhiberi, ſed *Auguſti Libertum*, nullumque heic haberi *Alpinum Martium*. Si diligentiùs exſcriptum fuiſſet hoc elogium, nobis occurreret Libertus iſte A COMMENT. ALP. MARIT. ideſt *A Commentariis Alpium Maritimarum*. In penultimâ lineâ vox FERET. *Feretrum* videtur, ſed peregrinâ ac pœne incredibili ſignificatione. Ea quippe vox a *ferendo* nata exprimit Capulum, quo mortuorum corpora ad tumulum portantur. At heic pro *Tumulo* fortaſſis uſurpata.

7 *Jaderæ, in Sancti Michaëlis. Ex Donio.*

T. HELVIO SCAMARINO
IIII. VIRO. ALTINI
T. HELVIVS. T. F. SALINATOR
7. LEG. VII. PATRI
IN FRONTE. P. XXX
IN AGRO. P. XXX
H. M. H. N. S.

Legendum SCA. MARINO. Scilicet is fuit in Tribu *Scaptiâ* adſcriptus.

1 *Cære, nunc* Cerveteri.
apud Goduccium Corsum.
Ex Ligorio.

SEX. PETRONIO. SEX. F. AR
ALBINO. SECVNDIONI
PONT. AVGVRI. MVNICIPES
ET. INCOLAE. VI. VIR. AVGVS
CVRATORI. REI. P. AMARIAE
CVRATORI. PECVNIAE. PVBL
PATRONO. MVNICIPES. II.
X. VIR. STLITIBVS. IVDIC.
IIII. VIRO. QVINQN. TI
TVL. VSV.
L. D. D. D.

Pro AMARIAE fine hæsitatione heic velim legas AMERIAE, quod Oppidum Umbriæ, nunc *Amelia*, ab antiquis memoratur. Tullius in Oratione pro Sexto Roscio *Municipii* honorem ei tribuit. Proinde infra pro PATRONO MVNICIPES restitue PATRONO MVNICIPII, DVVMVIRO, DECEMVIRO &c.

2 *Venetiis, in ædibus Nob. V. Cæsaris Balbi;*
Misit P. Stanislaus Santinellius Clericus Regularis
Congregationis Somasch.

ΔΗΜΟΣ
ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΚΑΙΣΑΡΙ ΘΕΟΥ
ΝΕΡΟΥΑ ΥΙΩΙ
ΝΕΡΟΥΑ ΤΡΑΙΑΝΩΙ
ΑΡΙΣΤΩΙ ΣΕΒΑΣΤΩΙ
ΓΕΡΜΑΝΙΚΩΙ ΔΑ
ΚΙΚΩΙ ΠΑΡΘΙΚΩΙ

Ideſt:

Populus
Ambracensium
Imperatori
Cæsari Divi
Nervæ Filio
Nervæ Trajano
Optimo Augusto
Germanico Da-
cico Parthico.

Marmor e Leucade, nunc *Santa Maura*, Epiri Urbe, Venetias asportatum fuit. Amicus vir Octavius Bochius hoc Museo Capellio tribuit. Epiri Civitas fuit *Ambracia*, cujus Populus hoc elogium Trajano erexit.

3 *Anagniæ.*
Ex Bellorio.

IMP. CAES. L. SEPTIMII. PII. PERTINACIS. AVG. ARAB. ADIABENICI
PARTHICI. MAXIMI. FORTISSIMI. FELICISSIMI. P. P. FILIO
M. AVRELIO. ANTONINO. PIO. FELICI. AVG. TRIBVNIC
POTESTAT. IIII. COS. PROCOS. S. P. Q. ANAGNINVS.

Pertinet Inscriptio ad Annum Christi 202. quo Populus *Anagninæ* Urbis elogium hoc dicavit Antonino Caracallæ, qui Consul cum Patre tunc processit.

4 *Athenis, in columna.*
E schedis Farnesiis
misit P. Franciscus Andreasius
Soc. Jesu.

ΔΙΟΝΥ
ΣΙΟΣ
ΑΜΜΩ
ΝΙΟΥ
ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΣ

Ideſt:

Diony
sius
Ammo
nii (subaudi *filius*)
Anaphlystius.

Natus hic fuit in Oppido Atticæ *Anaphlysto*, de quo Pausanias, & Stephanus Byzantinus. *Anaphlystios* quoque Populos memorat Strabo Lib. 9.

5 *Romæ, in Basilica Vaticana.*
E schedis Ambrosianis.

D . M
RIGINIAE TITVLAE
COI. NAT. ANAVA. VIXIT
AN. XXVIIII. AVR. SEPT.
EVOC. CO. BN. M. FECIT

Dubitare quisquam possit, pro RIGINIAE scriptum fuisse VERGINIAE. Alteram vocem COI. accipio pro CONIVGI. Dicitur hæc fuisse NATIONE ANAVA, Urbem hujus nominis in Phrygia, inter Colossas & Cælenas sitam agnovit Herodotus Lib. 7. Cap. 30.

6 *Anconæ. Ex Ligorio.*

IMP. CAES. DIVI. NERVAE
FIL. NERVAE. TRAIAN.
AVGVSTO PONTIFICI
MAXIMO. IMP. VI. COS. V.
P. P. OPT. PRINC
- - - - - - - - - - MVNIFICENTIAM
SVAM SOBOLEM
QVAE ITALIAE
IVVEN. ANCONAE
- -

Posita fuit Inscriptio Anno Christi 108. aut duobus subsequentibus. Erga *Anconitanos* potissimùm Trajanus munificum se præbuit, restituto ibi Portu: cujus beneficii memoria in altero nobiliori lapide, qui adhuc ibi visitur, superest.

1 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.

SINGVLARIS INTEGRITATIS
ET BONITATIS EXSIMIAE
M. AVR. CONSIO QVARTO
IVNIORI. C. V. CORRECTORI
FLAMINIAE ET PICENI
PONTIFICI MAIORI
PROMAGISTRO ITERVM
DVODECIMVIRO
ANCONITANI ET
FANESTRES CLIENTES
PATRONO

Heic habemus non *Anconitanos* tantùm, sed & Cives *Fani Fortunæ*, elegisse sibi Patronum *Clarissimum* hunc *Virum*, *Correctorem Flaminiæ & Piceni*. *Ancona*, seu *Ancon* sine dubitatione *Piceni* Civitas fuit. *Fanum* quoque in ea Provincia numeratum fuisse ostendit Cardinalis Norisius Cap. 10. Dissertation. de Quinta Synodo. *Duodecimvirûm* mentionem non memini me videre in aliis lapidibus. Fuerit hic peculiaris aliquis earum Urbium Magistratus.

2 *In oppido Tucci,*
nunc Martos, *in Hispania.*
E schedis P. Cattanei, Minoris Observantis, Regiensis.

L. AELIVS EPAPHRO
DITVS ANDVRENSIS
ANN. XXII.
PIVS IN SVIS H. S. E
S. T. T. L

Quisnam locus olim in Hispania fuerit *Andura*, eruditis Hispanis investigandum relinquo. *Andorra* nostri temporis, *Andura* veterum fortasse fuit.

4 *Romæ, in Museo Albano.*
Misit Laurentius Maffejus V. Cl.

- -
- - - - - - - - - - - - - - - - AVG DVCENARIO
PRAEF. VEHICVL. A. COPIS. AVG
PER VIAM. FLAMINIAM
CENTENARIO. CONSILIARIO
AVG. SACERDOTI CONFARREATI
ONVM. ET. DIFARREATIONVM
ADSVMPTO. IN. CONSILIVM AD H-S. LX. M. N̄
IVRISPERITO. ANTIATES. PVBL.

Lapis ad tempora Augusti spectat. Sunt heic quædam rara. Quamquam *Consiliarius* vox a melioribus Latinis, a Tullio potissimùm, usurpata fuerit, vix tamen in priscis lapidibus legi consuevit, si Gruterianum unum exemplum excipias pag. 458. num. 7. in quo *Consiliarius Augustorum occurrit*. Rarissimum quoque est *Sacerdos Confarreationum, & Difarreationum* Apud Romanos veteres Matrimonia firmabantur ritu *Confarreationis*, quod panis farreus utrique conjugi præberetur, ut noscerent, se eodem pane in posterum simul pascendos, aut etiam ut illo ad sacrificium uterentur. Nam & *Sacrificio* firmabantur nuptiæ coram Pontifice, & Flamine Diali. Auctor est Boëthius in Topicis, ad solos *Pontifices* Confarreationem spectasse. Habemus heic, & ad *Sacerdotes*. *Difarreatio* significat dissolutionem Matrimonii, quam non sine sacris Ministris factam vides. Sed hic ritus, Facito teste in Annalium Lib. 4. Cap. 16. post Augusti tempora sensim in desuetudinem abiit. Siglæ AD HS. LX. M. N̄. significant *Ad Sestertiûm Sexaginta Millia Numero*. Habebatur enim ratio census, sive fortunarum, quas quisque possidebat, ut locum is habere posset Romæ inter Senatores & Equites Romanos; in Municipiis verò, ut quis Decurionatum, aliasve Dignitates consequerêtur. *Antium*, nobilem olim Urbem, & erudito cuique Lectori notam, de cujus Populo heic sermo est, silens prætereo.

3 *Ancyræ.*
Ex Clariss. P. Montfauconio.

ΔΙΙ ΗΛΙΩ ΜΕΓΑΛΩ
ΣΑΡΑΠΙΔΙ
ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΣΥΝΝΑΙΟΙΣ ΘΕΟΙΣ
ΤΟΥΣ ΣΩΤΗΡΑΣ ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΥΣ
ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΩΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ
ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΝΕΙΚΗΣ
ΚΑΙ ΑΙΩΝΙΟΥ ΔΙΑΜΟΝΗΣ
Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΚΑΙ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΚΟΜΜΟΔΟΥ
ΚΑΙ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΑΥΤΩΝ ΟΙΚΟΥ
ΚΑΙ ΥΠΕΡ ΒΟΥΛΗΣ ΚΑΙ ΔΗΜΟΥ
ΤΗΣ ΜΗΤΡΟΠΟΛΕΩΣ ΑΓΚΥΡΑΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ

Ideſt:

Jovi, Soli, Magno
Serapidi,
Et Ejusdem Templi Diis
Servatores Dioscuros
Pro Imperatorum
Salute & Victoria
Et Perennitate
Marci Aureli Antonini,
Et Marci Aureli Commodi,
Et Pro Universa Ipsorum Domo,
Et Pro Senatu Ac Populo
Metropolis Ancyræ.
Apollonius Apollonii.

Ancyra, Galatiæ Metropolis. Ibi Templum *Jovi*, *Soli*, ac *Serapidi Magno* sacratum. In eo quoque alii Dii colebantur, quibus Ancyrani addita voluere simulacra *Dioscurorum*, sive Castoris & Pollucis. Circiter Annum Christi 176. donarium istud dicatum fuit.

5 *Antii ad Portum.*
Ex P. Vulpio Societatis Jesu Presbytero.

DIIS MANIBVS
T. FLAVIO AVG. LIB
EVANGELO TABLARIO
PRAETORI ANTIATINI
M. VLPIVS AVG. LIB. ERISCVS
PARENTI BENEMERENTI
H. M. H. N. S.

TABLARIO est pro TABVLARIO. Si legas PRAETORIS, habes *Tabularium Prætoris* ANTIATINI. Si *Prætori*: sciscitaberis, cur non *Antiati* vel *Antiatino* scriptum fuerit. Sed tam *Tabularius Prætoris*, quàm *Prætor* in singularibus Civitatibus, uti rarissimum munus in Inscriptione ista animadvertendum est,

6 *Romæ. In Museo Eminentiss. Cardinalis Albani.*
Misit doct. Vir Antonius Brandanus,
ejus Bibliothecæ Præfectus.

IMP. CAES. D. ANTONINI. PII.
FILIO. DIVI. HADRI
ANI. NEPOTI. DIVI TRAIANI
PARTHICI. PRONEPOTI DIVI
NERVAE. ABNEPOTI
L. AVRELIO. VERO. AVG.
TRIBVNIC. POTESTAT. COS. I̅I̅.
ANTIATES. PVBL.

Duas priores lineas, quæ exciderant, scite supplevit doctissimus Brandanus. Elogium hoc dicarunt *Antiates* Anno Christi 161.

1 *In* Cività d'Antina,
in Marsis.
Ex Mutio Phœbonio.

D. M.
VARIAE MONTANAE QVOD PAR PA
RENTI ERAT FACERE FILIAM MORS
IMMATVRA FECIT VT VIVERET IN
FELIX PARENS VIXIT ANN. XXII. VA
RIA ODYNE ET MONTANVS POPV
LI ANTINATIVM A....... SOROR
CARISS. ET PIENTISS.

Phœbonii incuriam in exscribendis antiquis Epigrammatis sæpe dolui. An heic ille quidquam defecerit, statuere nescio. *Atinates* quidem Populos novi, *Antinates* prorsus ignoro.

3 *Florentiæ,*
in Museo Mediceo.
Ex Gorio.

ΛΟΤΚΙ. ΛΟΝ Π
ΡωΤΟΓΕΝΗ
ΧΑΙΡΕ
ΑΝΤΙΟΚΕΤΟ
Τ ΔΑΦΝΗϹ

Ideſt, ex conjecturâ Gorii:

Lucillum P
rimogenitum
Vale
Antiochensis
ad Daphnem.

Sed aut marmor deficit, aut non satis accurate descripta epigraphe. Heic certe neque Grammaticam, neque sensum offendis. Ego legerem

ΛΟΤΚΙΛΛΟΤ Π
ΡωΤΟΓΕΝΗ
ΧΑΙΡΕ
ΑΝΤΙΟΚΕΤΣ
ΤΠΟ ΔΑΦΝΗϹ

Ideſt:

Lucilli (nate)
Protogenes
Vale
Antiochensis
Ad Daphnem.

Celeberrima apud omnes veteres Urbs *Antiochia*, Syriæ Metropolis, a Strabone quoque appellatur *Antiochia ad Daphnem*. Suburbium, & Lucus ibi æque celebratus, *Daphnes* nomen gessit.

6 *Romæ.*
Ex P. Montfauconio.

D . M
T. AVR. APOLLINARI
NAT. SIRVS APAMENVS
VIX. ANN. XXXVII
T. AVR. AVGVSTIANVS
LIBERTO B. M. F

2 *In ruinis Urbis Antinoës in Ægypto.*
Misit Joseph Bimard de la Bastie *Montis Seleuci Baro.*

ΑΓΑΘΗΙ ΤΤΚΗΙ
ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΙ ΚΑΙΣΑΡΙ
ΜΑΡΚΩΙ ΑΤΡΗΛΙΩΙ
ΣΕΟΤΗΡΩΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΩΙ
ΕΤΣΕΒΕΙ ΕΤΤΤΧΕΙ.......
....
ΑΝΤΙΝΟΕΩΝ ΝΕΩΝ
ΕΛΛΗΝΩΝ ΠΡΤΤΑΝΕΤΟ
ΝΤΟΣ ΑΤΡΗΛΙΟΤ.........
-----ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΤ

ΕΠΙ ΤΩΝ ΣΤΕΜΜΑΤΩΝ
ΚΑΙ ΟϹΧΡΗΜΑ..........

Ita vertit, ac supplevit Bimardus.

Bonæ Fortunæ.
Imperatori Cæsari
Marco Aurelio
Severo Alexandro
Pio Felici
Augusto Senatus Populusque
Antinoënsium Novorum
Græcorum, Prita-
ne Aurelio ---------
------ *Et Apollonio*
Curatore
Coronarum sacrarum --------

Ut mihi significavit doctissimus Bimardus, unicum hoc monumentum literatum hactenus in Ægyptiacæ Urbis illius ruinis deprehensum fuit, quod ex nomine *Antinoi* sui Hadrianus Augustus ædificavit. Fortasse Græcis Colonis inhabitanda tradita fuit Civitas illa, ac propterea *Antinoënses* appellant se Νέους Ἕλληνας, *Novos Græcos*: nisi cognomen *Novi* indicet primarios Magistratus, quales in aliis Græcorum, Asiæque Civitatibus animadvertit Spanhemius.

4 *Romæ.*
Ex Vignolio.

EVNVS SELEVCI. F
ANTIOC.
VIXIT. AN. XIIX.

Sit-ne hic altero nomine *Antiochus*, an Patriâ *Antiochenus*, decernere ego non ausim.

5 *Antipoli.*
Ex Marchione Maffejo.

C. TVLL FLAMINIVS
DECVRIONIS FILIVS
DOMO CATINA EX PROVIN
CIA SICILIAE INCOLA ANTI
POLITANVS SIBI ET S

Antipolis, nunc *Antibo*, Civitas Galliæ Narbonensis, in ora maritima Provinciæ. CATINA est heic pro CATANA celebri Siciliæ Urbe.

1 *Romæ,*
apud Marium Delphinum.
E schedis Ptolomeis.

Θ. K.
ΝΕΙΚΗ Η ΚΑΙ
ΜΑΡΚΕΛΛΕΙΝΑ
ΑΠΑΜΙϹϹΑ
ΕΤΩΝ ΛΕ ΕΤΙΕΝΗ....
ΕΝ ΤΟΙϹ ΚΥΡΙΟΥ
ΚΕΛϹΟΥ ΧΩΡΙ
ΟΙϹ ΕΝΘΑΔΕ

Ideſt:

Diis Manibus
Nice, Quæ Et
Marcellina
Apamienſis
Annorum XXXV......
In Domini
Celſi Locis
Heic (ſubaudi *jacet.*)

Quinque, aut ſex Urbes *Apamiæ* nomine in Oriente donatas antiqui Geographi recenſent. Omnium celeberrima, quæ ad Orontem in *Syriâ* ſita fuit. Civis in ea fortaſſe fuerit *Marcellina* iſta.

2 *Ibidem. Ex P. Montfauconio.*

ΘΕΟΙϹ ♡ ΚΑΤΑΧΘΟΝΙΟΙϹ
ΕΝΘΑΔ' ΕΓΩ ΚΕΙΜΑΙ ΟΛΥΜΠΙΑ ΕΤΩΝ
ΚΒ. ΕΛΛΗΝ ΜΕΝ ΤΟ ΓΕΝΟϹ ΠΑΤΡΙϹ Δ'ΕΜΟΙ ΗΤΟΝ
ΑΠΑΜΕΑ. ΟΥΔΕΝΑ ΛΟΙΓΗϹΑϹΑ ΟΥ ΜΕΙΧΡΟΗ ΨΥΧΗΝ ΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ
ΚΡΑΔΙΗΝ. ϹΤΗΛΗΝ Δ' ΗΝ ΕΠΥΗϹΑ ΚΑΤΑ ΧΘΟΝΑ ΔΑΚΡΥϹΙ ΘΕΡΜΟΙϹ
ΠΑΡΘΕΝΟΝ ΗΝ ΕΛΑΒΟΝ ϹΩΤΑϹ ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ ΠΕΠΟΙΚΑ. ϹΤΟΡΓΗ
ΓΑΡ ΜΕΓΑΛΗ ΤΩΝ ΑΜΦΩΤΕΡΩΝ ΔΙΕΜΕΙΝΕΝ. ΩϹ ΟΠΟΥ ΦΩϹ
ΤΟ ΓΛΥΚΥΝ ΠΑΡΕΜΕΙΝΕ ΑΚΤΕΙϹΙ ΕΠΙΛΑΜΠΩΝ. ΗΔΥΝ ΑΠΟ
ϹΤΟΜΑΤΟϹ ΚΑΙ ΓΛΥΚΥΝ ΩϹ ΜΕΛΙΤΙΝ. ΤΑΥΤΗΝ ΤΗΝ ϹΤΗ
ΛΗΝ ΕΠΥΗϹΑ ϹΩΤΑϹ ϹΕ ΦΙΛΗϹΑϹ. ΦΥΧΗ ΔΙΨΩϹΗ
(*ſic*)
ΨΥΧΡΟΝ ΥΔΡΩ ΜΕΤΑΔΕϹ
(*ſic*) ΑΔΕΦΟϹ ΤΑΥΤΕϹ ΕΠΕΓΡΑΨΕΝ

Ideſt:
Dis Manibus.
Heic Jaceo Olympia Annorum XXII. Græca Quidem Genere, Patria Mihi Erat Apamea. Neminem Læſi, Non Parvi Animam, Non Magni Cor. Quem Poſui In Terra Cippum, Fervidis Cum Lacrymis Ego Sotas Olympiadi, Quam Virginem Duxeram, Effeci. Amor Nam Vehemens Inter Ambos Perſeveravit. Quamvis Illud Dulce Radiis Illuſtrans Perſeveravit; Dulce, Ab Ore Manans, Dulce Mellis Inſtar. Hunc Cippum Effeci Sotas, Tui Amore Ductus. Sitienti Animæ Frigidam Aquam Subminiſtrans.
Hujus Frater Inſcripſit.

Fabrettus Græca dederat. Clariſs. Montfauconius verſionem edidit.

3 *Antiquariæ,*
in Hiſpania.
E ſchedis Farneſiis, & P. Cattanei.

P. QVINTIO. P. F.
HOSPITI ANTIK
HOSPITALIS F
P. QVINTIVS HOSPITALIS
D. S. P. D. D

4 *Ibidem.*
Ex eiſdem ſchedis.

QVINTIAE. P. F. GALLAE
ANTIK. HOSPITALIS F
P. QVINTIVS HOSPITALIS
D. S. P. D. D

Poſtremæ ſiglæ in utroque ex his lapidibus ſignificant *De Sua Pecunia Dono Dedit*. *Antiquariam*, quam heic exprimi vides per vocabulum ANTIK, Hiſpaniæ Oppidum, nunc in Regno Granatenſi ad fines Vandaliciæ, ex Tabulis Itinerariis Antonini agnovimus. Anonymus quoque Ravennas ejuſdem meminit. *Anticaria* potius, quam *Antiquaria* ei nomen fuiſſe, hæ duæ Inſcriptiones teſtari poſſunt. Nunc Hiſpanâ dialecto *Antequera* appellatur.

5 *Romæ, apud Vincentium Pernam. Ex Ligorio.*

ΑΛΚΗϹΤΙϹ ΤΟΥΝΟΜΑ
ΤΩΙΔΕ ΕΠΙ ΤΥΜΒΩΙ ΚΕΙ
ΜΑΙ ϹΥΝ ΘΥΓΑΤΡΙ ΕΡΜΙΟΝΗ
ΒΙΩϹΑϹΑ Δ̄. ΚΑΙ Κ̄. ΕΤΟϹ ΠΑ
ΤΡΙϹ ΔΕ ΜΟΙ ΥΠΑΡΧΕΙ ΑϹΙΗ
ΘΕΝ ΑΦΡΟΔΙϹΙΑϹ. ΕΥϹΕΒΕΙ
ΗϹ ΔΕ ΕΙΝΕΚΑ ΗϹ ΤΟΥΝΟΜΑ
ΕΚΟϹΜΗϹΑ ΚΑΙ ΓΕΓΟΝΑ ΑΛ
ΚΗϹΤΙϹ ΕΚΕΙΝΗ ΗΝ ΠΑΛΑΙ ΦΙ
ΛΑΝΔΡΟϹ. ΗΝ ΚΑΙ ΘΕΟΙ ΚΑΙ ΒΡΟ
ΤΟΙ ΕΜΑΡΤΥΡΗϹΑΝ ΣΩ
ΦΡΟϹΥΝΗϹ ΕΙΝΕΚΑ ΤΟΥ
ΤΩΝ ΔΕ ΜΟΙ ΜΙΖΩΝ ΜΑΡ
ΤΥϹ ϹΥΜΒΙΟϹ ΟϹ ΚΑΙ ΕΥ
ϹΕΒΙΗΝ ΠΑϹΑΝ ΕΙϹ ΕΜΕ
ΕΞΕΤΕΛΕϹΕΝ ΩΙ ΚΑΙ ΘΕ
ΟΙ ΑΜΟΙΒΑϹ ΚΑΙ ΤΑ ΔΙΚΑΙΑ
ΤΑ ΗΜΕΡΑ ΑΠΟΔΟΙΕΝ
ΚΛ. ΜΑΞΙΜΟϹ ΙΔΙΑ
ΣΥΒΒΙΩΙ ΚΑΙ ΘΥΓΑΤΡΙ
ΜΝΗΜΗϹ ΕΙΝΕΚΑ ΕΠΟΕΙ

Ideſt:
Alceſtis Nomine
*Hoc In Tumulo Jaceo Cum Filia Hermione, Quæ Vixi Annos XXIV. Patria Verò Mihi Contigit In Aſia Aphrodiſias. Pietatis Autem Profeſſione Illius (*Urbis*) Nomen Exornavi. Et Eadem Alceſtis Ipſa Eram Olim Viri Studioſa; Cui Et Dii Et Homines Teſtimonium Reddidere De Pudicitiâ. Omnium Autem Mihi Major Teſtis (*eſt*) Maritus, Qui Etiam Pietatem Omnem In Me Abſolvit. Cui Quoque Dii, Et Juſta Noſtra Vices Rependant.*
Claudius Maximus Suæ Conjugi Et Filiæ Memoriæ Cauſâ Faciebat.

Plures *Aphrodiſias* Civitates agnovit antiquitas. Ut ſuam patriam mulier hæc a ceteris diſtinguat, addit ΑϹΙΗΘΕΝ *In Aſia*. Quare veri videtur ſimile, heic innui *Aphrodiſiam* Ciliciæ Urbem, de qua Geographi veteres conſulendi.

1 *Romæ, in ædibus Evangelistæ Magdalenes.*
E schedis meis.

Θ. Κ.
ΕΥΔΑΜΟC
ΚΑCΤΟΡΟC
ΑΦΡΟΔΕΙCΕΥC
ΚΑΙΡΕ

Ideſt:

Diis Manibus.
Eudamus
Castoris (filius)
Aphrodiseus.
Vale.

2 *Ibidem,*
sub statuâ Centauri,
nuper Tibure effossâ.
Apud Illustrifs. Furiettum.
Misit Johannes Joseph Ramaginius.

ΑΡΙCΤΕΑC ΚΑΙ ΠΑΠΙΑC ΑΦΡΟΔΕΙCΕΙC

Ideſt:

Aristeas Et Papias Aphrodisienses.

3 *In Elidis Templo, ad Jovis pedes. Ex Pausania.*

ΜΝΑΜΑΤ' ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΣ ΑΝΑΚΕΙΜΕΘΑ ΤΑΝ ΕΝΙ ΠΟΝΤΩΙ
ΙΟΝΙΩΙ ΦΟΙΒΟΣ ΩΙΚΙΣ ΑΚΕΡΣΕΚΟΜΑΣ
ΟΙ ΓΑΡ ΤΕΡΜΑΘ' ΕΛΟΝΤΕΣ ΑΒΑΝΤΙΔΟΣ ΕΝΘΑΔΕ ΤΑΥΤΑ
ΕΣΤΑΣΑΝ ΣΥΝ ΤΟΙΣ ΕΚ ΘΡΟΝΙΟΥ ΔΕΚΑΤΑΝ

Ideſt:

Monimenta hæc sunt Apolloniæ Urbis, quam in Ponto
Ionio Phœbus intonsus condidit.
Qui Abantidis regionem ceperunt, heic
Una cum Throniis statuerunt decimam.

Apolloniæ nomine donatàs complures Civitates apud veteres novimus. Hæc mihi creditur Mysiæ Civitas, ad oram Jonii maris sita. *Abantis regio*, est *Insula Eubœa*, nunc *Negroponte*. *Thronii* Populi Achajæ fuerunt.

4 *Ephesi,*
ad fornicem XL Aquæductus.
E schedis D. de la Condamine
misit Bimardus.

ΤΟΝ ΚΡΑΤΙΣΤΟΝ ΕΠΙΤΡΟΠΟΝ
ΤΟΥ ΣΕΒ Η ΑΠΟΛΛΩΝΙΑ
ΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΝ ΡΥΝΔΑΚΟΝ
ΠΟΛΙΣ ΤΟΝ ΙΔΙΟΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ ΤΗΣ
ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΚΑΤΑ ΨΗΦΙΣΜΑ
ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΤΩΝ ΠΕΡΙ
[illegible] ΟΡΝΗ ΑΠΩΛΛΙΝΑ
ΡΙΟΝ
Μ. Α. ΡΟΥΦΟΝ

Ex versione Bimardi.

Optimum Procuratorem
Augusti, Apolloniata-
rum Ad Ryndacum Fluvium
Civitas, Benefactorem Suum
Curam Agente
Erectionis (fort. Statuæ) *Secundùm*
Decretum Civitatis
Cornelio Apollinari,
Marcum Aurelium Rufum
(honorat.)

5 *Ibidem.*

ΤΙΒ. ΚΛ. ΚΑΛΛΙΚΛΕΑΝΟΝ

Ideſt:

Tiberium Claudium Callicleanum.

Apolloniam hanc Bithyniæ Civitatem designat *Ryndacus* fluvius.

6 *Augustæ Taurinorum.*
Ex Donio.

P. CORNELIO
L. F. STEL
DECVRIONI
AP. IVDICI
DEC. IV
CORNELIA. P.
FIL. PRISCA
T. F. I.

AP. ideſt APTENSI. Quæ nunc in Provincia Gallico-Romana Civitas Episcopalis appellatur *Apt*, olim fuit nuncupata *Apta Julia Vulgientium*, teste Plinio. *Colonia* quoque *Apta* memoratur in vetustis lapidibus. *Cornelius* hic fortasse *Decurionis* munere quater ibidem functus fuit, nisi ea verba IVDICI DEC. IV. interpretari potius velles *Judici Decuriæ Quartæ*.

7 *Nemausi.*
Ex Marchione Maffejo.

T. ALBVCIO
TERTIO
VOL AQVENSI

Aqui-Sextienses in Tribu *Voltinia* fuere descripti. Quod rarum est, VOL. post Nomen minime signatur, uti fere semper in aliis lapidibus. Vide subsequentem, ubi eadem Tribus sedem suam occupat.

8 *Narbone. Ex eodem.*

L. STATIO
VOL
NASONI
AQVIENSI

1 *In Civitate Austriæ, nunc* Cividale.
Misit Canonicus Bertoli.

AGATHV
I. LIBEROR. IV
DIVINA MAIES....
CONSECVTVS---
VI. VIR. AQVIL
FECIT. SI....

Agatho iste *Jus Liberorum Quatuor* consecutus fuit *divinâ Majestate*. Quæ postrema verba aliquid peregrinum sapiunt, siquidem eo nomine significari opinor Imperatorem, aut Imperatores. Fuit is *Sevir* in splendidissima olim Urbe *Aquileja*.

4 *Ibidem, in Monasterio.*
Ex eodem.

FABIVS. L. F. AQ.
FIERI IVSSIT
ALEX. ET. F.

5 *Ibidem. Misit idem Bertoli.*

ISI. SACR
L. MAGIVS
PHILEAS. $\overline{VI}$. VIR
AQ.V.IL. OB
SALVT. GRATTIANI
FIL. ET. GRATTIAE

6 *Romæ, apud Cardinalem Chisium. Misit Bimardus.*

D M
IVLIO MA
RCO DECV
RIONI ARICI
NORVM OMNI
MVNERI FVN
TO QVI VISIT A
NNIS XII MSIB
VS DVOBVS. D
IEBVS DVOBVS
ORAS VI AVR
EL IVCCA ET IV
LIA HERMIO
NE PARENTES
DVLCISSIMI
F Y C F

Pro ANNIS XII. Clariss. Bimardus legit in octava linea XLI. & merito: nam impuberes fieri non poterant Decuriones. In linea duodecima legit AVRELIVS TVCCA. Hic autem fuit *Decurio* Aricinorum, nempe in oppido Latii *Ariciâ*, nunc *la Riccia*, cujus est mentio apud Horatium, Antoninum & alios. In postremis siglis illud Y. vitiatum puto. Reliquas interpretor *Filio Carissimo Fecerunt*, aut *Curarunt Faciendum*.

2 *Aquilejæ.*
Ex Philippo a Turre Episcopo Hadriensi.

CERVONIA. TICHE
V. F. SIBI. ET. LIB. LIBQ. POSTQ. EOR.
SI. QVIS. HANC. ARCAM. SIVE. HOC
MONIMENT. VENDERE. AVT. EMERE
AVT. EXACISCLARE. VOLET
TVM. POENAE. NOMINE. H-S XX
REIP. AQVIL. DARE. DEBEBIT

EXACISCLARE pro *Frangere* positum heic sensus verborum docet. Barbaricum verbum ex Latina voce efformatum. In Isidori Glossis legimus, *Asciam*, & *Asciolam* appellatam quoque fuisse *Aciscolum*, & *Acisclum*. Inde originem sumsit hoc verbum. Porro quid *Ascia* fuerit, vide supra, in Notis ad Inscriptionem *C. Cati Driburonis* in Classe VII. Heic autem mentio est *Aquilejæ*, Urbis olim, dum stetit, inter præcipuas Italiæ ab Ausonio, & aliis enumeratæ. Ad eam quoque subsequentes lapides pertinent.

3 *Aquilejæ.*
Misit Johannes Dominicus Bertoli Canonicus Aquilejensis.

C. HELVIVS IVLIANVS
IVLIAE FORTVNATAE
CONIVGI. CASTISSIMAE
ET. INCOMPARABILI
HVIC. SPLENDIDISSIMVS
ORDO. AQVILEIENSIVM
- -

7 *In Castello Casalis*
agri Cortonensis, in Sancti Michaëlis.
Ex Gorio. Cl. V.

D M
L. CALLI. ARIMI
NENSIS
MARCIA. SERENA
VXOR. CONIVGI. IN
COMPARABILI. ET
L. CALLIVS. CRISPINVS
FIL. PATRI. PIENTISSIM.
ET LIB PATRONO IN
DVLGENTISSIMO
B M

Ariminum præclaram Urbem quis non novit?

8 *Sassinæ.*
Ex Phil. Antonino.

L. AVSINIVS. L. F. PVBL. ARRIANVS
C. C. MVNICIP. ARRETIN

C. C. idest *Collegio Centenariorum Municipii Arretini*. Dedit & Gruterus ex Aldo, pag. 372. num. 12. sed corruptam. Antonino Sassinatium Historico major fides debetur.

9 *Senis, apud Senalongam ante Paganicam.*
Ex Gorio.

D. M.
C. VMBRICIO.....CELERI
ARRETINO. EQVITI
- -

Perquam rara *Equitum* mentio in Provinciis.

1 *Arretii,*
in columna porticus Palatii publici.
Exſcripſi ego.

DECVRIONES ARRE
TINORVM VETERVM

Jam alibi monui, *Arretinos Veteres* appellatum fuiſſe Populum Civitatis Etruſcæ, quæ nunc Italice *Arezzo* vocatur, ut ab aliis Arretinis diſtingueretur. Duplici verò RR. ſcribi *Arretium* ab antiquis conſuevit. Ἀῤῥήτιον quoque Stephano nuncupatur.

2 *Viterbii,*
in Epiſcopio.
Ex Ligorio, & e ſchedis Capponiis.

GENIO. SANCT. SACRVM
IVL. SILVANVS. ET------
DECVRIONES
ARRETINORVM
VETERVM

3 *Arretii,*
apud Johannem Hieronymum Baccium.
Exſcripſi.

P. HELVIO ARRETI
NO
SEX VIR. AR---------

4 *Romæ,*
in Cœmeterio Cyriacæ.
Ex Boldetto.

ΕΤΑΦΕ ωΔΕ ΕΤΣΕΒΙΣ
ΑΒΕΔΝΕΣΟΤΒΙ ΚωΜΗΣ
ΑΡΡωΝ ΟΙΝΟΦΟΡΟΤ

Ideſt:

Sepultus Eſt Heic Euſebis
Abedneſubi Pagi
Arrhorum Viniferi.

Arrhorum Civitas Syriæ tribuenda videtur. Certe in Meſopotamia celebris Urbs *Carrhæ* fuit. Atque in Nummis *Carrhenorum Colonia* occurrit. *Haran* quoque in ſacris Literis eadem atque *Carrha* creditur.

5 *Arundæ*
in Regno Granatenſi.
E ſchedis P. Cattanei.

LICINIANO IVNIO...L. COR.........ANOB.
MEALIA L. IVNI LICINIANI PATER.....VS
AMICO. MIR. STATVAM......LOCO....A. S....
DISS. ORDINE ARVNDENSIS CIRCENS.....
TVS D D

Erroribus undique ſcatet. *Arunda* olim Civitas Hiſpaniæ Bæticæ, a Plinio & Ptolomæo memorata, quæ fortaſſe nunc *Ronda* Civitas.

6 *Aſtigi in Hiſpania,*
prope Portam de la Puenta.
E ſchedis meis.

D . D
P. NVMERIO MARTIALI
ASTIGITANO
IIIIII. VIRO. COL....... COL. AVG.

NVM-----------------
PATRONO OPTIMO ET
INDVLGENTISSIMO
D. S. P. D
EX EDITIS CIRCENSIBVS
DEDICAVIT

Aſtigis Hiſpaniæ Bæticæ Civitas, nunc *Ecija* in Vandalicia Provincia, nunc *Andaluzia*, a Plinio appellatur *Colonia Auguſta Firma*, uti & in Gruteriana Inſcriptione pag. 101. num. 8. Hæc monumentum poſuit *Martiali* huic grati animi cauſsâ, quod *Circenſes* edidiſſet.

7 *Aloræ in Hiſpania,*
in Sancti Nicolai.
E ſchedis Cyriaci apud Philippum Stoſch Baronem Clariſs.

IMP. CAES. AVG
DOMITIO AVRELIANO
PIO FEL. INVICTO AVG
R. P. ASTIG. DEVOTA
NVMINI MAIESTATIQVE EIVS

Siglæ R. P. ASTIG. ſignificant *Res Publica Aſtigitana*. Elogium hoc prodierat apud Gruterum pag. 276. num. 6. ex Mazochio petitum, ſed omiſſo *Aureliani* nomine. Perperam quoque poſuit Gruterus lapidem hunc *Romæ in Sancti Nicolai in Carcere Tulliano*.

8 *In vico inter* Pratta Picciola,
& S. Arpino *Regni Neapolitani.*
Ex Matthæo Ægyptio V. Cl.

C. CAELIO CENSORI
NO. V. C. PRAEF. CANDI
DATO. CONS. CVR. VIAE
LATINAE CVR. REG. VII.
CVR. SPLENDIDAE CAR
THAGIN. COMITI D. N.
CONSTANTINI MAXIMI AVG.
ET EXACTORI AVRI ET ARGENTI
PROVINCIARVM III. CONS. PRO
VINC. SICIL. CONS. CAMP. AVCTA
IN MELIVS CIVITATE SVA ET REFOR
MATA ORDO POPVLVSQVE ATEL
LANVS
L. D. S. C.

Atella Civitas Campaniæ elogium hoc poſuit C. Cælio Cenſorino Viro Clariſſimo, ac Civi ſuo, cujus ſplendida munera eruditionis ſegetem præbent non contemnendam.

9 *Belignæ,*
in agro Aquilejenſi.
Miſit Canonicus Bertoli.

M. FABIVS. L. F
DOMO ATESTE

DOMO ideſt *Patriâ*. *Ateſte*, nunc Italice *Eſte*, nobilis olim Venetiæ Civitas, & Romanorum Colonia, florentiſſimum adhuc Oppidum, cui honorem addidere præclariſſimi Principes & Marchiones Eſtenſes, ſive Ateſtini.

1 *Athenis,*
ad Arcum Hadriani.
E schedis Cyriaci.
Misit N. V. Abbas Compagnonius.

In prima facie.	*In altera facie.*
ΗΔΕΙΣ ΑΘΗΝΑΙ ΘΗΣΕΩΣ Η ΠΡΙΝ ΠΟΛΙΣ	ΗΔΕΙΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΚΑΙ ΟΥΧΙ ΘΗΣΕΩΣ ΠΟΛΙΣ

Ideſt:

Jucundæ Athenæ Theſei Antea Civitas. *Jucundæ Hadriani Et Non Theſei Civitas.*

In ſecundo verſu repetendum videtur (niſi ἡδεῖς ſit ab ᾄδω) ΑΘΗΝΑΙ, ideſt *Athenæ*. Celebratiſſimam hanc Civitatem, cur *Theſei Urbem* veteres appellarint, ediſſeret tibi Plutarchus in Theſeo. Tot in eam poſtea Hadrianus Auguſtus beneficia contulit, ut *Hadriani Urbs* cœpta ſit honoris cauſsâ appellari. Vide Spartianum in ejus Vita.

2 *Venetiis,*
in Bibliotheca publica.
Miſit Octavius Bochius J. C. Venetus.

ΔΗΜΗΤΡΙΕ ΔΙΟΓΕΝΟΥ
ΑΘΗΝΑΙΕ ΧΑΙΡΕ

Ideſt:

Demetrie (fili) *Diogenis*
Athenienſis Salve.

4 *Atinæ in Regno Neapolitano.*
Ex Matthæo Ægyptio.
Miſit etiam N. V. Franciſcus Valletta
Juriſconſ. Neapolita.

IOVI ET
DIS PENATIBVS
P. NANONI DIO
PHANTI AVGVSTA
LES ATINATES

Atina ſecundâ brevi uti Ægyptius ſcribit, olim Lucaniæ Civitas, nunc in Provincia Principatus Citerioris Plinio memorata, ab Atina Campaniæ Civitate celebri Romanorum Colonia differt. Non longe diſtas a *Polla*, quæ creditur vetus *Marcelliana* in Itinerariis memorata.

6 *In Vico* Entreroches, *Genevenſis agri. Miſit Bimardus.*

IMP
CAES. TRAIANO
HADRIANO
AVG. P. M. TRIB
POT. COS. III. P. P
AVENTICVM
M. P. XXXXI

Aventicum Civitas olim Helvetiorum caput, nunc creditur *Avenches*.

7 *Auguſtobrigæ in Hiſpania.*
E ſchedis P. Cattanei.

FLAVIAE RVFINAE AVGVSTOBRIG.
ANN. XXIIII. H. S. E. S. T. T. L.
PARENTES HONORINA ET. C. RVSTENVS
DECIANVS FILIAE FEC

Auguſtobriga nunc creditur *el Pedroſo* in Provincia Vandalicia. Ejus nomen apud Ptolomæum, & Plinium reperias, diſputantibus Eruditis, num ab ea diverſa fuerit *Auguſtobrica*.

3 *In agro Athenarum,*
ad columnam.
E ſchedis meis.

ΔΑΜΩΝ
ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΥ
ΑΘΜΟΝΕΥΣ

Ideſt:

Damon
Dionyſiodori
Athmoneus.

Athmonei appellatus Athenis Populus Cecropidis Tribus, Stephano teſte.

5 *Ibidem.*
Suppeditavit P. Bonaventura Taulerus.

P. TETTIO. P. F. RVFO
PONTIANO
Q. TR. PL. PR. LEG. XX.
ATINATES VRBANI
PATRONO. D. D.

Q. TR. PL. PR. LEG. XX. ideſt *Quæſtori*, aut *Quinquennali*, *Tribuno Plebis*, *Præfecto Legionis Vigeſimæ*. Ad Lucaniæ Civitatem iſta quoque pertinet.

8 *Salonæ.*
E ſchedis Mariangeli Accurſii.

TVLLIAE IANVARIAE
DEFVNC. ANNOR. XL.
C. ALBVTIVS PVBLIVS VI. VIR
AVGVSTAE CONIVGI RARISSIMAE
ET SIBI POSVIT
LOCVS DATVS A FL. SOZONTE

Hic *Albutius* mihi videtur *Seviratus* munere functus in Civitate *Auguſtæ*. Sed quænam hæc, nam complures fuere? *Salonam* ipſam, ubi Marmor exſiſtebat, *Auguſtæ* cognomentum geſſiſſe reor. Apud Spanhemium, & Harduinum Ligorii Nummus hanc epigraphen præfert COL. CLAVDIA AVGVSTA PIA VETER. SALONA. Quod Nummus ex Ligorio prodierit, plenam apud geminos illos Eruditos fidem non impetravit. Verùm Inſcriptio hæc fidem Ligorio adferre poteſt, cujus nomen proſciſſum fortaſſis ultra æquum alibi animadverti.

1 *Salutii,*
in Beatæ Mariæ Virginis.
E ſchedis meis.

I. O. M
P. CVRTIVS. P. F. VICTOR
P. CVRTIVS. P. F. PRIMVS
VI. VIR. IVN. ITER. AVGVSTAE
PRAETORIAE

Auguſta Prætoria, quæ nunc Italice *Aoſta* dicitur, ad radices Alpium Grajarum ſita, caput Ducatus.

3 *Aquini.*
Ex Ligorio.

IOVI. OPTVMO. MAXIMO
PRO. SALVTE. M. AVRELI. ANTONINI. AVG
S. POPVLVSQ. AQVINAS

Aquinum olim Municipium & Colonia Romanorum, ſuum nomen ac dignitatem adhuc retinet.

4 *Albingauni,*
apud Damianum de Aſte.
Miſit P. Petrus Martyr Cangiaſſi, Ord. Prædicat.

P. METILIO
P. F. PAL
TERTVLLINO
CIVI. AVRELIAN
QVAESTORI. DESIGNATO
PATRONO
PLEBS. VRBANA
ALBINGAVNEN
L. D. D. D

Gallica Civitas nunc *Orleans*, ab Aureliano Auguſto nomen ſumſiſſe creditur. Ad Sidonium Apollinarem, qui *Aurelianenſis Urbis* meminit Lib. 8. Epiſtol. XV. accedat & iſta Inſcriptio, illius nomen teſtata. *Albingaunum* ſupra vidimus.

7 *Athenis,*
ſub marmorea ſtatua.
E ſchedis Julii Guaſtavini.

NEIKIAC NEIKIOC
AZINETC AΘHNA

Ideſt:

Nicias Nicius
Azineus Minervæ.

Pro NEIKIOC fortaſſe ſcribendum NEIKIOY, ut ſit *Niciæ* filius. Stephanus, Suidas, & alii, *Azeniam* Populum in Attica *Hippothoontidis Tribus* commemorant. Ad ejuſmodi Populum ſpectare hunc *Niciam* arbitror: & ubi Lexicographi rectam lectionem præbeant, pro AZINETC ſcribendum foret heic AZHNIETC.

2 *In Dacia, ſive Tranſilvania.*
Miſit Apoſtolus Zeno V. Cl.

D . M
T. FABIO. IBIIO
MARO. DOMO
AVGVS. TREVER
QVOND. DEC.......
I.......ANABAR. VIX.
ANNIS. LX.
FABIL. PVLCHER.
ROMANA. AQVI
LEIENSIS. PER TV
TORES. SVOS. POS

Civis *Treverenſis* fuit *Ibiomarus* iſte. *Colonia Auguſta Treverorum* aliunde notiſſima eſt. *Fabilla* (niſi ſit *Fabia*) *Pulcheria* dicitur *Romana Aquilejenſis*. Cognomen fuerit *Romana*, niſi velis, vocem hanc poſitam fuiſſe pro *Italica*. Splendidiſſimæ olim Civitatis *Aquilejæ* rudera illuſtranda ſumſit doctiſs. vir Johannes Dominicus Bertolus Canonicus Aquilejenſis.

5 *Auximi. E ſchedis Sanctii.*

....

--- VNTO SVO DEDIT. EX QVORVM R --
--- VM COLONIS AVXIMATIBVS DAR ---
--- PARIA SENA ALTERNIS ANNIS EMERE---
---K. IVNIAS. AVXIMI PVGNARENT. QVI ---
--- QVOT. ANNIS EOQVE CONSVMERET--

Agitur heic de dando *Paria ſena* Gladiatorum, ut ſpectaculum præbeatur *Colonis Auximatibus*. Porro notum eſt, *Auximum* deductam fuiſſe Coloniam Romanorum.

6 *In Monaſterio Pyri*
agri Tarviſini.
E ſchedis Hieronymi Bononii Tarviſini.
Miſit Nob. V. Antonius Scottus Canonicus Tarviſinus.

L. TITIVS. L. LIB.
LINVS
L. TITIO. L. LIB.
AVXIMO VI. VIRO
PATRONO OPTIMO
FECIT

8 *Barchinone, in baſi ſtatuæ. E ſchedis meis.*

IMP. CAES. M. AV.
CLAVDIO PIO
FEL. AVG. PONTIF.
MAX. TRIB. POT.
COS. ET PROCOS
P. P. MAXIMOQVE
PRINCIPI NOSTRO
ORDO BARC.
DEVOTVS NVMINI
MAIESTATIQVE
EIVS

Ad *Claudium Gothicum*, qui Anno Chriſti 268. Romanum Imperium arripuit, pertinet Inſcriptio. Statua ei a *Barchinonenſibus* dicata videtur Anno ſubſequenti, quo is *Conſul* proceſſit. Et is quidem a Faſtorum concinnatoribus ad eum Annum dicitur *Conſul Secundum*: ſed mihi non creditur ſat firmis nixus fundamentis tunc iteratus Conſulatus Claudii. Ecce nullâ notâ numericâ diſtinguitur heic *Tribunicia Poteſtas*, neque *Conſulatus*, quia utraque dignitas *Prima* erat.

1 *Barchinone.*
E schedis meis.

C. M. P. F.
ADIECTO IN NVMERVM
DECVRION. AB. ORDINE
BARCINONENSIVM
HEREDES EX TESTAMENT.
CVRA AGATHOPI
TROPHIMI. POLYCARPI
LIBERORVM
L. D. EX. D. D.

Si integra est Inscriptio, mirandi locus est, cur figlis tantùm signetur illustris viri nomen. Priores lineæ excidisse mihi creduntur. Pro *Liberorum* lubentius scriberem *Libertorum*.

4 *Non longe ab antiqua Buca in Frentanis, in agro Castri* Penna-Luce.
Misit Abbas Petrus Polidorus.

IMP. CAESARI
T. AELIO HADRIANO. DIVI. F.
ANTONINO
PIO. FELICI AVGVSTO
P. M. TRIB. POT. VIII. COS. III
BVCANI OB MERITA
P.

Frentanos Populos, ad Aternum amnem sitos, describens Plinius Lib. 3. Cap. 12. hæc habet: *Oppida Histonium, Buca, Ortona; Aternus amnis.*

6 *Ibidem.*
E schedis Cyriaci, apud Philippum Stosch.

C. IVLIO. PACATO V. CONS. CAMPANIAE OB
AEQVITATEM IVDICIS ET PATROCINIA IAM PRIVATI
ORDO BENEVENTANVS PATRONO POST FASCES
DEPOSITOS CENSVIT CONLOCANDAM

Dederat hanc Gruterus pag. 390. num. 1. sed mendis deformatam: Is enim legit CLAVDIO PACATO V. C. COS. CAP. Fuit hic *Pacatus*, *Consularis Campaniæ*. Quod æquissimum Judicem in eo munere sese exhibuerit, & quod etiam privatus Patrocinio Populi functus egregie fuerit: Statuam ei ponendam curarunt Beneventani. *Post Fasces depositos* non indicat, Consulem Romanum, sed quidem ipsam dignitatem *Consularis Campaniæ* depositam. Nam, uti Gothifredus, & alii animadverterunt, Consularibus quoque in suo munere *Fasces* præferebantur.

8 *Ibidem.*
Misit Ign. M. Como Neapolit.

AMANTI. OMNIVM. ET. AMATO. OMNIBVS
NOBILI. PARITER. AC. IVSTO. VALERIO
PVPLICOLAE. C. V. CONS. CAMPANIAE. AB. ATAVIS
PATRONO. SPLENDIDISS. ORDO. BENEVENTANVS
ET HONESTISSIMVS. POPVLVS. STATVENDVM
DECREVIT

Pro *Statuendum* scriptum reor STATVAM, aut STATVAM PONENDAM.

2 *Aquilejæ.*
Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.

L. LVCEIO. L. F. LVCVLLO
IIII. VIR. I. D.
BELVNI

Belunium, nunc *Belluno*, Oppidum Venetiæ, memoratum videas a Plinio, & Ptolomæo. Cluverius amat *Rhetorum* oppidum appellare.

3 *In Museo Kempiano.*
Misit Præses de Mazaugues.

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΤΔΙΟΣ
ΘΕΟΦΙΛΟΣ ΤΙΒΕΡΙΟΤ
ΚΛΑΤΔΙΟΤ
ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΟΤΣ ΒΗΣΑΙΕΩΣ

Ideſt:

Tiberius Claudius
Theophilus Tiberii
Claudii Themistoclis
Besæi (filius).

Stephano teste, *Bessa* Locrorum Civitas fuit. Per unicum S. ejus nomen ab Herodiano scriptum Stephanus ipse fatetur. Cui adstipulatur hic Lapis.

5 *Beneventi.*
Misit Ignatius Maria Como Neapolit.

ADELFI
CLODIO CELSINO
INSIGNI. ET. C. V. PRAESTANTI
BENIVOLENTIA. AVCTORITATE. IVSTITIA
CORR. REGIONVM. DVARVM. MEMO
RABILI. ET. PRAETERITORVM IVDICVM
EXEMPLA VIRTVTIBVS OMNIBVS SVPERGRESSO
ORDO. SPLENDIDISSIMVS. BENEVENTANAE
CIVITATIS PATRONO DIGNISSIMO

Corrector Regionum duarum dicitur, ideſt *Apuliæ & Calabriæ*. *Beneventum* insignem Urbem omnes norunt. *Ordo* Decurionum elogium hoc posuit.

7 *Ibidem,*
in Sancti Festi.
Ex Gorio.

C. TVCCIVS. C. F. STELL. SA
BINVS BENEVENTI DECVRIO
VIVVS SIBI ET OFILLIAE
PARATAE VXORI ET TVCCIO
VERECVNDO FRATRI
POSTERISQ. SVIS. FECIT

9 *Narbone.*
Misit Bimardus.

T. VIPONGIVS
HOMVLLVS
BERGVSIANVS
HIC SEPVLTVS EST

Gruterus pag. 926. num. 10. legit BERGVSTANVS, & quidem corrupte. *Bergusianus* heic Patriam indicat. *Bergusia* Mansio fuit inter Augustum & Viennam, memorata ab Auctore Itinerarii Antonini. Nunc est *Bourguin*.

1 *Romæ, in vinea Sancti Antonii in Via Flaminia. Ex Ligorio.*

D . . . M
M. VALERIO. M. F. TER
SERTORIANO
BONONIA
VIX. ANN. LXVIIII
MEN. VIII. D. IIII
HOR. IIX
M. VALERIVS. M. F. TER
MACRINVS
SERTORIANVS
FRATRI MIN
DE. SV. IMPEN. FECIT

Lemonia Tribus fuit, cui adſcripti fuere *Bononienſes*. Cur ergo heic TER. ideſt TERENTINA? Sed Malvaſia pag. 118. & 312. duos alios viros Bononienſes nobis exhibet, quorum alter *Stellatinæ*, alter *Palatinæ* Tribui adſcriptus fuit.

3 *Betulone, in Catalonia. Ex Petro de Marca.*

SABINIAE TRANQVILLINAE
SANCTISSIMAE. AVG. CON
IVGI. D. N. M. ANTONINI
GORDIANI. PII. FELICIS. AVG
ORDO BETVLONENS DE
VOTISSIMVS NVMINI MA
GESTATIQVE EORVM

Betulo, ſive *Bætulo*, nunc *Badalona* in Catalonia, Oppidum fuit Hiſpaniæ Tarraconenſis, ex Plinio antea notum, & ex hoc Lapide, & ſubſequenti magis exploratum. Animadverte, *Gordianum III.* heic exhiberi ſub nomine *Marci Antonini*, tot aliis monumentis, ac præcipue Nummis, *Marcum Antonium Gordianum* referentibus. De hoc nomine olim quoque diſputatum fuiſſe, Capitolinus jamdiu monuit. Verùm heic latere vitium arbitror.

5 *Atripaldæ, in agro Avellinenſi, apud Mennatos. Miſit Ignatius Maria Como Neapolit.*

LVCIO PINARIO. C. F. GAL
NACTAE
AED. II. VIR. Q. TR. MIL. III. LEG
PRAEFECTO BERENICIDIS
M. BIVELLIVS. C. F. GAL.
- - - - - - - - - - - - - - - - - -

Quinque, aut ſex Urbes *Berenice* appellatæ a Stephano numerantur. Præcipuæ in Ægypto extiterunt. Hic *Præfectus* dicitur *Berenicidis*, ideſt *Regionis*, uti videtur. Sed apud Gruterum pag. 130. num. 1. occurrit nobis in Inſcriptione Muſei Romani Cardinalis Carpenſis M. ARTORIVS &c. PRAEFECTVS MONTIS BERENICIDIS. Hinc tenebræ, ita ut nihil audeam decernere.

2 *Ibidem. Ex Ignat. Maria Como.*

M.CAECILIO.NOVATILLIANO.C.V.ORATORI.ET POETAE
INLVSTRI. ADLECTO. INTER. CONSVLARES. PRAESIDI
PROV. MAES. SVP. IVRID. HISPAN. CIT. IVRID.
APVL. ET. CALAB. PRAET. TRIB. PLEB. Q.
PROV. AFRICAE. SPLENDIDISSIMVS. ORDO
BENEVENTANORVM. PRIVATIM. ET. PVBLICE
PATROCINIO. EIVS. SAEPE DEFENSI P. D. D.

Inter elogia illuſtris hujus viri *Cæcilii Novatilliani* recenſetur etiam, excelluiſſe Arte *Oratoriâ*, atque *Poëſi*: quas Artes magno in honore tunc fuiſſe, ex hoc intelligis.

4 *Ibidem. Ex eodem.*

DEIS MANIBVS
C. PICARII. C. F. PVB. NOVATI
HVIC. ORDO. BETVLON. LOCVM
SEPVLTVRAE. EIVS. IMPENSA
FVNERIS PVBLICA. ET. OMNES
HONORES. DEDIT. C. PICARIVS
H. M. H. N. S. N. L. S.

Difficile credam, in marmore ſcriptum fuiſſe DEIS pro DIIS. Immo vereor, ut & in aliis eâ, qua par erat, diligentiâ Lapis iſte deſcriptus fuerit. Nam in penultima linea *C. Picarius* alia exigit verba, puta CVRAVIT, aut aliquid ſimile. Fortaſſis etiam ibi ſcriptum fuit IMPENSAM PVBLICAM. Quare ſolicitus non ero ad interpretandas poſtremas Siglas N. L. S. mendum videlicet ſuſpicatus. De Marca cenſet legendum *Niſi Liberos Suos*. *Libertos* etiam poterat dicere. Atqui ſcripſiſſent *Ejus*, non *Suos*. Aut *Non Licebit Sequi*: quæ formula ſupervacue addita fuiſſet præcedenti *Hoc Monumentum Heredes non ſequitur*.

6 *Auguſtæ Vindelicorum. Ex Malvaſia.*

C. IVLI. SILANI. LIRI
LIBERTI NATIONE
BITVRIX. ANNO
RVM XIIX. H. SIST

BITVRIX, ideſt ex Urbe Galliæ Aquitaniæ, ſplendidâ adhuc, cui nomen *Bourges*.

7 *In Civitate Aquenſi ſub anaglypho, in quo ſculpta Lupa lactans geminos pueros. Ex Donio.*

T. LOLLIVS. T. L
MASCVLVS
BODINCOMAGENSIS
POSITVS PROPTER
VIAM VT DICANT
PRETEREVNTES
LOLLI AVE

Hanc refert Gruterus pag. 431. num. 5. & legit BODINCOMENSIS. At Cluverius Lib. Primo Cap. Decimo, hoc ipſo marmore producto, addit: *Sed hæc Inſcriptio viris doctis confictitia videtur, præter alias fortè rationes, ob vitioſum vocabulum* BODINCOMENSIS; *cujus neque principium neque finis ad vetus nomen Oppidi* (ſcilicet Odolengo) *quadrat*. Auctor eſt Plinius Lib. 3. Cap. 16. *Ligurum Linguâ amnem Padum Bodincum vocari. Cui argumento adeſt Oppidum juxta Induſtriâ, vetuſto nomine* BODINCOMAGVM. Apud Donium revera legitur BODINCOMAGENSIS. At certi minime ſumus, quin Gruteriani lapidis defectum Donius ex ingenio ſuo ſuppleverit.

1 *Venetiis,*
in Museo Capellio.
Misit Octavius Bochius J. C.

IMP. CAESARI
DIVI F AVGVSTO
BONONIENSES

Præstare nollem legitimum fœtum Inscriptionem hanc:

3 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

P. SVFENATI. P. F. PAL. MYRONI
EQVITI. ROMANO. DECV
RIALI SCRIBARVM. AEDILI
VM. CVRVLIVM. LVPERCO. LAVRENTI
LAVINATI FREIRIACO NEAPOLI ANTI
NOITON. ET EVNOSTIDON DE
CVRIONI IIII. VIRO. ALBA
NI LONGANI BOVILLEN
SES DECVRIONES OB ME
RITA EIVS L. D. D. D.

Egregius sane lapis. *Bovillas* oppidum, prope Lacum & Collem Albanum, commemorarunt veteres, videlicet Vellejus, Suetonius, Tacitus, & alii. Ejus quoque memoriam illustravit Eminentiss. sanctæ Romanæ Eccles. Card. Petrus Corradinus Lib. 2. Cap. 20. Veteris Latii. At ignotum hactenus ferunt, *Bovillenses*, ut ita dicam, Cognomen fuisse, eosque appellatos fuisse *Albanos Longanos Bovillenses*. Celeberrima olim Latii Civitas fuit *Alba Longa*, ab Ascanio, ut fertur, condita, atque a Tullo Hostilio Romanorum Rege deinde excisa. De illius situ disseruit idem Eminentiss. Corradinus. Auctor est Dionysius Halycarnasseus, *Albam* conditam fuisse inter Montem Albanum & Lacum. Sitæ quoque circa eadem loca *Bovillæ*. Quare non incongruum erit opinari, ex *Albæ Longæ* ruinis *Bovillas* exsurrexisse, ac propterea Cives appellatos *Albanos Longanos Bovillenses*. Fuit autem MYRO iste LVPERCVS, & LAVRENS LAVINAS, duplici nimirum Sacerdotii genere initiatus. Sed & FREIRIACVS appellatum NEAPOLI ANTINOITON, & EVNOSTIDON. In marmore scriptum censeo FRETRIACO, eoque nomine prodi, hunc adlectum fuisse in Φρατρίαν quampiam illustrem, ad honorem *Antinoi* & *Eunosti* Deorum, Neapoli institutam. Nimirum Φρατρία, seu Φρητρία (quod idem erat) fuit apud Græcos Gentiles *Sodalicii*, sive *Fraternitatis* species, ad cultum Deorum instituta. Par exemplum habes apud Romanos, quibus fuere *Fratres Arvales*, *Sodales Titii*, *Augustales*, *Hadrianales* &c. Ita Græci sacris istis addicti, appellabantur Φράτορες, seu Φρήτορες, scilicet *Fratres*. De iis multa sunt apud veteres, quæ lubens prætereo. *Antinoum* autem stultissime ab Hadriano Augusto divinis honoribus donatum, norunt omnes Eruditi. *Eunostos* verò (nisi sit *Eunostus*) Hesychio & Eustathio testibus, Deus (seu potius Dea) fuit, Molendinis præfectus. *Neapoli* in splendidissima, ut opinor, Campaniæ Urbe, erant *Fratriæ* sive *Sodalitates*, in istorum Deorum cultum institutæ.

3 *Venetiis, apud Nobb. Bembos.*
Ex Octavio Rubeo.
Sub Statua juvenis dexterâ hastam,
sinistrâ Cornu copiæ gestantis.

M. NONIVS. M. F
MACRINVS
IVNIOR
SPES MAXIMA
BRIXIANORVM

Brixiani, non *Brixienses* appellati olim inclytæ Civitatis Brixiæ Cives.

2 *Telesiæ prope Beneventum.*
Ex P. Vulpio Soc. Jesu V. Cl.

D . M . S
L. ANNAEO TRANQVILLO. L. F
PRAEF. EQVIT. IN PROV. PANNON
ET PRAEF. IVR. DIC. BOVIAN. ET
BENEVEN. II. VIR. TELESIAE
ANNIA SABINA TRANQVILLA
MAR. INCOMP. Q. V. ANN. LVII. M. II
M . H . N . S
IN FR. P. XII
IN AGR. P. XII

Boviani, *Beneventi*, *Telesiæ*, Urbium honorifica mentio apud veteres occurrit.

4 *In Tramosine*
agri Brixiani,
in Sancti Johannis Baptistæ.
Ex Vinaccesio.

V. F.
M. HELVIO VRSIONI VI. VIR. BRIX.
PATRI BELL. VALERAE
IVSTAE FILIVS
M. HELVIVS PRIMVS
ET SIBI ET PONTIAE SVAE
CONIVGI CARISSIMAE
ET SVIS
D M

Scribendum videtur VALERIAE, quæ *Bellia Valeria Justa* uxor credi potest *Ursionis*; si tamen ista satis accurate exscripta fuere.

5 *Brixiæ.*
Ex Rubeo.

GERMANICO
CAESARI
TI. F. AVG. N
COS
OPTIMO NVMINI
BRIXIA ROMANA
D. D.

Si legitima est Inscriptio, posita fuit Anno Christi 12. aut subsequentibus. Sed insuetum aliquid sonant auribus *Optimo Numini*, & *Brixia Romana*. Non unum est Marmor apud *Octavium Rubeum*, de cujus fide dubitari potest.

6 *In Castello Ghedi*
agri Brixiani.
Ex eodem Rubeo.

IMP. CAESAR.
PIO. FELICI
INVICTO AVG
RESP. BRIX. D. N. M. E.

Sed quis iste *Imperator*? Nomen quæro, nec invenio. Si ais, positum lapidem ipsi *Cæsari Augusto*, Divi Julii filio: respondeo, me Nummos, & Lapides alios discordes a formula istius deprehendisse.

1 *Brundusii,*
in Æde Virginis de Fontana.
Misit P. Scarfò, *Mon. Basil.*

M. LOLLIVS ARPOCRAS. V. F. S
ET PAELINAE. VXORI. V. ET. LIB
ET LIBERTAB. POSTQ. EORV̄
H. M. S. S. E. H. N. S. NEQ. VLLI
LIQVEBIT LOCATIONIS CAVSA
IN ĀNIS CENTV̄ QVANDOQ
TRĀSVĒDERE QVOD SI QVI ADVERSVS
ID FECERINT EORVM BONA PERTINERE
DEBEBVNT AD RĒP. BRV̄DVNORVM

Brundisium, sive *Brundusium*, celebris olim Messapiæ, nunc Calabriæ Civitas, Romanorum quoque Colonia.

3 *Ibidem.*
Misit idem Tartarottus.

S I L V A N O. A V G.
L. S E P T I M I V S
L. F I L. F A B. M A
C R I N V S. E Q V O
P V B L. P R A E F. I V R. D.
E Q. B R I X. E X. V O T O

5 *Brixiæ,*
in ædibus Nob. V. Julii Antonii Averoldi.
Misit ipse.

C. P L A - - - - - V S. C. F
Q V I R. C A S D I A N V S
I I. V I R. I. D.
C A M V N N I S
A E D. Q V A E S T
P R A E F. I. D. B R I X.
D I C T. Q V O R.
P R A E F. C O H. I
I V R. I I I. D O M I T
T R I B. M I L. L E G. X
C. P. I.
A R E P. C A M M V N O R.
C V I. I N. H O C
P E C V N I A M H S V̄I
T. P. I

Camumni Populi Alpini, ab antiquis etiam memorati, nempe a Strabone, Plinio, & Dione Cassio, habitatores fuere Vallis, quæ nunc Italice *Val-Camonica* dicitur, olim sui juris, nunc Brixianæ ditionis. Archetypum lapidem libenter inspexissem, ut certius investigarem, quid sit DICT. QVOR. Videtur enim illustris hic vir fuisse *Dictator* municipalis alicujus Urbis. Num *Dictator Quinquennalis Veronæ*? An potiùs *Dictator Quartum*? Dicitur etiam *Prætor* (nisi sit Præfectus) *Cohortis Primæ Turmæ* (lego enim TVR. pro IVR) *tertiæ Domitii.* Sequitur *Tribunus Militum Legionis Decimæ* C. P. I. Lapis, ut puto, habet G. P. F. idest *Geminæ Piæ Fidelis*, qualis in aliis lapidibus appellatur. Eximio viro huic a *Republica Cammunorum* decreta fuit Statua. At is honore contentus, testamento impendenda *in hoc* jussit *Sestertiûm sex millia* proprii æris. Ita quippe interpretor postremas marmoris lineas.

2 *In Villa Lomasi,*
agri Tridentini.
Misit V. Doctiss. Hieronymus Tartarottus Roveretanus.

IOVI
L. CALLONIVS
LEI. F. FAB. PRIMVS
DEC. ALAE. Ī. CAFANATIVM
DEC. BRIXIAE. NOMINE. SVO. ET. FILI
ORVM. PRIMI. ET. PATERNI. F. I
LEBVSIVS. CAPITO. FAC. CVR.

Pag. 385. num. 1. Gruteri occurrit ALA. I. CANNANEFATVM. Accuratissimo Tartarotto, qui in isto lapide legit CAFANATIVM, major fides adhibenda videtur, si tamen idem est nomen. Apud Tacitum Lib. 4. Cap. 19. Historiar. invenio *Batavorum & Caninefatium Cohortes* Vellejus quoque commemorat *Caninefates*: Plinius verò *Cannenufates*.

4 *In Oppido Tucci,*
vulgo Martos, *in Vandalicia Hispaniæ.*
E schedis P. Cattanei.

C R E S P I N A C R E S
PI. F. A R. C A L A C I T
A N A H I C S I T A E.
S. T. T. L. I N F R O
L. P. X I X. I N A G. P. X I.

CALACITANA Patriam procul dubio indicat. Num *Callæcia*, in qua olim *Callaici*, seu *Callæci* Populi ad amnem Durium, nunc *la Gallicia*? Sed quid significent singulares literæ A. R obscurum mihi est. Fortassis *Aquiflaviensis Regione Calacitana*.

6 *In Castello Morlupi,*
sub Altari Ecclesiæ.
Ex Ligorio atque e schedis Farnesiis.

IMP. CAES. AVRELIO. ANTONINO
IMP. CAES. L. SEPTIMI. SEVERI. PII
PERTINACIS. AVG. ARABICI. ADIABE
NICI. PARTHICI. MAXIMI. PONT.
MAXIMI. FORTISSIMI. FELICISSIMI. P. P.
FILIO. DIVI. MARCI. ANTONINI
GERMANICI. SARMATICI. NEPOTI. DIVI
ANTONINI. PII. PRONEPOTI. DIVI. HA
DRIANI. ABNEPOTI. DIVI. TRAIANI
PARTHICI. ET. DIVI. NERVAE. ADNEPOTI
CAPENATES. FOEDERATI
MANILI. CRESCENTIS. PRAET.

In latere:

DEDIC. XIII. K. OCT.
SATVRNINO. ET. GALLO. COS.

Capenates ad Soractem montem positi, & contermini Romæ, *Capenæ* Portæ nomen dedere. Posita fuit Inscriptio Anno Christi 198. Atque hinc elucere potest, quod diu quæsitum fuit, ac Pagius tamdem firmavit, scilicet hoc Anno Antoninum Caracallam *Augusti* nomen consequutum, ac *Tribuniciæ Potestatis* consortem a Septimio Severo patre fuisse renuntiatum. E schedis Manutianis dedit hanc etiam Gorius inter Donianas Inscriptiones, sed sine notâ Consulari.

1 *Capuæ.*
Ex Donio.

M. CARMEIO
GRATISS.
AVGVSTALI
CAPVAE

Inter celeberrimas Campaniæ, immo & Italiæ Urbes; olim quoque numerata fuit *Capua*.

3 *In loco, ubi antiquitus fuit Oppidum Carsulæ.*
Misit Franciscus Mario Campelli Comes.

- -
II. VIR. IVRE DICVNDO. CARSVLIS

Carsulæ, olim Umbriæ oppidum inter Narniam & Mevaniam: cujus meminere Strabo, Plinius, & Tacitus.

4 *Arsoli, olim Carseolis nuper effossus Lapis.*
Misit Abbas Rodulphinus Venuti V. Cl.

HERENNIAE
CVPRESSINIAE
ITRVSCILLAE
CONIVGI D. N. DECI
AVG. MATRI. AVGG
N. N. ET. CASTRORVM
S. P. Q. C

Egregiam hanc Inscriptionem debeo diligentiæ, atque amori erga me singulari Clarissimi Abbatis Rodulphini Venuti, qui me tot aliis beneficiis cumulavit. Egregiam appello, quippe ejus ope plene dirimitur non una controversia inter Eruditos diu agitata. Olim creditum fuit, *Herenniam Sallustiam Barbiam Orbianam*, quæ Augustæ titulum præfert in Nummis, Conjugem fuisse *Decii* Augusti. Invaluerat etiam opinio, *Herenniam Etruscillam* ex eodem Decio genitam fuisse. At postremis hisce temporibus in eam concessere sententiam Cardinalis Norisius, Mediobarbus, Pagius, & alii, prælaudatam *Etruscillam* Augustam, Decio nuptam, ei geminos peperisse filios, quos Pater in sublimi positus Augustos quoque renuntiavit. Nullus erit in posterum hac de re disputandi locus. Habemus in Inscriptione ista *Etruscillam Conjugem Domini nostri Decii Augusti*. Habemus *Matrem Augustorum*, hoc est *Q. Herennii Etrusci Messii Decii*, cui a Matre hæc nomina accesserunt, & *C. Valentis Hostiliani Messii Quinti*. Eadem quoque appellata *Mater Castrorum* vocabulo, quod antea adulatio invexerat. Quum Augustæ huic in tot Nummis nomen sit *Herenniæ Etruscillæ*, par est credere, non aliter legi in nuper editâ Inscriptione, quamquam in exemplo ad amicum virum Rodulphinum Venuti habeatur ITRVSCILLA. Quod uberius etiam commendat Inscriptionis hujus pretium, alterum, ignotum antea, ejusdem Augustæ nomen, seu potius Cognomen emersit: nempe CVPRESSENIA, in cujus honorem *Senatus Populusque Carseolanus* monumentum hoc posuit.

8 *In Anglia.*
Ex Transactionibus Philosophicis Anglicis.

CIVITATE CAT
VVILLAVA
ORVM. L. OLS
C D O

Censent Eruditi Britanni, memorari in lapide isto Populos, qui Dioni Cassio Lib. 60. Κατυελλανοὶ *Catuellani*, a Ptolemæo Lib. 2. Cap. 3. Κατυευχλανοὶ *Catyeuchlani* dicuntur in magna Britannia. Cæsar quoque commemoravit *Cassivelauni Oppidum* in ea regione, quod accedit ad nomen in Inscriptione exaratum. VVesselingius in Notis ad Itin. Antonini legit CATVVELLAVNORVM. T. OISEDIO.

2 *Romæ,*
in Collegio Patrum Societatis Jesu.
Misit doctiss. P. Contuccius Contucci
Museo Kircheriano Præfectus.

D . . . M
M. VLPIO
AGATHONICO
PAEDAGOGO
A CAPVT AFRI
CE

Vicus Romanus *a Capite Africæ* notus est ex Inscript. Fabreti Cap. 4. n. 257. & ex Gruteriana pag. 585. 6.

5 *Ibidem,*
alterum fragmentum, quod misit idem Comes Campelli.

- - - - - HILARI. C- - - - - -
- - - - - ARSVLIS. ET- - - - -
- - - - - VERAE. SANC- - - - -
- - - - - ANNIS. X- - - - -

6 *In agro Casinate,*
basis effossa Anno Christi 1735.
in fundo Monasterii Casinensis, vocato l'Ortola.
Misit Illustriss. Henricus Henriquez,
Gubernator olim Maritimæ & Campaniæ.

M. RVBRIO
PROCVLO
AVG. CASINI
CVR. ANN. CASINI
M. RVBRIVS. PROCV
LEIANVS. ET. SERGIA
QVARTILLA
VXOR

Casinum olim Municipium & Colonia Romanorum, illustre fuit apud Romanos. Majus nomen subsequentibus Sæculis ei accessit e Sancto Benedicto, religiosi Ordinis Monastici Institutore celeberrimo. Ibi *Augustalis*, & *Curatoris Annonæ* munere functus est *Proculus* iste.

7 *In Castilione de* Empurias
in Catalonia.
Ex Petro de Marca Archiep. Parisien.

GENIO
CASTVL- - - - - -
PRO SALVTE
P. CLAELI- - - -
L. F. GEM- - - -
V. S. L- - -

Legendum procul dubio videtur GENIO CASTVLONENSIVM. Sed veteres unum Oppidum *Castulonem* in Hispania Bætica, quod longe nimis distat a *Castilione de Empurias*, sito in Hispania Tarraconensi, memorarunt. Attamen ex hocce fragmento celeberrimus de Marca deducere se posse credidit alterum *Castulonem* in Catalonia positum. Judicium suspendere præstabit.

1 *Cartamæ in Hiſpania,*
ad oſtium domus Martini Gonzalez.
E ſchedis meis.

MARTI AVG.
L. PORCIVS QVIR.
VICTOR
CARTIMITAN
TESTAMENTO
PONI IVSSIT
HVIC DONO
HERES X̄X NON
DEDVXIT EPVLO
D . D

Cartima, Oppidum Hiſpaniæ Bæticæ, olim *Municipium Cartimitanum*, nunc *Cartama*. Alteram Inſcriptionem refert Gruterus pag. 1068. num. 10. *Veneri Auguſtæ* poſitam ab hoc ipſo *Porcio Victore*.

2 *In Aſtapa,*
oppido Vandaliciæ in Hiſpania,
in Sancti Sebaſtiani.
E ſchedis P. Cattanei.

L. CAESIVS M
AXIMINVS
CEDRIPO
NENSIS AN
XXI. HIC IN
TERFECTVS EST
SIT TIBI TERRA LEVIS

Cedropolis quidem in Caria a Stephano innuitur. Verùm heic agi puto de loco aliquo in Hiſpania, cujus nullum mihi veſtigium occurrit.

3 *Ultra Canuſiam in Villa Quadrone.*
Ex P. Vulpio Soc. Jeſu.

Q. VOLVMNIVS M. F
ASIATICVS AEDILIS
FLAMEN QVAESTOR
ĪĪ VIR CANVSIAE QVI
VIX. ANN. LXXX. M. I
H. S. E

Vide Gruterum pag. 490.

4 *Niciæ,*
in vinea Dominorum de Gubernatis.
Ex Joffredo.

P. AELIO. SEVERINO
V. E. P.
PRAESIDI. OPTIMO
ORDO CEMEN
PATRONO

Scilicet *Ordo Decurionum Cemenelenſium*. Fuit olim *Cemenelenſis* Civitas in Gallia Narbonenſi, tribus paſſuum millibus a Nicia diſtans, nunc excifa. Eſt ejus mentio apud Plinium, Ptolomæum, & Antoninum.

5 *Athenis.*
E ſchedis Cyriaci,
miſit N. V. Abbas Compagnonius.

ΗΡΑΚΛΕΩΝΑΣ ΚΗΦΕΙΣΙΕΤΣ ΔΩΡΟΘΕΑ ΙΣΙΤΕΝΟΤΣ
ΜΙΡΡΙΝΟΤΣΙΟΤ ΘΤΓΑΤΗΡ

Ideſt:

Heracleonas Cephiſieus Dorothea Iſigenis
Mirrinuſii Filia.

In ſchedis meis legitur ΜΥΡΡΙΝΟΥΣ ΥΙΟΥ, ideſt *Iſigenis Myrrhini filii*. Veteres ſæpe commemorarunt *Cephiſſum* Atticæ amnem, at nullum ejus nominis Oppidum, Pagum, aut Vicum. Hinc diſcimus, locum fuiſſe, unde nomen Cives arceſſebant. Sed fortaſſis ex Tribu *Cephiſſiade* Heracleoni iſti additum fuerit cognomen, uti ſuſpicari me faciunt Marmora ſubſequentia.

6 *Ibidem.*
Ex iiſdem ſchedis, & meis.

ΦΤΛΑΙ
ΘΕΩΡΙΑΣ ΤΟΤ ΒΑΚΧΟΤ ΚΗΦΕΙΣΙΕΟΣ
ΓΤΝΗ

Ideſt:

Tribus.
Theorias Bacchi Cephiſienſis
Uxor.

7 *Pariſiis,*
in Regia Scientiarum Academia.
Ex March. Maffejo.

ΦΙΛΟΚΑΡΗΣ ΤΙΜΑΓΟΡΑΣ
ΦΙΛΟΝΙΔΟΤ ΗΦΑΙΣΤΟΔΩΡΟΤ
ΚΕΦΙΣΙΕΤΣ

Ideſt:

Philocares *Timagoras*
Philonidis (filius) *Hephæſtodori* (filius).
Cephiſieus.

8 *Athenis,*
in Areopago.
E ſchedis Cyriaci, & meis.

ΜΤΡΡΙΝΗ ΘΕΟΔΩΡΟΤ ΕΚ ΚΕΡΑΜΕΩΝ ΘΤΓΑΤΗΡ
ΠΟΛΤΚΡΑΤΟΤ ΕΚ ΚΕΡΑΜΕΩΝ ΓΤΝΗ

Ideſt:

Myrrhina Theodori Ceramei Filia,
Polycratis Ceramei Uxor.

Ceramum, Cariæ Urbem, heic habes, Straboni, & aliis veteribus memoratam.

1 *Anxani in Frentanis.*
Misit Petrus Polidorus V. Cl.

L. CLATRIO. T. F. VIRO SPLENDIDO
OMNIB. HONORIBVS
IN PATRIA FVNCTO
CERFENNINI. AQVEN. ALBEN.
PATRONO. AB. ORIG.

In Marsorum regione *Cerfennia* oppidum fuit, in Marmore apud Holstenium laudata. Ibi quoque *Alba* Civitas, & Romanorum Colonia fuit, cujus Populi a Plinio, & Sosipatro Charisio *Albenses*, non verò *Albanos* appellatos fuisse didicimus. *Alba Fucentia*, sive *Fucentis* in Itinerario Antonini hæc dicitur. At de *Aquensibus* nihil mihi occurrit, quos tamen non longe sitos excogitare licet. *Aquæ Albenses* in Mauritania Sitifensi ab antiquis memorantur. Num & in Marsis *Aquenses Albenses* fuere? Suspicor ego potius, ab *Æquis* populis petendam heic esse lucem. Appianus Lib. 3. Bellorum Civil. *Albam* in *Æquanis* ædificatam fuisse tradit. Sunt & alii Scriptores, qui *Albam Æquis* tribuunt.

2 *Vindobonæ*,
in Palatio Cæsareo
lapis Ciliâ, sive Cillejâ devectus.
Misit Pius Nicolaus Garellius Eques
& Augusti Consiliarius.

IMP. DIVI NERVAE. F. NERVAE. TRAIANO
CAES
AVG. GER. DACIC. PONT. MAX. TRIB. POT----
P.P. COS. V.C. RVPIVS. MODERATVS. RVMNVS
IVNCINVS. PRAEF. COH. VI. RAET. TRIB
MIL. COH. VII---------CILEI--------

Cileja Urbs olim Norici, a Plinio, Antonino, & Ptolomæo memorata, nunc *Cilley* in Stiriæ Ducatu. Inde illustres alii lapides Vindobonam asportati, quos in hoc Opere Lector suis Classibus appositos accipiet. Circiter Annum Christi 106. Trajano Augusto hæc Inscriptio dicata fuit.

3 *Celejæ.*
Ex P. Duellio.

GENIO CIVITATIS ORDO CELEIENS

Memoratam rursus heic habes *Celejam* nobilem Norici Urbem; in qua illustria antiquitatis monumenta visebantur, collecta a doctissimo viro P. Duellio Canonico Regulari.

4 *Ibidem.*
Misit Bimardus.

NEPTVNO
AVG SAC
CELEIANI PVBLICE

5 *Cinguli*,
in basi statuæ, in viridario Marchionis Colloredi.
Misit Nob. Eques Cavallinus.

CN. AMPVDI
CN. L. AVCTO
DYRRACHINO
IIIIII. VIR. CING
ATRIENA. L. L
SECVNDA FECIT

Cingulum olim Piceni oppidum, nunc in Marchia Anconitana adhuc floret. Teste Cæsare Bell. Civil. Lib. I. Cap. XV. *a Labieno exædificatum fuit*. Cicero Lib. VII. Epist. XI. ad Atticum *Cinguli* meminit, uti & Silius Lib. X. A Plinio & Frontino *Cingulani* commemorantur.

6 *Prope Lacum Circejum*
in Regno Neapolitano, lapis effossus.
Ex Gorio, & P. Vulpio.

C. VIBIO. C. F. POMPTIN
CELERI. PAPIRIO. RVFO
PRAEF. COH. Ī. MONTANOR.
TRIB. COH. Ī. FLAVIAE HISP.
∞ EQ. PRAEF. ALAE I VLP
SINGVL
CIRCEIENSES
EX. DD. PP.

Circejum Oppidum ac Promontorium in ora maritima Latii, memorarunt complures e Romanis vetustis Scriptoribus. Coloniam quoque Romanorum illuc fuisse deductam, novimus. Vide quæ Eminentiss. Cardinalis Corradinus de situ & antiquitatibus loci hujus erudite habet Lib. 3. Veteris Latii.

7 *Ibidem.*
Ex P. Vulpio Societatis Jesu Presbytero.

LEG. VII. CLAVD-------
CVRAT. AQVAE. TIBVRT.
CIRCEIENSES
PATRONO
EX D. D. PP

8 *Romæ*,
fragmentum
in Museo Eminentiss. Cardinalis Albani.
Misit Clariss. Blanchinius.

RESP. CIRCEIENS.

1 *Cluſii*,
in via, qua itur ad Arcem.
Ex Ligorio, & Gorio.

HON
L. TIBERIO MAEFANATI
BASILIO. VE. EX. PRAETOR.
X̄ VIR. POP. DEFENSOR. ORDINIS. ET
CIVIVM. DECVRIALI. VRBIS. AETER
NAE. OB. HOC. QVOD. FIDE. CIVES
SVOS. POPVLVMQ. CLVSINVM. INTE
GRITATE. GVBERNARIT. AMORE
DILEXERIT. LARGITATE. SVBLEVA
RIT. HVMANITATE. FOVERIT. PRO
MERITO. ERGO. BENEFICIORVM
VNIVERSI. STATVAM. LA
TENTES. VOTIS. OMNIBVS. OBTV
LERVNT.

Verba illa in ſecundâ lineâ VE. EX. PRAETOR. ſignificant VETERANO EX PRAETORIO, ideſt qui Veteranum egerat in Cohorte aliqua Prætoriana. Mihi tamen potius legendum creditur V. E. ideſt *Viro Egregio*, *ex Prætore* &c. Appellatur quoque iſte Lucius Tiberius DECVRIALIS VRBIS AETERNAE. Erant olim *Decuriæ Equitum*, *Decuriæ Judicum*, *Decuriæ Scribarum* &c. Hic fortaſſe *Decurialis* fuit Ædilium Plebis. Iſtorum mentio eſt apud Gruterum pag. 272. num. 5. & 6. *Cluſium* Etruriæ Civitas nota. STATVAM LATENTES &c. ideſt, ut ſuſpicor, votis clam collectis ſtatuam obtulerunt. Sed videndum, an hæc formula unius Ligorii auctoritate nitatur. Eamdem alibi ſupra apud ipſum inveni. Lapidem hunc refert etiam Cl. Gorius Part. 2. Inſcriptionum Etruſcarum, eumque ſuſpectum habet. Habeo & ego. Ipſe legit: STATVAM LAETANTES OBTVLERVNT. Habet etiam in ſecundâ lineâ V. C. EX PRAETORIBVS XV. P. E. ideſt *Quindecim Populorum Etruriæ*. Nullum aliud Epigramma ego novi, in quo *Tiberius* nomen gentis evaſerit: erat enim prænomen.

4 *In Sancti Carpophori*,
agri Comenſis.
Ex Donio.

Q. ALBVCIVS
GALENVS VI
VIR. COMI. SIBI
ET. SVIS. ET. OC
TAVIA. SECVN
DA. TVTILIAE
- - - - - - - - - - - - - - - -
AMICO

Novocomum, ſive *Comum*, ad Lacum Larium in Gallia Tranſpadana, Municipium, Colonia quoque Romanorum fuit, uti veteres complures reſtantur.

2 *Romæ*,
in Cœmeterio Calliſti.
Ex Boldetto.

ΙΩΑΝΝΗΣ . ΑΑΟΥΝ ΑΠΟ ΚΩΜΗΣ
ΚΟΒΡ. ΘΕΟΣ.

Ideſt:

Johannes Aaun Ex Oppido
Cobri. Deus.

Fortaſſe pro ΑΑΟΥΝ legendum ΑΛΟΥΝ. Meminit Stephanus *Cobrys*, Urbis Thraciæ. Memoratur hæc eadem Scylaci. De illa videtur heic eſſe ſermo.

3 *Romæ*,
apud Nicolaum Saturnum.
E ſchedis Ambroſianis.

D . M
ZIAI
TIATI. FIL.
DACAE. VXORI
PIEPORI. REGIS
COISSTOBOCENSIS
NATOPORVS ET
DRIGISA AVIAE
CARISS. B. M. FECER.

Habemus heic ZIAM Reginam, ejuſque virum PIEPORVM REGEM COISSTOBOCENSEM, omnibus antea ignotum. Julius Capitolinus in Antonini Philoſophi Vitâ hæc habet: *Gentes omnes ab Illyrici limite uſque Galliam conſpiraverant, ut Marcomanni, Nariſci, Hermenduri* &c. *Alani*, *Peucini*, *Coſtoboci*. Poſtremi Populi ii ſunt, quibus præfuit (incertum tamen quo tempore) *Pieporus Rex*. Ab Ammiano quoque Marcellino *Coſtoboeæ* memorantur. Nihil de iis habet Cluverius in Germania antiqua, fortaſſe quod ad Illyricum ſpectaſſe illos crediderit. Neque de illis verbum habet Cellarius in Geographia antiqua.

5 *Comi in ædib. Magnacaballi.*
E ſchedis Jovii,
miſit Argelatus a Secretis Cæſaris.

V F
C. CATIVS
BROMIVS SIBI
ET. M. SEPTITIO
ONESIMO VI. VIR.
COMO ET
CAECILIAE THESP...
VXORI SVAE ET
CAECILIAE EVNAL....
FIL. C. CATIO PHOEBO P.

6 *Aſculi. E ſchedis Cyriaci, apud Philippum Stoſch Baronem.*

P. MAMERCO. P. F. MAXIMO
AEDILI COMPSINORVM
IIII. VIR. I. D. IIII VIR QVINQVENNALI
QVAESTORI
SATRIA SECVNDA CONIVGI BENEMERENTI
ET SABINO ET SILVANAE FILIIS
ET SIBI FECIT

Compſa, olim Hirpinorum Civitas, nunc *Conſa* in Regno Neapolitano.

1 *Calatiæ ultra Vulturnum.*
Ex Matthæo Ægyptio.

IMP. CAESAR DIVI
TRAIANI PARTHICI FIL.
DIVI NERVAE NEP.
TRAIANVS HADRIANVS
TRIB. POTEST. PONT. M. COS. III.
. . . . . PVLTERINOS
MOENIBVS EXORNAVIT
PECVNIA SVA

Compulteriæ a Plinio non femel memoratæ heic mentionem habes. Monafterium *S. Mariæ ad Cubuliere* vix tribus paffuum millibus a Calatia, nunc *Cajazza*, diftat. Ibi Compulteriam olim fitam opinantur Holftenius & Ægyptius.

2 *In Vico Latinæ Diœcefis Calatinæ.*
Ex eodem.

M. AVLIO. M. F.
ALBINO
PRAEF. COH. PRIM.
BEVCOR. II VIR.
QVINQ. QVAESTOR.
CVRATORI REIP.
CVBVLTERINORVM
PATRONO
ET ALLIFIS II VIRO
QVINQ. Q. PATRONO
AVGVSTALES
L. D. D. D.

Ex hoc Lapide cenfet Clarifs. Ægyptius corrigendos effe veteres Libros, & fcribendum *Cubulteria* pro *Cumpulteria*. Pro *Beucorum* & ego fcribendum reor *Breucorum*, ut in aliis Marmoribus. Heic etiam occurrit *Allifæ* Civitas nunc excifa.

3 *Celejæ, in Turri Nofocomii. Ex P. Duellio.*

M. VIBIVS
DIOSCORVS. IVD. CONCORDIAE
AN. XXX

Hic fuiffe mihi creditur Judex in Civitate Concordiæ, quæ olim illuftris fuit in Provincia Venetiæ.

4 *Conimbricæ. E fchedis meis, & P. Cattanei.*

SCRIBI IN TITVLO VERSICVLOS VOLO
QVINQVE DECENTER
VALERIVS AVITVS HOC SCRIPSI CONIMBRICA
NATVS
MORS SVBITA ERIPVIT VIXI TERDENOS ANNOS
SINE CRIMINE VITAE
VIVITE VICTVRI MORS
OMNIBVS INSTAT

Conimbrica olim oppidum Lufitanorum, e cujus ruinis creviffe creditur Conimbrica nova nunc *Coimbra*, in Regno Portugalliæ.

5 *Hifpali, pro foribus domus Alonfi Pafchalis.*
E fchedis Ambrofianis.

L. ACILIO. QVIRINA
ALBANO F. HVIC
EX CONSENSV
POPVLI CONOBA
STATVAM PONI PLAQVIT
AEMILIA LVCILLA
MATER IMPENS
AM. REMISIT

Conobacenfis Populus in Hifpania quinam fuerit, Eruditorum ejus Regni erit inveftigare. Plinius Lib. 3. Cap. 1. inter æftuaria Bætis fluvii enumerat *Nebriffam & Colobonam Colonias*. Nondum certa nomina habemus in Plinii editionibus ex Codicum penuria. Num illius *Colobona* ad Infcriptionem noftram eft referenda?

6 *Romæ, in Sancti Alexii in Aventino. Ex Ligorio.*

IVLI. AGRI. TARRVTENI. MARCIANI. V. C.

IVLIO. AGRIO. TARRVTENIO MARCIANO. V. C. ET. INL
NOBILITATE. IVSTITIA. ELOQVENTIA. EX. CVIVS
CŌSPICVO. ET. A. PRIMO. AETATIS. FLORENT
PROBATO. QVAEST. KANDIDATO. PR. LEGATO
COS. SICILIAE. PROCONS. ORIENT
LEGATO. AMPLISSIMI. ORDINIS. TERT. PRAF
VRBI. IVDICI. SACRARVM. COGNITIONVM
ITERVM. OB. EGREGIA. EIVS. IN SENAT
QVOD. ILLIS. SVMMVS. IN CVIVS. LOC
PER. ANNOS. TRIGINTA. SENTENTI
VETVSTATE. PRAELVCET. EIQVE EN
HONESTA. SEV. IVSTA. CENSENTI
NOBILISSIMVS. ORDO. CONSĒTI
STATVAM. MERITA. EIVS. PERPETVA. AETATE
PRIMVS. AGENS. CVM. SVIS

Hanc dederat Gruterus pag. 421. num. 3. fed cum ejus exemplo conferendum & iftud eft. *Confentinorum Ordo* ad nobilem illam Urbem fpectat, quæ nunc Calabriæ Metropolis *Cofenza* appellatur.

1 *In Oppido Convenarum, nunc Sancti Bertrandi. Ex Itinerario Benedictinor.*

IMP. XXVI. COS
V. P. P
CIVITAS CONVEN

Benedictini ad Augustum, aut Tiberium referunt fragmentum lapidis hujus. Rectiùs VVesselingius in Notis ad Itinerar. Antonini, ad Claudium Augustum. *Convenas* Galliæ Populum ad Pyrenæos montes, & *Lugdunum Convenarum* offendes apud Strabonem, Ptolemæum, & Auctorem Itinerarii Antoniniani. *Convenarum* quoque *Urbs* memoratur a Sancto Hieronymo, nunc *le Comminge*.

2 *In Insula Coo. Ex Donio.*

ΔΙΟΝΥ
ΣΙΟΥ ΠΟ
ΛΕΩΣ ΚΩ
ΩΝ ΟΙΚΟ
ΝΟΜΟΥ

Idest:

Dionysii Civitatis Coorum Dispensatoris.

Coos Insula Maris Ægei, ubi ejusdem nominis Civitas, celebre nomen apud veteres sibi peperit.

3 *Pentomæ, in Episcopio. Ex Phœbonio, & Donio.*

SEX. CORNELIO
SEX. F. P. NEP. P. PRO
NEP. P. ABNEPOTI
DOLABELLAE METLIANO
POMPEIO MARCELLINO
III. VIR. A. A. A. F. F.
SALIO PALAT. QVESTOR.
DIVI TRAIANI PARTHICI
SEVIR. EQVIT. ROM. TVRM.
III. P R. COS FLAM. QVIR.
CORFINIENSES PVBLICE
PATRONO

Siglas in sexta linea III. VIR. A. A. A. F. F. Tirones norunt significare *Triumviro Auro Argento Ære Flando, Feriundo*. Donius habet SER. CORNELIO SER. F. & in lineâ quinctâ MARCELLO. Pro METLIANO aliæ schedæ præferunt METILIANO. Hic autem Cornelius COS idest *Consul* in lineâ nonâ appellari videtur. Sed nullum mihi ejus vestigium in Fastis occurrit. Si revera is ad tantum honorem evectus fuit, id post Trajani Augusti tempora acciderit. Verùm non adeo diligentiam suam nobis probavit Phœbonius, ut in illius fide conquiescere tuto possimus. *Corfinium* Pelignorum Civitas in scriptis veterum complurium celebratur.

4 *Coræ, ad Sanctæ Mariæ de Plebe. Ex P. Vulpio Soc. Jesu, & ex Vignolio.*

TI. CL. TI. FILIO. ROM
IVSTO
OMNIBVS. HONORIBVS. CORAE. FVNCTO
ORDO. ET. POPVLVS. CORANVS. OB. BENEMERITA
EIVS

Coram, nunc Oppidum Campaniæ Romanæ, vulgo *Cori*, apud Strabonem, Livium, Plinium, aliosque non paucos, cum honore memoratam videas: atque illustratam habemus a doctissimo P. Vulpio. Illuc Romanorum Colonia deducta fuit.

5 *Corcyræ. Misit Octavius Bochius caussarum patronus Venetus.*

ΜΥΡΙ ΑΠΟΦΘΙΜΕΝΟΙΟ ΤΑΦΩ ΠΙΡΙ ΤΩΔΕ ΧΥΘΕΙΣΑ
ΠΑΙΔΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΜΥΡΑΤΟ ΚΑΛΛΙΟΠΑ
ΩΚΥΜΟΡΟΝ ΚΑΙ ΑΤΕΚΝΟΝ ΕΠΕΙΘΕΤΟ ΤΑΔ ΕΠΙ ΓΑΙΑ
ΕΠΤΑ ΚΑΙ ΕΙΚΟΣ ΕΤΟΥΣ ΠΝΕΥΜΑ ΛΙΠΟΝΤΑ ΒΙΟΥ
ΙΣΤΟΡΑ ΠΑΙΔΕΙΑΣ ΤΟΞΩ ΚΑΤΤΟΝ Ω ΠΟΚΑ ΛΗΙΣΤΑΣ
ΑΝΔΡΟΦΟΝΟΥΣ ΑΛΙΑΙΣ ΚΤΕΙΝΕΝ ΕΠΙ ΣΤΡΟΦΑΣΙΝ
ΑΛΛ ΙΘΙ ΝΥΝ ΠΑΡΟΔΙΤΑ ΤΟΝ ΕΚ ΧΘΟΝΟΣ ΑΛΚΙΝΟΟΙΟ
ΧΑΙΡ ΕΙΠΩΝ ΑΓΑΘΟΥ ΠΑΙΔ ΑΓΑΘΟΝ ΣΑΤΥΡΟΥ

Idest:

Unguenta peremti sepulcrum circa hoc fundens
Filii Alexandri flevit Calliope.
Virum brevis vitæ, implorem, postquam posuit in hac terra
Septem & viginti annos natum, spiritum linquentem vitæ;
Eruditum, telo inclytum, quo olim latrones
Homicidas marinis confecit in Strophadibus.
Verùm abi nunc, Viator, ex terra Alcinoi
Vale dicens boni filio bono Satyri.

In priori versiculo animadverte ΜΥΡΙ, seu ΜΥΡΙΑ pro ΜΥΡΑ, quod lapicidæ excidisse non puto. Vide & ΧΥΘΕΙΣΑ pro ΧΕΟΥΣΑ, quo tam sæpe usus est Homerus. In postremo ΕΙΠΩΝ vim habet Homerici verbi ΕΝΝΕΠΕ. Ceterum aliis decernendum relinquo, an hic fuerit *Alexander Filius Satyri*, quem Poëta suo jure etiam appellarit *Filium Calliopes*. Sub nomine *Terræ Alcinoi* veteres designasse *Corcyram* Insulam, Eruditus quique novit.

1 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Misit Alexander Marchio Capponius.

C. TVTILIO HOSTILIANO
PHILOSOPHO STOICO
DOMO CORTONA
PATRI OPTIMO
C. TVTILIVS IVSTVS
FILIVS
TVTILIA QVINTA
TVTILIA QVARTA
FILIAE

Monumentum hoc edidit diligentissimus Gorius Part. 2. Inscriptionum Etruscarum. *Cortona* Civitas inter Etruscas antiquissimas illustrem locum tenuit, & adhuc tenet. Colonia quoque Romanorum fuit. Peperit ipsa *Philosophum* hunc *Stoicum*: quo nomine alios in vetustis lapidibus honoris caussâ donatos habemus. Eruditi viri ex Academia Etrusca Cortonensi Marmor istud, ut audio, propediem suis Notis illustrabunt.

4 *Romæ,*
apud Ficoronium.

TERENTIA M. L
TYRANNION
CYZICENA. V. A. XXXV

Tyrannion more Græcorum, qui nomina quoque feminarum ita inflectebant, uti *Glycerium*, *Melanium*, *Eustochium* &c. Huic mulieri Patria fuit Cyzicus, seu *Cyzicum* Mysiæ Civitas.

5 *Cyzici.*
Ex Paulo Luca
misit Bimardus.

ΚΙΣΙΚΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ ΠΟΛΙΣ
ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΩ ΤΩΝ ΠΕΡΙ Τ
ΙΟΤΛΙΟΝ ΣΕΛΕΤΚΟΝ ΤΙΟΝ
ΑΡΧΙΕΡΕΩΣ ΠΡΟΝΟΗΣΑΝ
ΤΩΝ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΚΑΙ
ΤΟΤ ΤΩΝ ΑΝΔΡΙΑΝΤΩΝ ΚΟΣΜΟΤ
ΚΑΙ ΤΟΤ ΘΕΑΤΡΟΤ ΕΝ ΤΗ ΕΑΤΤΩΝ
ΑΡΧΗ Γ ΙΟΤΛΙΟΤ ΣΕΛΕΤΚΟΤ
ΚΑΙ ΑΤΡΗΛΙΟΤ ΠΑΚΙΔΙΑΝΟΤ
ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΤ

Idest:

Cysicum Fundatorem Civitas
Archonte Tito Julio
Seleuco Filio
Pontificis, Instaurationis,
Ornatûs Statuarum,
Et Theatri Curam Agentibus In Suo
Magistratu Gajo Julio Seleuco
Et Aurelio Pacidiano
Agathemero

2 *Cerviæ.*
E schedis Farnesiis.

FORTVNAE RESPICIENTI
ET DIANAE. ET. A.
PROPITIAE DONVM. D. P. S. DEDIT
L. TRAGANIVS. C. F. MACER
DECVRIO CREMONAE

Cremonam nobilissimam Urbem quis ignorat? At quid sit heic ET. A. ignoro ego. Alia Dea a Diana innui videtur. Sed quænam hæc? In Thesauro Gruteriano pag. 40. num. 9. habetur tabella posita ARDOINNE, CAMVLO, IOVI, MERCVRIO, HERCVLI. Quod sub primo nomine sculpta inspiciatur Diana succincta cum arcu & pharetra, creditur sub vocabulo *Ardoinne* designata ipsamet Diana. Non id tamen certum. Possem aliquot Deos recensere, in quorum nominibus A. prima litera est. Sed frustra foret, eædemque tenebræ superessent.

3 *Polæ,*
extra Urbem.
E schedis Farnesiis.

M. AVRELIVS FELIX. D.
CREMONENSIVM. QVAESTOR
PECVNIAE PVBLICAE. AEDILIS PL
III. VIR. IVR. DIC. OFF. OMNIBVS
FVNCTVS VIVVS POSVIT SIBI
ET AVRELIAE MARCIANAE VIR
GINE FEMINAE PRIMARIAE
VIXERVNT ANN. XLVI. DIES XIII
BENEMERENTES IN F. P.
XXC. R...............

Animadversione dignum est, *Felicem* istum, quamvis *Decurio Cremonensium* fuerit, *Polæ* tamen habitasse, atque ibi suum parasse sepulcrum.

6 *Larissæ.*
Ex Johanne Antonio Astorio.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ ΑΓΛΑΩΦΟΝ
ΤΟΣ ΚΤΖΙΚΗΝΟΣ ΧΑΙΡΕ

Idest:

Apollodore Aglaphontis (Fili) *Cyzicene, Vale.*

7 *Delphis.*
E schedis Capponiis.

IMPERATOREM CAESAREM
MARCVM AVGVSTVM
IN SACRA DELPHORVM
CIVITAS DEDIT

Græci alicujus Epigrammatis interpretatio Latina videtur.

1 *Dertosæ in Hispania.*
E schedis P. Cattanei.

M. VALERIO PARDO
DVVMVI. AVG. CVI
OB MERITA ORDO
DERTOSA AEDI
HONOR. DECREVIT
P. VAL. PARDVS LIBER.
P. D. VI. AVG. PATRO
NO OPTIMO

Familiares sunt *Seviri Augustales*. Contra *Duumvirûm Augustalium* unum exemplum habet Gruterus pag. I. num. 3. ipsumque ex Hispania. Si revera hoc munus erat illic in usu, mirandi caussa est, cur in uno tantùm aut altero lapide occurrat. Huic viro *Ædilitatis honor* decretus fuerat. *Dertosæ* Civitati, nunc *Tortosæ* in Catalonia, sua laus est apud veteres.

4 *In Oppido Dianii*
in Hispania.
E schedis P. Cattanei.

L. VALERIO. L. F. CA
PRO. II. NOVO
OMNIBVS HO
NORIBVS IN R. P.
SVA FVNCTO
ADLECTO IN V.
DECVRIAS FLA
MINI P. H. C
GAMVS ET
TROPHIME LIB.
PATRONO OPTI.
ET INDVLGENTISSIM.

Oppidulum *Denia*, nunc in Regno Valentiæ in ora Mediterranei, olim appellatum fuit *Dianium*, oppidum celebre Contestanorum ex Dianæ Fano. Memoratur Ptolomeo & Plinio. *Caper* iste appellatur *Flamen Provinciæ Hispaniæ Citerioris*: ita quippe significant siglæ P. H. C. in linea octava. In secunda verò linea aliquid desideratur, & fortassis ibi signata erat Civitas aliqua, in qua, non verò Dianii, is *omnibus honoribus* functus fuerat.

6 *Cinguli in Piceno*
in ædibus Marchionis Colloredi.
Misit P. D. Johannes Ludovicus Agnani
Monachus Silvestrinus.

CN. AMPVLIO
CN. L. AVCTO
DYRRACHINO
IIIIIII VIR CING
ATRIENA. L. L.
SECVNDA FECIT

Dyrhachium Urbs Macedoniæ præclara, nunc *Durazzo*, in ora maris Adriatici. *Cingulum* Oppidum Piceni, memoratum a Cæsare, Tullio, ac Silio, olim Episcopali Sede decoratum.

2 *Ibidem. Misit Bimardus V. Cl.*

Q. HERENNIO. ETRVS
CO. MESSIO. DECIO
NOBILISSIMO
CAES. FILIO. D. N
SANCTISSIMI. TRAIA
NI. DECI. P. F. INVIC
TI. AVG. ORD. D. C. D
DICATISSIMVS
NVMINI. EIVS

In septimâ lineâ siglas interpretor: *Ordo Decurionum Civitatis Dertosæ*. Circiter Annum Christi 250. elogium hoc Statuæ *Herennii Decii* additum fuit.

3 *Mediolani,*
ad valvas veteres Sanctæ Barbaræ.
Hujus lapidis literas
imperiti cucullati eradendas curarunt.
E schedis Valerii.

Q. SOLLONIVS
VERVECIVS
VI VIR. IVN. SIBI. ET
Q. SOLLONIO PATRI
ET. Q. SOLLONIO GAVILLO
ET. Q. SOLLONIO MARCO
ET. Q. SOLLONIO TERTVLLO
MIL. LEG. XVI. ET
Q. SOLLONIO VICTORI
FRATRIBVS ET
FELICI ET LVCAPETO
ET. C. VISIDIO SECVNDO
DERTON.

Dertona Civitas, nunc *Tortona*, olim Colonia Populi Romani.

5 *In Thermis Herculanis, detectis in Dacia.*
Ex Paschali Caryophilo.

D M
IVL. L. FIL. SERGIA
BASSO DECEMVIR
DROBETAE. QVAES
TOR. INTERFECTO. A
LATRONIB. VIX. AN
XXXX. IVL. IVLIANVS
ET BASSVS PATRI
PIISSIMO
ET. IVL. VALERIANVS
FRATER. MORTEM
EIVS EXSECVTVS
F C

In Notitia Imperii sub Duce Daciæ Ripensis memoratur *Auxilium primorum Dacicorum Drobetæ*. In Tabulis quoque Peutingerianis *Drubetis* mentio occurrit.

1 *Romæ,*
ad Sanctæ Agnetis.
E ſchedis Ambroſianis.

SACRVM
CALPVRNIAE
ILIADI
EBORENSI
EX. LVSITANIA
L. LVSIVS
MENECRATES
VXORI SANCTISSIMAE

Ebora, nunc *Evora*, Luſitanici Regni Civitas, illuſtris etiam antiquis temporibus.

3 *Emeritæ.*
Ex Donio.

D. M. S.
NORBANA. CALEPHASIS
EMER. ANN. LIII. H. S. E
S. T. T. L.
NORBANI. POLYTIMVS
ET. CAPITOLINA. CON
LIBERTI. FECERVNT

5 *Condeſſæ Novæ,*
in Luſitania.
E ſchedis Ambroſianis,
& ex Gorio.

D ❦ M
L. AVRELIO
CONCANII. F
RVFO
ANN. XXVI
EMER. DEFVNCTO
HIC SITO
AVRELIA PRISCA
FIL. PIISSIMO
P.

Gorius habet COMANI. F. & in ſchedis Ramberti CONCANII legitur.

7 *Ibidem,*
in Cœmeterio Sanctæ Helenæ.
Ex Boldetto.

ΗΛΙΟΔΩΡΟϹ. ΗΛΙΑΚΟΝ. ΕΜΕϹΗΝΟΝ
ΕΝ ΙΡΗΝΗ ΑΝΕΘΚΕ
ΓΗ ΠΡΟ ϛ̄ ΚΑΛ. ΙΟΥΙΝΩΝ
Ideſt:
Heliodorus Heliacum Emeſenum
in Pace Tradidit
Humo, Sexto Kalendas Junias.

Chriſtiana Inſcriptio. Inter Syriæ, ſive Phœniciæ Urbes, *Emeſa* olim ſplenduit, Romanorum Colonia, & ſuis aliquando etiam Regibus paruit.

2 *Emeritæ in Hiſpania,*
in domo Comitis de la Rocca.
E ſchedis P. Cattanei.

H. S. E. D. M. S. S. V. T. L.
C. VALERIVS HYMINEVS. EMERITENSIS. C. R.
VAL. VINITIANAE FLAM. PERPETVAE LIBERTVS
SIBI ET VXORI SE VIVO FECIT ET DEDICAVIT
CAMCHIOS AMPELIS ANN. LV. VINITIANA ANN. XXXV.
H. A. LX.

Singulares literæ priores, quæ frequenti in uſu fuerunt apud Hiſpanos, non ſemel explicatæ fuerunt. Sequentes duas C. R. interpretor *Civis Romanus*, ex antiquo jure, quo Servi manumiſſi, effectique Liberti, Civitate Romanâ donabantur. CAMCHIOS corruptum nomen mihi creditur. *Emerita*, nunc *Merida*, olim *Auguſta Emerita*, celebris Civitas in Hiſpania Luſitanica, & Romanorum Colonia.

4 *In Vico Oliva,*
in ruinis Carpenſibus.
Ex Adamo de rebus Firmanis, & ſchedis meis.

L. PVBLICIVS. L. F
PAP. THIAMVS. E
MERIT. AN. XXVII
H. S. E. S. T. T. L
CAECILIVS. VETTO
SODALI. CIPPVM
D. S. D

Lapidem hunc ſchedæ meæ ponunt *Capparæ* in Hiſpania. Pro THIAMVS legunt THAMVS, & pro XXVII. habent XXVI.

6 *Romæ,*
apud Alexandrum Capponium Marchionem.
Ex Cl. P. Lupo Soc. Jeſu.

ΕΝΘΑΔΕ ΚΕΙΤΑΙ ΠΑΝ
ΧΑΡΙΟϹ ΠΑΤΕΡ ϹΥΝΑ
ΓωΓΗϹ ΕΛΑΙΑϹ ΕΤω
Ν ΕΚΑΤωΝ ΔΕΚΑ ΦΙΛΟ
ΛΑΟϹ ΦΙΛΕΝΤΟΛΟϹ
ΚΑΛωϹ ΒΙωϹΑϹ ΗΝ ΕΙΡ
ΗΝΗ Η ΚΟΙΜΗϹΙϹ
ΑΥΤΟΥ

Ideſt:

Heic Jacet Pan-
charius Pater Syna-
gogæ Eleenſis, Annorum
Centum & Decem, Amans
Populi Et Præceptorum Legis.
Qui Pulchre Vixit: In Pa-
ce Requietio
Ejus.

Habes hominem Judæum. Hic Synagogæ præerat Judæorum commorantium in Æolidis Urbe *Elæâ*. Ex hoc autem Lapide, uti & ex aliis ejuſdem gentis diſcimus, formulam *in Pace*, adeo familiarem in titulis ſepulcralibus priorum Chriſtianorum, ex doctrina & ritibus Judæorum deſcendere. Geneſis Cap. XV. verſ. XV. ad Abraham dicitur: *Tu autem ibis ad Patres tuos in Pace.*

1 *Aquilejæ.*
Misit Comes Franciscus Beretta Utinensis.

ROMVLO BIZEGO
NI. FIL. HEMISENO
VIATRIX
MARITO
OPTIMO
BENEMERENTI

Quamquam cum adspiratione scriptum sit HEMISENO; nullus tamen dubito, quin *Romulus* iste Patriâ *Emisenus* fuerit.

2 *Extra Tibur,*
in Sancti Marci.
E schedis meis.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ
ΒΛΥΣΩΝΟΣ
ΕΦΕΣΙΟΣ

Ideſt:

Heraclitus,
Blysonis (ſubaudi *Filius*)
Ephesius.

Splendidiſſima Aſiæ minoris Civitas *Ephesus* ſupra meas laudes eſt.

3 *Dyrrhachii.*
E schedis Cyriaci.
Misit Abbas Compagnonius.

CALOCAERO. GVBERNI
NICARVS. CONIVNX. PO
VALERIVS. SECVNDVS
CASSIA. EVRYDICA. MEMORIAE
AMICI. PRODENDAE
IMPENS. OMNEM. DE. SVO
TRIBVERVNT
ORTVS. IN. ALIA. EPHYRA

Non una *Ephyra* apud antiquos occurrit: qua de re conſulendi Strabo, & Stephanus. Pro ALIA legendum heic reor ALTA. *Corinthum Ephyræ* nomen tuliſſe iidem ſcribunt. Heic opinor deſignatam *Ephyram*, Epiri, aut Elidis Urbem. In ſchedis meis legitur ORTVS MALIA EPHYRA. Quam lectionem ubi præferas, memineris, in Theſſalia, *Maliensem* Populum fuiſſe, teſtibus Strabone, Livio, Plinio, & aliis. *Malia* nomen quoque *Ephyræ* geſſiſſe potuit, uti aliæ Urbes.

4 *Augustæ Taurinorum,*
in vinea Alexandri Serræ.
Ex Guichenonio.

C. AL.
SEXTI LVCR
APOLLINI
IB. AVG. TAVR.
VI. VIR. EPOR.
V. T. F. I.

Vitio non uno deformis eſt hæc Inſcriptio, incuriâ Guichenonii. *Augusta Taurinorum*, nunc *Torino*, celebratiſſima Civitas. *Eporedia*, nunc *Iurea* Civitas. Utraque olim Romanorum Colonia.

5 *Augustæ Taurinorum, in horto Castri. Ex eodem.*

D. M
P. APRII
SECVNDINI
....CVRIAL. TAVR. ET
...AR.........EPORED

6 *Cordubæ, in Templo maximo. E schedis P. Cattanei.*

M. FAB.
EPOR.

Teſte Antonino, *Epora* oppidulum fuit Hiſpaniæ Bæticæ. Inde *Eporensis*.

7 *Genevæ.*
Misit Bimardus.

IMP. CAES. M
AVRELIO
ANTONINO
PIO. FELICI. AVG
PONTIF. MAX
TRIB. POTEST
COS
CIVITAS
EQVESTRIVM

8 *Ibidem.*

IMP. CAES
DIVI MAGN. ANTONI
NI PII F. D. SEVER NE
POS M. Aurelius An
toninus Pius Felix
Aug. TRIB Poteſt

Poſtremam ſupplevit Bimardus. Utramque verò ſpectare ait, non ad M. Aurelium Philoſophum, qui minime appellatus *Pius Felix*, neque ad Caracallam, qui *Pontifex Maximus* nequaquam fuit, quum primùm *Consul* proceſſit; ſed quidem ad Elagabalum Auguſtum. *Civitas Equestris* Colonia olim Romanorum fuit in Helvetiis. Nunc de ejus nomine & loco diſputatur inter Eruditos.

9 *Calibani in agro Pisaurensi,*
apud Marcum Antonium de Gozze.
Misit P. Johannes Prosper a Sancto Ubaldo,
Clericus Regularis Scholarum Piarum.

P. MARCIVS. P. L
HILARVS
DEC. ESQVLINVS

Si revera in marmore legitur *Decurio Esqulinus*, ægre mihi indices, quanam in Urbe *Marcius* iſte Decurionatum geſſerit. *Asculum Picenum*, nunc Italice *Ascoli*, nobilem Urbem, Sæcula poſterioris Latinitatis appellarunt *Esculum*. Propterea mihi veri videtur ſimile, *Esqulinus* eſſe heic pro *Asculanus* ex audacia deſcriptoris. Straboni & Stephano ea Urbs *Asclum* nuncupatur.

1 *Ad Fontem Alhama in Hispania.*
E schedis P. Cattanei.

FABIA. Q. F. FABIANA EST
TLEDVNENSIS ANN. XXV.
PIA IN SVIS. H. S. E. S. T. T. L.

Quodnam Oppidum in Hispania fuerit *Estledunum*, erit eruditæ gentis Hispanicæ nobis aperire.

3 *Ibidem,*
in ædibus Boccacciorum.
E schedis Eminentiss. Passionei.

D. M
CAMONIAE SEVERIN
CONIVGI
IN EXEMPLO
N. PLVTIVS. FANESTER

Lege SINE EXEMPLO.

5 *Viterbi,*
in ædibus Augustini Almadiani.
E schedis meis.

D . M
M. VLPIO. C. FIL
SPORO. MEDICO. ALAR.
IN DIANAE. ETHERIAE
ASTORVM. ET. SALARARIO
CIVITATI SPLENDIDISSIMAE
FERENTINENSIVM
VLPIVS. PROTOGENES
LIB. PAT. B. M. F.

Ferentinum Episcopalis Civitas in Campania Romana, olim Municipium, & Colonia Romanorum. Sed quid *Medicus Alar*? Pro ALAR restituendum mihi creditur ALATR. ut *Sporus* iste fuerit Medicus *Alatri*, seu *Alatrii* in Urbe, quæ quinque dumtaxat passuum millibus a Ferentino distat. Corrupta quoque sunt *Astorum*, *& Salarario*. Pro postrema voce scriberem SALIO. *Astorum* fortassis est pro ET CASTRORVM. Sed illud ET SALIO videtur exigere alterum munus sacrum: propterea lego CIVITATIS *Protogenes Libertus Patrono* hoc epigramma posuit. *Lucum Dianæ* non procul a Ferentino, & Alatrio habent tabulæ a Cluverio editæ in Italia antiqua.

2 *Fani.*
Misit N. V. Petrus Paulus Mercolini Comes.

IVLIA QVAE NIT
A FANO FORTVNAE
LIBERTA BENE ME
RITA VICTORIS.

Fanum Fortunæ, Egregia Civitas Umbriæ, olim *Colonia Julia Fanestris*. Sitne QVAE NIT servile nomen Juliæ istius, an QVAE VENIT, an aliquid aliud, decernat qui potest.

4 *Ibidem,*
in Palatio Magistratus.
Ex eisdem.

C. VIRGISIVS. C. F.
PAMPHILVS
SEX. VIR. FANESTRIVM
(*sic*) ET TESTAMENTO

6 *Ferentini, in Sancti Johannis Evangelistæ.*
Ex Ligorio.

CORNELIAE
SALONINAE
SANCTISSIMAE
AVG. CONIVGI
D. N. GALLIENI
INVICTI. AVG
FERENTINATES
NOVANI. DEVOTI. NVMI
NI. MAIESTATIQVE. EIVS

Putas-ne tu, *Ferentinates Novanos* somniatos a Ligorio fuisse? Mihi potius credendum videtur, nos hinc discere, Ferentinatibus Hernicis accessisse hoc nomen *Novanorum*, ut a Ferentinatibus Tuscis distinguerentur. Fortassis etiam *Novani* appellati Ferentinates ii, quia novo Latio comprehensi.

7 *Ferentini in Hernicis, in Cathedrali. Ex Canon. Boldetto.*

IVLIAE AVG ❧ MATRI ❧ AVG ❧ ET CASTROR. ET SENATVS ❧ AC ❧ PATRIAE ❧ PIAE. FELICI SENATV	IMP ❧ CAES ❧ M. AVRELIO ❧ ANTONIN. FELICI ❧ AVG ❧ PART ❧ MAX. BRIT ❧ MAX. MAX ❧ GER ❧ MAX. TRIB ❧ POT ❧ XVI. IMP ❧ II. COS PROC ❧ MAGNO ET INVICTO ❧ AC FORTISSIMO PRINCIPI S POPVLVSQ ❧ FERENTIN

Juliam Domnam, Severi Augusti Conjugem, cum Nummi, tum lapides, sæpe *Matrem Castrorum* appellatam produnt. Hic lapis *Matrem* quoque *Senatus ac Patriæ* eamdem nuncupat: adeo creverat adulatio erga Augustam, alioquin ex incontinentia famosam. Altera Inscriptionis pars spectat ad *Antoninum Caracallam* ejus filium *Augustum*; atque ad Annum Christi 213. Sed excidit nota numerica Consulatus ejusdem Caracallæ.

1 Auximi. E schedis Martioli Sancti.

E
ANN. XXVIII. M. II. D. XXVI. NATA IN VRBE SAC
DEBITVM REDDIDI NICOMEDIA ET HIC TRANSI
IO. AVG. LIB. VT VOS VIATORES LEGENDO SCIATIS Q
MMERITO HOC MERVERIM IN HOC SARCOPHAGO
MVS CONIVNX MEVS NEMINE LICERE NEQVE APERIR
VNIMENTI ALIQVIT DE MARMORIBVS MINVS FA-----
DABIT FISCO ✳. X. ET REIP. FIRMANORVM
ICINENSIVM ✳. V.

Firmum, præclara Piceni Civitas, olim Colonia Romanorum. Cluverius, quod Nummum signatum hac epigraphe viderit COLONIA. AVG. FIRMA. sibi persuasit illic agi de Civitate hac. Sed minime collineavit vir magnus. Uti supra ostendi, *Astigis* Hispaniæ Civitas, *Coloniæ Augustæ Firmæ* nomen gessit. Si integrum marmor haberemus, peteres, quid sit ICINENSIVM subsequens post FIRMANORVM, scilicet fuerit-ne nomen distinctivum, ut sic loquar, illorum Civium, an alterius Populi. Aliqua mihi suspicio est, scriptum ibi fuisse FIRMANORVM PICENENSIVM. Nam uti ejus Provinciæ Populos appellatos videmus *Picentes*, *Picenos*, *Picentinos*, fieri etiam potuit, ut in barbarica Inscriptione, cujusmodi sane hæc est, *Picenenses* locum habuerint. Certe *Firmum Picenum* ea Civitas apud veteres cognomentum hoc gerit.

2 In ruinis Faleronæ in Piceno.
Misit P. Philippus Camerinius, Presbyter Oratorii Camertis.

C. FVFICIO. L. F.
GENIALI VIII
VIR. AVG. FIRMI
ET FALERONE
CARDANA. P. F
PROCVLA VXOR
POSVIT

Pro VIII. VIRO haberi in lapide VI. VIR. AVGVSTALI opinor. Balbus in Lib. de Limit. meminit *agri Faleronensis*. Oppidanos Plinius appellat *Falarienses*. Sed Plinii exemplaribus in multis nominibus non est fidendum. Excidit illustre Oppidum *Faleronæ*, ejusque ruinæ vix supersunt: attamen adhuc perdurat nomen.

4 In Oppido Sancti Angeli in Vado. E schedis Farnesiis. Sive Urbini, ut in schedis Capponiis.

C. CLODIENO. C. FIL. STEL. SERENO
VESNIO DEXTRO EQVIT. ROMANO
PATRONO ET PONTIF. VRVINAT.
MAT. PATRONO ET CVRATORI REI
PVBLICAE FORO. CORNEL. OPTIMO
IVSTISSIMO. SPLENDIDISSIMVS
ORDO. CORNEL.
OB MERITA EIVS QVOD INDVSTRIA
SVA STATVM REI PVBLICAE AVXERIT
------- SING ------- QVAM CIVIS IN

Forum Cornelii oppidum olim Æmiliæ, nunc *Imola* Civitas Romandiolæ, cui ex Castro suo nomine novum, antiquato priore, accessit. Vide Gruterum pag. 392. num. 1. qui alteram Inscriptionem huic ipsi *Clodieno* positam refert, sed mancam, ut puto. Heic VRVINAT. MAT. significat *Urbinates Mataurenses*. Alibi monui, *Mataurenses*, non *Metaurenses*; *Mataurum*, non *Metaurum*, apud veteres in usu fuisse.

3 Nolæ, in maceria horti Sancti Erasmi sub Castellione oppidulo, quod e ruinis Formiarum surrexisse creditur. E schedis Ambrosianis.

IMP. CAESARI. DIVI
HADRIANI. FILIO. DIVI
TRAIANI. PARTHICI. NEP.
DIVI. NERVAE. PRONEPOTI
TITO. AELIO. HADRIANO
ANTONINO. AVG. PIO. PONT
MAX. TRIB. POT. XI. COS. III. P. P.
FORMIANI. PVBLICE

Dedicata fuit Inscriptio Anno Christi 127. aut 128. De *Formiis*, Urbe & Coloniâ Latii novi, conterminâ Cajetæ, multa habent Cluverius, & Cellarius.

5 Fulginii, in ædicula Sancti Johannis Decollati. Ex Fabio Pontano.

D. M.
C. ANCHARIO. C. F. COR.
VERO. DEC. FVLG. FO
FLAMI. COH. III. PR. VIX
ANN. XXI. M. VI.
C. ANCHARIVS. C. F. MA
XIMVS. FRATER. ET
SEPTIMINA RES
TITVTA MATER
FILIO

Fulginii, & *Fori Flaminii* (ita quippe lego verba illa FVLG. FO. FLAMI.) Civitatum Umbriæ heic est mentio. *Fulginium* antiquis nota Civitas, adhuc floret. At *Forum Flaminii* eidem proximum jamdiu desiit esse. Post vocem FLAMI. aliquid desideratur in hoc lapide, exempli gratiâ *Præf. Trib. Cohortis Tertiæ Prætoriæ*. Clarissimus Gorius inter Donianas pag. 175. Inscriptionem istam referens, legit DEC. FVLG. PRO FLAMI. COH. atque explicat *Proflamini Cohortis* &c. Sed hæc omnia fortassis explodenda. Nam Justus Ricquius in Primitiis Epistol. ante Pontanum Inscriptionem istam exhibens, habet DEC. FVLG. AED. ET. MIL. COH. hoc est, *Decurioni Fulginii, Ædili, & Militi Cohortis Tertiæ Prætoriæ*. Rogatus a me vir inter Literatos clarus Justinianus Palearinus Fulginas, ut lapidem attente scrutaretur, jamdiu attritas esse literas, rescripsit; propius tamen ad verum accedere lectionem Ricquii. Gruterus pag. 322. num. 2. marmor refert *Cantiæ Saturninæ*, quod rursus exhibet pag. 1088. num. 15. Mulier hæc ibi dicitur PATRON. COLON. FLAMINICAE. SACERD. DIVAE PLOTINAE. Propterea Scaliger in Indice eam inter *Flaminicas* recensuit. Mihi illa creditur *Patrona Coloniæ Fori Flaminii*. Et sane in schedis meis pro *Flaminicæ* legitur COLON. FLAMINIACAE.

1 *Asculi.*
Ex Ligorio.

MAVORTI
M. VADIVS. M. F. CAM.
ASPRENAS
FVLGINIA
VETERANVS
SACRVM

2 *Romæ, in Cœmeterio Calepodii.*
Ex Boldetto.

ΕΝΘΑΔΕ ΛΙΤΟ ΔΕ ΣΗΜΑ ΔΟΜΕϹΤΙΚΟΥ ΦΙΛΙΠΠΟΥ
ΟΣ ΖΗϹΑϹ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ ΕΤΗ ΤΙΤΟΙϹΙΑΕ ΤΡΙΑ
ΠΛΗΡΩϹΑϹ ΚΑΤΕΛΕΙΠΑ ϹΩΜΑ ΧΘΟΝΙ ΠΟΛΥΒΟΤΙΡΗ
ΛΕΞΩ ΔΕ ΤΗ ΕΜΗΝ ΠΑΤΡΙϹ ΜΟΙ ΓΑΛΑΤΙΑΙ
ΚΟΜΗ ΤΙΟϹ ΔΕ ΠΡΕϹΒΥΤΕΡΟΥ ΑΛΥΠΙΟΥ

Ideſt :

Heic Eſt Exile Sepulcrum Domeſtici Philippi
Qui Vivens Tres Supra Triginta Annos - - - - - -
Reliqui Corpus Terræ Multos-paſcenti.
Dicam Autem Patriam Meam. Patria Mihi (eſt) *Galatiæ*
Pagus - - - - - - Filius Verò (ſum) *Presbyteri Alypii.*

Græca non in uno loco vitiata. Pro ΛΙΤΟ lego ΛΙΤΟΝ. Pro ΚΟΜΗ ſcribendum ΚΩΜΗ. Ita reſtituendum ΧΘΟΝΙ (ut ego ſcripſi) pro ΦΘΟΝΙ, quod legitur apud Boldettum. Reliqua emendet qui velit. Heic ſane deſiderari videtur nomen *Pagi Galatiæ*, ex quo ſe oriundum profitetur *Domeſticus* iſte *Philippus*.

3 *Ibidem.*
Ex eodem.

ΕΝΘΑΔΕ, ΚΑΤΑΚΕΙΤΑΙ, ΑΒΛΑΒΗϹ
ΓΑΛΑΤΗϹ, ΧΩΡΙΟΥ, ΜΟΥΛΙΚΟΓΓΙΟϹ
ΦΩΤΙΝΟΥ, ΖΗΣΑΣ, ΕΤΗ, ΤΡΙΑΚΟΝΤΑ
ΠΝΕΥΜΑΤΙΚΟΣ, ΚΑΛΥΠΤΕΙ, ΓΗ
ΕΙΡΗΝΗ, ΣΟΙ

Ideſt :

Heic Jacet Ablabes
Galata, e Loco Mulicongio,
(filius) *Photini, Qui Vixit Annos Triginta,*
Spiritualia quærens. Illum *Terra Tegit,*
Pax Tibi.

4 *In Inſula Gauli.*
Ex Gualterio.

QVIR. POSTV .... MVNICIPII
ADRIANI. PERPETVI. QVINQ. DECVR. IVDI
QVATRINGENARIOS. ADLECTO. A. DIVO ANTO
G. PIO. OMNIB. HONORIB. CIVITATIS. SVAE. HO
E. FVNCTO. ITEM. LEGATIONE. GRATVITA. APVD
HADRIANVM. ET APVD AMPLISSIMVM ORDINEM DE
LIB. REDHIBENDIS. PLEBS. GAVLITANA. EX. AERE CON
PLVRA MERITA EIVS. ❦. D. D. ❦.

Inſula, Melitæ Inſulæ celeberrimæ proxima, *Gozo* nunc appellata, fuit *Gaulos*, ab antiquis laudata, Phœnicum olim Colonia, *Municipium* poſtea ſub Romanis.

5 *In portu Trajani. Ex Donio.*

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ. ΚΑΙΣΑΡΑ
Μ. ΑΝΤΩΝΙΟΝ
ΓΟΡΔΙΑΝΟΝ. ΕΥΣΕΒΗ
ΕΥΤΥΧΗ. ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΚΟΣΜΟΚΡΑΤΟΡΑ Η ΠΟΛΙΣ
Η ΤΩΝ ΓΑΖΑΙΩΝ ΙΕΡΑ ΚΑΙ
ΑΣΥΛΟΣ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΜΟΣ
ΠΙΣΤΗ Η ΕΥΣΕΒΗΣ ΛΑΜΠΡΑ
ΚΑΙ. ΜΕΓΑΛΕ ΕΞ ΕΝΚΛΥΣΕΩΣ
ΤΟΥ ΠΑΤΡΙΟΥ ΘΕΟΥ
ΤΟΝ ΕΑΥΤΗΣ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΔΙΑ. ΤΙΒ. ΚΛ. ΠΑΠΕΙΡΟΥ
ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ. ΤΟΥ. ΙΕΡΟΥ

Ideſt :

Bonæ Fortunæ.
Imperatorem Cæſarem
Marcum Antonium
Gordianum, Pium
Felicem, Auguſtum
Orbis-terrarum Dominum, Civitas
Gazenſium Sacra, Et
Aſyli jure prædita, *Et Suis Utens Legibus*
Fidelis, Pia, Splendida
Et Magna Ex Enclyſeo
Patrio Deo,
De Se Ipſa Bene Meritum,
Per Tiberium Claudium Papirium
Curatorem Sacrorum
(ſubaudi *Honorat.*)

De *Trajani Portu* infra erit ſermo. Ibi inventum hoc Epigramma. *Gaza* Palæſtinæ Civitas celebratur in ſacris æque atque in profanis Literis. Quis Deus ſub nomine *Enclyſei* coleretur ibi, ignotum mihi eſt. *Marna* Templum Gazæorum celebre ſub Chriſtianis Imperatoribus everſum, non uno in loco teſtatur Sanctus Hieronymus. *Marnam* Bochartus interpretatur *Dominum Hominum*. Ergo is *Juppiter*. Et *Jovem* quidem Cretenſem a Gazæis cultum, ſcribit Stephanus. An verò idem cum *Deo Patrio Enclyſeo* fuerit, adhuc inquirendum ſupereſt.

1 *Romæ.*
E ſchedis Farneſiis,
miſit P. Andreaſius Soc. Jeſu.

ΕΔΟΞΕ ΤΗ ΠΟΛΕΙ ΤΩΝ
ΓΕΡΟΝΘΡΑΤΩΝ ΠΕΔΟΠΑ ΛΑΟ
ΔΑΜΑΝΤΟΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΝ
ΠΡΟΞΕΝΟΝ ΕΙΜΕΝ ΚΑΙ ΕΤΕΡΓΕ
ΤΑΝ ΤΑΣ ΠΟΛΙΟΣ ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΔΕ
ΑΤΤΟΙΣ ΓΑΣ ΚΑΙ ΤΑΣ ΟΙΚΙΑΣ
ΑΓΚΤΗΣΙΝ ΚΑΙ ΤΑ ΛΟΙΠΑ ΤΙΜΙΑ
ΟΣΑ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΛΟΙΠΟΙΣ ΠΡΟΞΕΝΟΙΣ
ΤΑΝ ΔΕ ΠΡΟΞΕΝΙΑΝ ΤΑΤΤΑΝ
ΤΟΤΣ ΕΦΟΡΟΤΣ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ
ΕΙΣ ΤΟ ΙΕΡΟΝ ΤΟ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ
ΚΑΙ ΑΝΑΘΕΜΕΝ ΕΙΣ ΣΤΑΛΑΝ
ΛΙΘΙΝΑΝ

Ideſt:

Viſum, Eſt Civitati
Geronthratum Pelopem Lao-
damantis Lacedæmonium
Hoſpitem Quidem Et Bene-
factorem Civitatis Suſcipere,
Eique largiri *Terræ Et Habitationis*
Poſſeſſionem, Et Reliqua Decora
Quæcumque Ceteris Hoſpitibus conceduntur.
Iſtud Verò Hoſpitalitatis decretum
Ab Ephoris Reſcribendum
In Templo Apollinis
Et Inſculpendum In Columna
Lapidea.

Sunt in Græco quædam vitiata, quæ reſtituat qui velit. *Civitatis Geronthratum* nobis ſervavit memoriam Stephanus Byzantinus: Γεράνθαι, inquit ille, πόλις Λακωνικῆς. Ὁ πολίτης Γερανθρώτης. Scilicet: *Geranthæ Urbs Laconicæ regionis. Civis, Geranthrotes.* Teſtem is adducit Pauſaniam, qui revera in *Laconicis Geranthras*, & *Geranthratas* nominat; paullo autem infra *Geronthras* ter commemorat. Quare corrigendus locus Stephani, & pro *Geranthæ* legendum eſt *Geronthræ*, non verò *Geranthræ*, ut Pinedo & Holſtenius ſibi perſuaſere. Habemus enim Pauſaniam cum Inſcriptione iſta concordem.

2 *Gerundæ. Ex Petro de Marca.*

SABINAE
TRANQVILLINAE
AVGVSTAE
RESPVB. GERVND.

Gerunda; nunc *Girona*, Cataloniæ Civitas, memorata a Plinio, Ptolemæo, & Prudentio.

3 *Ibidem. Ex eodem.*

M. IVLIO
PHILIPPO
NOBILISS
SIMO. CAE
SARI
R. P. GER.

4 *Extra Romam, in Sancti Pauli. Ex P. Margarino.*

ΕΝΘΑ ΚΑΤΑΚΙΤΑΙ ΟΝΟ
ΜΑΤΙ ΔΟΚΙΜΟC ΧΩ
ΡΙΟΥ ΓΟΛΟΗC ΜΙΚΡΑC
ΓΑΛΑΤΙΑC ΖΗCΑC ΜΙΚΡΟ
ΠΡΟC ΕΤΗ. Ι. Θ

Ideſt:

Heic Jacet No-
mine Docimus ex Lo-
co Goloës Parvæ
Galatiæ, Qui Vixit Paulo
Supra Annum ætatis *XVIIII.*

Duplicem *Galatiæ* Provinciam agnovere veteres, *Parvam* nempe in Aſia, & *Magnam* in Europa, Galliam videlicet. Nam idem Græcis fuit *Galata* & *Gallus*. Propterea Minor *Gallogræcia* appellata fuit, quippe olim a Gallis illuc profectis habitata.

4 *Hiſpali. E ſchedis P. Cattanei.*

TRIA
ORDO HIENIPENSIVM
P......ET TVRBA CLVPEVM
ET STATVAM DECREVIT
V. VERSIARIVS MONOB
ITA

Hienipa, Hiſpanicæ Bæticæ oppidum, quam in hoc fragmento memoratam vides, nunc creditur *Alcalà de Guadaira*, paucis paſſuum millibus ab Hiſpali diſtans. Neſcio, an cum *Ilipa* confundatur. Vide infra.

5 *In Monte Caſino. E ſchedis meis.*

PRAEF. AERAR. PONTIFICVM
AD. CORRIGENDVM. STATVM. ITALIAE
DELEGATO. PRINCIPVM. IN. PROVINCIA
INFERIORIS. LEG. AVG. PR. PR. PROVINCIAE
GERMANICAE. EXPEDITIONIS. LEGATO
IVRIDICO. PER. AEMILIAM. ET. LIGVRIAM. CVRATORI
AFRICAE. REGIONIS. HIPPONENSIS. PRAETORI
TO. TVRMARVM. EQVESTRIVM
AMANTISSIMO

Hippon Regius, Africæ Civitas celebris, quod potiſſimum Epiſcopum habuerit Sanctum Auguſtinum, in hoc elogio deſignari mihi creditur.

1 *Placentiæ in Hispania, super janua Garziæ de Rosci. E schedis meis.*

C. MARCIVS CLARVS
HISPALENSIS. AN. L. H S. E. S. T. T. L.
L. MARCIA PROCVLA PATRI D. S. F. C.

Hispalis Hispaniæ Bæticæ Metropolis, nunc *Siviglia*, antiquis pariter atque nostris temporibus splendidissima Civitas, de qua nihil est quod verbum dicam.

3 *Hispali. E schedis ejusdem P. Cattanei.*

P. MAGNIO. Q. F. QVIR. RVFO
MAGNIANO TR. MIL. LEG. IIII.
PROC. AVG. XX. ET TR. PER. HISP.
BAET. ET. LVSITAN. ITEM. PROC
AVG. PER. BAET.
SCAPHARII. HISPALENSES.

Gruterus pag. 434. num. 3. aut similem, aut eamdem; sed perquam diversam attulit. *Schapharii Hispalenses*, ideft Collegium Nautarum in Bæti flumine discurrentium.

6 *Panormi. Ex eodem.*

L. ACILIO. L. F. QVIR
RVFO
Q. PRO. PR. PROVINC.
SICIL. TR. PL. PR.
PRAEF. FRVM. DAND.
EX. S. C.
HISPELLATES. PVBLIC.
D. D.
PATRONO

Corruptam dederat Gruterus pag. 344. num. 7. *Hispellum* Civitas Umbriæ, atque olim Romanorum Colonia, nunc adhuc nobile Oppidum, multisque antiquis monumentis affluens, quæ in hoc Opere legentur.

9 Carcabuey *in Hispania. E schedis Farnesiis misit P. Andreasius e Societate Jesu. Et e schedis Ramberti apud Canon. Bertoli.*

SIS. ORDO. M.
LOCVM SEPVLTVR. IN.
FVNERE. VR. P. XXV. DEC
HVIC ORDO ILITVRGI COLEN.
LOCVM SEPVLTVR. IMPEN
SAM FVNERIS DECR.

Fragmentum est, ac insuper parum exacte ad nos transmissum. Quod nostra refert, mentionem heic fortassis habemus *Ordinis* Decurionum *Iliturgiensium*. Hæc olim Civitas Hispaniæ Bæticæ, a Ptolomeo memorata, jamdiu excisa jacet, atque in eo loco extitisse creditur, ubi nunc *Anduxar el viejo*.

2 *Caparæ in Extremadura in Regionensi Regno. E schedis P. Cattanei.*

CAIVS MAR
CELLVS CLA
RVS HISPA
LENSIS
S. T. T. L

4 *Tarracone. Ex Petro de Marca.*

C. ATTILIO
SAGVNTINO
FLAM. P. H. C
P. H. C.

Ideft *Flamini Provinciæ Hispaniæ Citerioris*. Postremæ Siglæ idem significant, nempe *Provincia Hispaniæ Citerioris*, quæ *Attilio* lapidem posuit. Eadem quoque appellata fuit *Hispania Tarraconensis*.

5 *Ibidem. Ex eodem.*

L. SEPTIMIO
MANNO C. V.
CONCILIVM
P. H. C

7 *Histonii. Misit Petrus Polidorus.*

M. BLAVIO Q. FIL
IV. V. I. D. AEDILI
CVRAT. VIAE. VALERIAE. CLAVDIAE
ET TRAIANAE FRENT.
INTERAMNATES. HISTONIENSES
BVCANI
BENEMERENTI

Histonium olim appellata Civitas, quæ nunc *il Vasto* in Regno Neapolitano. In *Frentanis* eadem sita. Sed & *Buca* oppidum eidem regioni attributum fuit, de quo supra. Cur verò *Interamnates* (nunc *Teramo* eorum Civitati nomen est) adeo dissiti, Frentanis jungantur, non alia mihi caussa succurrit, nisi quod per eorum quoque fines excurreret aliqua ex Viis heic memoratis. *Via Trajana* in Nummis occurrit. Unam *Claudiam* Eruditi hactenus agnovere. At plures antiquitas. Ceterum fides hujus Marmoris sit penes Clariss. Abbatem Polidorum.

8 *Eugubii, apud Canonicum Clementem de Fabianis. Misit N. V. Marcellus Franciarinus Jurisconsultus.*

RVFRENA
L. L.
ST. ACT. E.
IGV.

Iguvium veteres, *Eugubium* posterioris ævi Scriptores appellavere Civitatem Umbriæ in Ducatu Urbinate, quæ nunc *Gubbio* Italice dicitur. De illius nomine & antiquitate plura dedit N. V. Marcellus Franciarinus Jurisconsultus Iguvinus in Dissertatione editâ inter Opuscul. P. Calogierà. STACTE legendum, quamquam syllabis commate divisis.

1 *Hienipæ,*
in Oppido Hispaniæ,
nunc Alcalà de Guadaira.
E schedis P. Cattanei.

A F R I C A E
ORDO III. EN
I P E N S I V M
ITVRA F FLV
CLVPEVM...A
IM. DECRE
RVFVS FABIVS MON
OB MEMORIA ... IN DVI
OR. LVSVS

Fortassis habetur heic mentio *Illipensium* Populi Hispaniæ Bæticæ, a Ptolomæo atque ab aliis memorati. Sed ubi, ut nuper vidimus, *Hienipa* olim exstiterit, ad eam lapis est referendus.

5 *Interamnæ, nunc* Terni,
in Platea publica.
Ex Angelonio.

IMP. CAES. L. DOMITIO
AVRELIANO PIO FELICI
INVICTO. AVG. PONTIF
MAX. GER. MAX. TR. POT.
CONS. ET PROCONS. P. P.
INTERAMNA
TES NAHART.
DEVOTI
NVMINI
EIVS PVBLICE

Dicatum fuit Elogium hoc Aureliano Imperatori Anno Christi 271. quo decurrebat Annus Primus Tribuniciæ Potestatis. Neque pro more additur numerus I. quia unum, ut ajunt, non facit numerum. *Consul* etiam dicitur, sine ullâ notâ numericâ, ita ut tum solùm processisse Consul videatur. Verùm Cardinalis Norisius, Reinesius, Pagius, & Relandus contendunt, Anno eodem 271. Aurelianum, antea Consulem suffectum, suscepisse *Consulatum Secundum*, laudantes in hanc rem Insctiptiones aliquot. Sed minime desiderantur lapides alii ad Annum 274. & 275. quibus signatur Aureliani Consulatus II. ita ut Primus statuendus sit Anno Christi 271. Pagius quoque alibi coactus fuit fateri, *plerumque in Inscriptionibus, ceterisque monumentis publicis Consulatus suffectos fuisse prætermissos*. Neque deessent opponenda Marmoribus a Reinesio, Pagio, & Relando pro se laudatis: sed nolo immorari. Quod certum est, in veterum Fastis ad Annum Christi 271. Aurelianus Consul tantùm, nullo nimirum iterati Consulatus indicio, signatur.

6 *Emeritæ in Hispania.*
Ex Donio.

D. M. S
P. LICINIVS. PATERNVS
INTERAMNENSIS. AN
LXX. LICINIA. PATERNA
PATRI. ET. LICINIA. FLAVIA
MARITO. OPTIMO. F

2 *Apud Pontem de Pinos*
in Hispania.
E schedis Farnesiis.

PERPETVO LONGINI
ILVRCONENSI

Ilurgim, oppidum Hispaniæ Bæticæ, commemorant Polybius, Appianus, ac Ptolemæus. *Ilercaones* quoque, Populos Hispaniæ Tarraconensis, reperias apud Livium, Cæsarem, ac Ptolemæum. Ego ad primum Populum spectare Inscriptionem puto, quod Lapis in Provincia Bætica exstet, ut & alii a Grutero producti. in quibus occurrunt *Ilurconenses*, & *Ilurconienses*.

3 *Ibidem,*
Ex eisdem.

FABIAE L. F. BROCCILLAE
DECRETO ORDINIS
ILVRCONENSIS
FABIVS AVITVS PATER

4 *In Policino Sancti Georgii Ferrariæ.*
Ex Historia Ferrariensi.

DIS MANIBVS
SACRVM
ET QVIETI. AETERNAE
L. AVRELI. L. L. PORPHYRIONIS
VIXIT. ANN. LXVII.
M. AVRELIVS. L. L. HERMES
FECIT. ET. SIBI. ET. SVIS
POSTERIS
ET. SIBI. VIVVS. PONEN. CVRA
VIT. ET. SVB. ASCIA. DEDI
CAVIT. IN. FR. P. XII.
IN AGR. SIT. EST. PED. XVIII.
APVD NAVAL. INTERAMNAT
NAHART.

Plures *Interamnas*, sive *Interamnias* olim numerabat Italia. *Interamnates* isti, ut distinguantur ab aliis, *Nahartes* appellantur, quo nomine signatur, quæ nunc Italice nuncupatur *Terni*, Civitas Umbriæ, ad Narem fluvium sita, & contermina Spoleto. Formula *Sub Ascia dedicavit*, apud Gallos usitata, quei nunc in Inscriptione Italicâ occurrat, mirari subit.

7 *Interamnæ, nunc* Terni.
Ex Angelenio, & Ligorio.

IVLIO EVBVLIDAE
C. V. CORR. TVSCIAE
X. VIRO PRAEFECTO
AERARIIS SATVRNI
OB INLVSTRIA IPSIVS
MERITA ET AMOREM IV
STA CIVES ORDO INTE
RAMNATVM PATRONO

IVSTA heic pro IVXTA, idest *Erga*, sed nòn sine peregrinitate. Eadem dicendi formula in altero Interamnate lapide occurrit apud Reinesium Clafs. III. num. 42.

1 *Interamnæ,*
in viridario Nob. V. Ferdinandi de Vicecomitibus
de Cittadinio.
Misit ipse.

L. ITERIO. C. L. PVPIO LEGATO PR.
VMBRIAE TR. PLEB. INTERAMN
DECVR. ET PLEBS. VRB. MVNICIPI SVO

Pro C. L. amassem C. F. in hoc nobili viro, qui *Legatus Provinciæ Umbriæ* dicitur: quod munus nusquam alibi mihi occurrit. Si mavis legendum esse LEGATO PRAETORIO, id quoque rarum fuerit.

2 *Extra Clunium*
oppidum in Hispania.
Ex Surita.

ATTVAE. BOV
AE. BOV. F
INTERCATIENSI
AN. XXXII
AIVS ATONIVS
VXO. S. F. C

Intercatiæ mentio est apud Livium Lib. 48. uti animadvertit Surita. Meminerunt etiam Plinius, & Antoninus in Itinerario.

3 *Prope Aguilariam oppidum Hispaniæ,*
in prædio Martini de Salzedo.
E schedis P. Cattanei.

D. M. S
L. CORNELIVS GALLVS PATER
ANNO. LIII. F. I
SEMPRONIA. L. F. SEMPRO
NIANA ANNOR. XXXIIII.
IPARGENSES PII IN
SVIS H. S. S
S. V. T. L

Ipargenses, idest quibus patria fuit *Ipagra*. De loco isto in Topographia antiqua Hispaniarum nihil mihi occurrit.

4 Carcabuey *in Hispania.*
E schedis Farnesiis, & Ramberti apud Canon. Bertoli.

LICINIA MODESTINA
IPOLCOBVLCOLENSIS
LICINII SOBRIIOVIS
LIB. ANN. LXXV
P. I. S. H. S. E
S. T. T. L.

Idest *Pia in Suos. Heic Sita est. Sit tibi terra levis.* Decernere ego nequeo, sit-ne germanum nomen, an Exscriptoris mendum IPOLCOBVLCONENSIS. Ego *Obulcolam* seu *Obuculam*, oppidum Hispaniæ Bæticæ, a Plinio & Ptolemæo memoratum, dumtaxat novi, atque ad illud pertinere hunc lapidem suspicor.

5 *Extra Romam,*
in Basilica Sancti Pauli.
Ex Margarino.

Θ . K
K. IOΤΑΙΩ
CΩCIBIΩ
ZHCAC ETH. IΘ
HMEPAC. IK
EΠOIHCEN
ΠΕΤΡΩΝΙΟC
ΣEPHNOC
ΠΑΤΗΡ
ΛΑΚΕΔΑΙΜΟ
NIOC

Idest:

Dis Manibus
Cajo Julio
Sosibio,
Qui Vixit Annos XIX.
Dies X - - - -
Fecit
Petronius
Serenus
Pater
Lacedæmon.

Lacedæmonem, quæ & *Sparta*, celeberrimam Urbem, quis Eruditorum non novit?

6 *In Oppido Civitatis Laviniæ,*
apud Carolum Bonellum.
Ex P. Vulpio e Societate Jesu.

IVNONI. S. M. R
Q. OLIVS. PRINCEPS
REDEMPTOR. OPERVM
PVBLICORVM
LANIVINORVM
DE. S. D. D

Idest *Junoni Sospitæ Magnæ Reginæ*, quæ *Lanuvii* in Civitate Latii magno honore celebatur. De Urbe illa, ejusque Templo multa erudite disseruit Cl. P. Vulpius e Societate Jesu, in veteris Latii Lib. 8.

7 *Larissæ. Ex Johanne Antonio Astorio.*

ΤΑΚΙΝΘΕ ΛΑΡΙΣΑΙΩΝ
ΔΗΜΟΣΙΕ ΗΡΩΣ
ΧΡΗΣΤΕ ΧΑΙΡΕ

Idest:

Hyacinthe Larissæ
Civis, Heros
Bone, Salve.

Non unam *Larissam* vetus Geographia nobis exhibet. Nullam ex iis memoro, quum certum locum Inscriptionis ipsius auctor minime designaverit.

8 *Laude Pompeja.*
E schedis Cyriaci apud Philippum Stosch Baronem Danum.

M. CVPPELLIVS CHARITON
VI. VIR SENIOR LAVDE
V. S. L. M

Alicui Deo votiva hæc tabella fuit posita a *Cupellio* isto in Civitate *Laudensi*, perquam notâ.

1 *Romæ,*
in Sanctæ Agnetis.
Misit Alexander Capponius Marchio, Antiquitatum Romanarum Studiosissimus.

C. NASENNIO ❦ C F ❦ MARCELLO SENIORI
PRAEF. COH. I. APAMENAE. TRIB. COH. I. ITALICAE CIVIVM. ROMANORVM VOLVN
TARIORVM. PRAEF. ALAE. PHRYGVM. PRAEF. FABRVM. AEDILI. QVAESTORI. DVVMVI
RO. QVINQVENNALI. III. CVRATORI. OPERVM. PVBLICORVM. ET AQVARVM ❦
PERPETVO PRAETORI. ET PONTIFICI. LAVRENTVM. LAVINATIVM. P C. OSTENSIVM
NASENNIA. HELPIS. FECIT. PATRONO. INDVLGENTISSIMO. ET. C. NASENNIO. SA
TVRNINO CONIVGI CARISSIMO. SIBI LIBERIS. LIBERTIS LIBERTABVS POSTERIS
QVE EORVM

In egregia hac Inscriptione *Nasennius Marcellus* appellatur *Pontifex Laurentum Lavinatium*. Quo nomine etsi *Laurentes Lavinates* designari possint, scilicet Populus celeberrimus ad Tiberim habitans non longe ab Ostiis Tiberinis: attamen, ut alibi animadverti, quum Sacerdotes *Laurentes Lavinates* sub hoc nomine signari consueverint, atque is dicatur *Pontifex*, omnino de iis ipsis heic agitur. Sequitur P C. OSTENSIVM. Arbitror, sejungendas esse literas interpunctione, & scribendum P. C. atque istum fuisse *Patronum Coloniæ Ostiensium*: Scriptum quippe OSTENSIVM pro OSTIENSIVM. Laurento Oppido vicina fuit *Ostia* celebratissima Civitas, & Romanorum *Colonia*. In hoc marmore litera A ad instar Λ. veluti Lambda Græcorum scripta fuit. Animadvertas etiam velim, apud Gruterum pag 454. num. 10. occurrere *Coloniam Ostiensem*. Verùm, uti e schedis Fratris Jucundi, quas mihi humanissime suppeditavit Clariss. Gorius, didici, in eo quoque lapide legitur COLONIA OSTIENSI. Ostia Tiberis nomen loco dedisse Eruditi norunt. *Ostia* propterea sine adspiratione scribendum.

2 *Ibidem, prope Pantheon. Ex Donio.*

DOMINO NOSTRO - - - - - - - - - - - - - - -
INVICTISSIMO - - - - - - - - - - - - - - - - -
OMNIVM PRINCIPVM - - - - - - - - - - - -
BENEVOLENTIA. INDVLGENTIA
EXVPERANTISSIMO
IMP. CAESARI. M. AVRELIO
ANTONINO. OPTIMO
SANCTISSIMOQVE PRINCIPI
FELICI. AVG. PARTH. MAX.
BRITANN. MAX. PONTIF.
MAX. TRIB. POT. XVI. IMP. II.
COS. IIII. PROCOS. P. P
LAVRENTES LAVINATES

Spectat Inscriptio ad *Antoninum Caracallam Augustum*, atque ad Annum Christi 213. Tot profectò encomia recte caderent in Marcum Aurelium Philosophum, optimum Principem, non verò in Caracallam bestiam: sed tunc scribendum foret COS. IIII. Anno autem Christi 162. Philosophus numeros dignitatum suprascriptos implebat. Sed quid non peperit adulatio? Supra in Inscriptione posita *Nasennio Marcello* vidisti Sacerdotes *Laurentes Lavinates* alibi *Pontifices* memoratos. In hoc autem lapide fortassis habes *Laurentum Lavinatum* non Sacerdotem, sed Civium, seu Populi mentionem, quos ad Tiberim non longe ab Ostiis Tiberinis habitasse jam dixi, & quorum crebra est memoria apud Romanos Scriptores.

5 *Ibidem, in Palatio Barberino.*
Ex Holstenio V. Cl.

Ο ΔΗΜΟC Ο ΛΑΟΔΙΚΕΩΝ ΤΩΝ ΠΡΟC ΤΩΙ ΛΤΚΩΙ
ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΟΝ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΓΕΓΟΝΟΤΑ
ΕΑΤΤΩΙ ΣΩΤΗΡΑ ΚΑΙ ΕΤΕΡΓΕΤΗΝ
ΑΡΕΤΗC ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΤΝΟΙΑC
ΤΗC ΕΙC ΑΤΤΟΝ

Ideſt:

Populus Laodicensis ad Lycum
Populum Romanum, Qui fuit
Sibi Servator, Ac Beneficiorum Largitor,
Virtutis Caussá Et Benevolentiæ
Erga Ipsum
(supple *hoc Monumento honorat*)

3 *Tusculi, in Villa Lazarina.*
Ex Dominico Matthæo.

DIIS MANIBVS
PARTERIO ARCARIO REIPVBLICAE
LAVICANORVM QVINTANNENSIVM

In Itinerario, quod Antonino vulgo tribuitur, recensetur locus ad *Quintanas* XV. passuum millibus ab Urbe distans. Ibi oppidum *Labici*, sive *Lavicum*, fuisse videtur, Colonia olim Romanorum, cujus mentio est apud Vergilium, Livium, Silium, & alios. Sed adhuc incertum est Labicorum situs. *Quintannenses* verò ideò *Lavicani* appellati mihi creduntur, quod in Via *Lavicana* essent.

4 *Romæ,*
in Sancti Marcelli in Via Lata.
Ex Donio.

- -
- -
ΑΡΧΙΕΡΕΑ. ΜΕΓ. ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΤC - - -
ΑΤΤΟΚΡΑΤΘΡΑ. ΤΟ. Γ. ΤΠΑΤΟΝ. Δ. Π. ΠΑΤ
ΛΑΟΔΙΚΩΝΤΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟ ΛΙΚΩ
ΠΟΛΙΣ. ΦΙΛΟΤΙΜΗCΑΜΕΝΩΝ ΤΗΝ - - - -
ΤΟΤ ΑΝΔΡΙΑΝΤΟC
ΑΙΛΙΟΤ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΤ ΡΟΔΩΝ - - - - -
ΑΙΛΙΟΤ ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΤ ΚΟΜΗΓΑ
ΑΤΤΟΤ

Ideſt:

- -
- -
Pontificem Maximum, Tribuniciæ Potestatis - - - -
Imperatorem III. Consulem IV. Patrem Patriæ,
Laodicensium Ad Lycum
Civitas (honorat) *Studiose Curantibus* (erectionem)
Statuæ
Ælio Antipatro Rhodone - - - - -
& *Ælio Antipatro Comega* - - - (seu Collega)
Ipsius.

Nisi ad *Neronem*, qui Anno Christi 60. *Imperator Tertium*, *Consul Quartum* fuit, lapidem spectare velis, eum refer ad *Trajanum*, qui Anno Christi 102. easdem numerabat Dignitates; aut ad *Antoninum Caracallam*, in quem Anno Christi 215. & subsequentibus eædem Notæ concurrunt. Plures Urbes *Laodiceæ* nomine habuit antiquitas. Omnium fortasse celeberrima, quæ in Phrygia *ad Lycum* fluviùm sita fuit. Vide sequentem Inscriptionem.

1 *Lausannæ,*
apud D. Ligneux *Burgi Magistrum in basi.*

SOLI. GENIO. LVNAE
SACRVM. EX. VOTO
PRO SALVTE AVGVS
TORVM. P. CLOD CORN
PRIMVS CVRATOR. VIKA
NOR. LOVSONNENSIVM. II
IIIIII. VIR. AVGVSTAL. C. C. R
CONVENTVS. HEL. D. S. D

Inscriptioni huic nuper repertæ debemus notitiam *Lausannensis* Urbis, vix e tabulis Peutingerianis antea notæ. Habes heic expressam illius antiquitatem in Helvetica regione. *Lousonna*, uti vides, ea olim appellata. CORN. decernas velim, utrum Agnomen viri sit, an *Cornicularius primus*. Nihil tamen heic militaris hominis. C. C. R. mihi creditur *Curator Civium Romanorum Conventus Helvetici*, cujus mentio etiam occurrit in Thesauro Gruteriano.

4 *Antemaduni Lingonum.*
Misit Bimardus acceptam a D. Mahudel.

D D
CAES. L. SEPT. SEVERO
AVG. ARAB. ADIAB
PARTH. MAX. TRIBVN
AGNIAN. AE
FVNCT. IN. CI LINGONVM

Bimardus in penultimâ lineâ supplet AEDILITATE, in postremâ CIV. ideft *Civitate*. Apud Gruterum pag. 263. num. 2. vitiis scatet hoc Marmor. *Lingonum Civitas*, nunc *Langres* illustris Galliæ Urbs in Provincia Campaniæ.

6 *Ravennæ,*
in Monasterio Classensi.
Misit P. D. Mariangelus Fiacchi Monachus Camaldulensis.

D .. M
HERENNIAE
FAVENTINAE N̄ VER
COI. VIX. AN. XX.
L. POMPONIVS
--------ET SIBI
B. M. P
CAIVS LOBO
NIS DE LOKASEN
SE CIVIS AFER QVI
VIXIT ANNIS QVIN
QVAGINTA VIVES
IN PACE

Titulo *Herenniæ Faventinæ* N. VER. *Natione Veronensis* Ethnicæ Mulieris, Christianus vir *Cajus Lobonis* filius, alteram Inscriptionem deinde subjunxit. *Cajo* isti patria erat *Locasa* Africæ Civitas, aut Pagus.

2 *Augustæ Taurinorum,*
in Regia Scientiarum Academia.
Misit Comes Caissottus, Præses Senatus.

MINICIAE
L. F. PAETINAE
VXORI
RVTILI GALLICI
LEPTITANI
PVBLICE

Duas tantùm in Africa Civitates, quibus nomen fuit *Leptis*, agnovere Strabo, & Plinius. Ad utram spectat Inscriptio hæc a *Leptitanis* posita, nemo decernat. Sed quei Augustæ Taurinorum Marmor istud?

3 *Niciæ,*
in Monasterio Sancti Pontii.
Ex Joffredo.

MATTVCIAE. PATERNAE. EX PAGO
LICIRRO. VICO. NEVELIS. IMMATV
RA. MORTE. SVBTRACTAE. AN. XXV.
M. V. L. MATVCCIVS. VARINVS. ET
AELIA. MATERNA. PARENTES

Aut MATVCCIAE scribendum est, aut MATTVCIVS. Postremum plus arridet. Atque hinc discas, errare illos, qui *Pagum* sumunt pro *Vico*. Fuit *Pagus* tractus regionis multas Villas, sive complures *Vicos* complectens. Quam significationem servatam etiam vidi in Libris & Chartis barbarici ævi. In agro Niciensi verisimile est, exstitisse *Pagum* hunc *Licirrum*, & *Vicum Nevelis*.

5 *Hieracii,*
in Calabria.
E Gualterio.

IOVI OPTI
MO MAXIMO
DIIS DEABVS
QVE IMMOR
TALIBVS ET
ROMAE
AETERNAE
LOCRENSES

Locri olim Civitas ampla Brutiorum, nunc nota dumtaxat e Libris. Ex ejus ruinis enata creditur Civitas *Hieracii*, vix mille passuum millibus inde distans.

7 *Tarracone.*
Ex Petro de Marca.

C. VIRIO FRONTONI
FLAMINI EX LVCENS
EX DECRETO CONCILII
P. H. C

Idest *Flamini Eximio Lucensi*. In Callæcia Hispanica *Lucensis conventus Populorum sexdecim* memoratur a Plinio. Meminit quoque Ptolomæus. Flamini huic statua, aut memoria posita fuit *ex decreto Concilii Provinciæ Hispaniæ Citerioris* Cur verò Provincia hæc, a qua tam longe aberant *Callæci*, honorem istum homini detulerit, aliorum erit inquirere.

1 *Lugduni,*
in Porta Claustri Majoris Ecclesiæ.
E schedis Pacediani.

D . M
TI. CLAVDI PEREGRINI
IIIIII VIRI AVG. LVGD.
CLAVDIA MVNDIA
HERES PONENDVM CVRAVIT

Lugdunum, inclyta Galliæ Civitas, meis non indiget laudibus, celebratissima apud veteres, neque minus illustris ævo nostro.

3 *In Villa Nocchi*
agri Lucensis,
in Parochialis Ecclesiæ columna marmorea.
Misit P. Sebastianus Pauli e Congregatione Matris Dei.

IMP. CAES. D. N
VALENTI. PIO
FELICI. SEMPER. AVG
CIVIT. LVN
M. P
IMP. CAESAERI. D
GRATIANO PIO FEL
SEMPER AVG DIVE
VALENTINIANI A
CIVIT. LVNEN. M. P
IMP. CAES. DNE VALENTINIANO
.........SEMP. AVG
DIVI VALENTINIA....
CIVIT. LVNEN
M. P.

Anno Christi 376. aut sequenti positus fuit cippus iste Miliarius. *Luna* olim nobilis Civitas Etruriæ, ad ostia Macræ fluvii sita. Vix ejus ruinæ supersunt. Nunc regionis illius caput *Sarezana*, Civitas Episcopalis, Lunæ filia. Marmorarii inscitiæ fortassis tribuendæ erunt voces aliquot heic perperam scriptæ.

4 *Lupiis.*
Ex Donio.

D . M . S
L. LVPILIO. M. F. PRINCIP
IN. SEN. OMNIBVS. HONORIBVS
IN. REP. LVPIEN. FVNCTO
OB. REM. BENE. GESTAM. DEC
VN. ORDO. ET. PLEB. AER. PVB
MON. IN FORO SEP. Q. P. C
V. AN. LXIIX. M. IX. D. XXIX
OB. V. KAL. MAI

Quæcumque Inscriptiones postremis hisce temporibus ex *Lupiis*, Calabriæ olim Oppido, emersere, suspectæ fidei sunt apud Eruditos, quasi aliquis, ut famam conquireret regioni illi, & conterminis locis, eas procuderit. Inquirendum ergo foret, an lapis adhuc exstat. Illud OB*iit* profectò in veterum lapidaria aliquid peregrini olet.

2 *Ibidem,*
in Sancti Irænei.
Ex Cl. Marchione Maffejo.

D . M
L. HILARIANI CINNA
MI. CIV. LVGD. NAVT
RHODANICO RHO
DANI NAVIGANTIS
CVRATORIS EIVSDEMQVE
CORPORIS NEGOTIATO
RIS. Q. HAR....Q. MAS
PETIVS SEVERIANVS Q.
SER-----------------
HEREDES P. C. ET SVB
ASCIA DEDICAVERVNT

Alterum Inscriptionis hujus exemplum ad me misit Joseph Bimardus Montis Seleuci Baro, quod plenius nete pigeat rursus accipere.

D M
L. HILARIANI CINNA
MI CIVIS LVG NAVTE
RHODANICO RHO
DANO NAVIGANTIS
CVRATORIS EIVSDEMQ.
CORPORIS NEGOTIA
RIS Q. HARI.... Q. MASPE
TIVS SEVERIANVS SEX
CEREIVS ET CL SEVERI
NVS AMICVS IDEMQVE
HEREDES P C ET SVB
ASCIA DEDICAVERVNT

5 *Ibidem.*
Ex eodem.

D. M. P. PACVRTIO. ANSIATI
L. F. III. LEG. TRIB. PATRIAE
LVPIEN. TVTORI. ORDO. POP.
Q. LVPIEN. CIVI. OPTIME DE
REP. MERITO EX AERE PVB
MON. PONI. PARIAQ. GLADIAT.
FIERI. C. V. ANN. XLVII. M. II
MOR. IDIB. QVINT

Illegitimi fœtus indicia sunt L. F. post Cognomen positæ. Postpositum Legioni TRIB*unus*. Illa etiam PATRIAE LVPIEN*sis* TVTORI. Insuper & hæc PARIA GLADIAT*orum* FIERI. Et postrema verba demum MOR*tuus* IDIB*us* QVINT*ilis*. A consueto vetustorum Lapidum stilo ista discedunt.

6 *Romæ,*
in Museo Albano.

T. FLAVIVS RVFVS
EX HISPANIA VLTERIORE
LVSITANIA. AN. XXII

Hispaniæ Ulterioris, quæ est Bætica, illustris olim pars fuit *Lusitania*. Verùm Lusitania ipsa deinde peculiarem nobilemque Provinciam a Bætica distinctam constituere cœpit: quod ex aliis bene multis Lapidibus constat.

1 *Inter rudera Lytti Oppidi Cretensis.*
Ex Donio.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ. ΚΑΙΣΑΡΙ
ΘΕΟΥ. ΝΕΡΟΥΑ. ΥΙΩ. ΝΕΡΟΥΑ
ΤΡΑΙΑΝΩ. ΣΕΒΑΣΤΩ. ΓΕΡΜΑ
ΝΙΚΩ. ΔΑΚΙΚΩ. ΑΡΧΙΕΡΕΙ
ΜΕΓΙΣΤΩ. ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ
ΕΞΟΥΣΙΑΣ. ΤΟ. ΙΖ
ΥΠΑΤΩ. ΤΟ. Γ. ΠΑΤΡΙΔΟΣ
ΤΩ. ΤΗΣ ΟΙΚΟΥΜΕΝΗΣ ΚΤΙΣΤΗ
ΛΥΤΤΙΩΝ Η ΠΟΛΙΣ. ΔΙΑ. ΠΡΩΤΟ
ΚΟΣΜΟΥ. Μ. ΠΟΜΠΗΙΟΥ
ΚΛΕΙΜΕΝΙΔΑ

Ideſt:

Imperatori Cæſari,
Divi Nervæ Filio, Nervæ
Trajano Auguſto, Germa-
nico, Dacico, Pontifici
Maximo, Tribuniciæ
Poteſtatis XVII.
Conſuli III. Patri Patriæ,
Orbis Terrarum Reſtauratori,
Lyttiorum Civitas Per Proto-
coſmum Marcum Pompejum
Climenidem.

Dederat hanc & Gruterus pag. 1084. num. 9. ſed aliquibus mendis reſperſam. *Littum*, ſeu *Lyttium* Cretenſis Inſulæ Oppidum fuit. Stephano Λυκτος πόλις Κρήτης. Ἔνιοι Λύττον Φασὶν ἀυτην. *Lyctus Civitas Cretæ. Lyttum nonnulli eam appellant*. Nominis cauſſam addit, quod edito in loco ſita fuerit. Et ſane, Heſychio teſte, *Lytti* dicebantur *Loca edita*. Ceterum hujus Urbis meminere *Plinius*, *Ptolomæus*, *Pauſanias*. Spectat lapis ad Annum Chriſti 113 aut 114. ſed ſcribendum ΥΠΑΤΩ. ΤΟ. Ϛ. ideſt *Conſuli VI.*

4 *Malacæ in Hiſpania.*
E ſchedis Ramberti ap. Joh. Dominic. Bertoli
Canon. Aquilejen.
Et ex Donio.

L. VALERIO. L. F. QVIR. PROCVLO
PRAEF. COHORT. IIII. THRACVM
SYRIACAE TRISSI . . . . . A . . . LEGION
. . . . VII. CLAVDIAE . . . .
PRAEF. CLASSIS. ALEXANDRIN
ET. POTAMO. PYLACIAI. PROC
AVG. ALPIVM. MARITVMAR
DELECTATOR AVG. PROV . . .
PROVINC. VLTERIS. HISPAN
BAETIC. PROC. PROVIN. CAR
TAG. GAL. PROC. PROVINCIAE
ASIAE. PROC. PROVINCIARVM. TRIVM
- - - - - - - - - - - - - - - - - -
. . . . CIT. R. P
MALACIAE. R. P. PATRONO
D. D

Quæ Civitas Hiſpaniæ Bæticæ heic memoratur, *Malaca* apud veteres Scriptores editos appellatur, nunc verò *Malaga*, ſive *Malega*. Si recte ex marmore excepta fuit Inſcriptio hæc, *Malacia* germanum ejus nomen fuiſſet. Sed parum accurate expreſſa fuit hujuſce lapidis lectio. Apud Donium legitur SYRIACA ET RISSI... VLTERIS eſt pro VLTERIORIS. Mendum quoque opinari fas eſt DELECTATOR, ut alia omittam.

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Sanctæ Helenæ.
Ex Boldetto.

VICTORIA DE REGIONE MADMEDERE
NSIVM QVE BIXIT ANN. XXXVI. QVE
FECIT CVM MARITVM. ANN. XIIII. ET
MESES V. ET. DIES X. REMISIT FILIOS
V. TE IN PACE

Ubinam fuerit *Regio Madmederenſium*, qui me doceat, erit mihi magnus Apollo. Ego in Syria ſuſpicor. Chriſtianæ feminæ Inſcriptionem heic habes.

3 *Smyrnæ.*
Ex Thoma Smitho.

ΤΑΤΙΑΣ ΗΡΩΘΕΜΙΔΟΣ ΜΑΓΝΗΤΙΣ ΑΠΟ ΣΙΠΥΛΟΥ
ΖΩΣΑ ΚΑΙ ΤΩ ΥΙΩ ΤΩ ΚΑΤΟΙΧΟΜΕΝΩ
ΛΥΣΑΝΙΑ ΛΥΣΑΝΙΑΣ ΚΑΙ ΤΩ ΠΑΤΡΙ ΑΥΤΟΥ ΛΥΣΑΝΙΑ

Ideſt:

Tatias Herothemidis (Filia) *Magneſia ſub Sipylo*
Vivens (ſibi) *Et Filio Defuncto*
Lyſaniæ (Filio) *Lyſaniæ*, *Ejuſque Patri Lyſaniæ*
(Poſuit).

Magneſia a Sipylo, ſive *ſub Sipylo*, appellata fuit illuſtris Lydiæ Civitas, ut ab aliis ejuſdem nominis Urbibus diſtingueretur. Ejuſdem mentio eſt frequens apud veteres Scriptores, uti & in Nummis. Vide Cellarium in Geograph. antiqua Lib. 3. Cap. 4. n. 15,

5 *In Inſula Delo.*
E ſchedis meis.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΣΕΛΕΥΚΟΣ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΩΝ

Ideſt:

Regis Mithradatis
Benefactoris (memoriam) *Seleucus*
Marathonius Gymnaſio Præfectus (Poſuit.)

Marathon celebre Oppidum Aſiæ ſat notum eſt.

6 *Athenis.*
E ſchedis Cyriaci,
miſit Abbas Compagnonius.

ΕΡΜΟΓΕΝΟΥΣ ΠΤΙΟΣΤΗΘΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ

Ideſt:

Hermogenis Ptioſtheti (filii) *Marathonii.*

7 *In Delo.*
E ſchedis meis.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΤΟΥ ΕΑΥΤΟΥ
ΠΑΤΕΡΑ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΝ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΠΟΛΛΩΝΑ

Ideſt:

Apollonius Apollonii (filius) *Marathonius*, *Suum*
Patrem Apollonium Demetrii (filium)
Apollini (commendat).

Scribendum ſane reor ΑΠΟΛΛΩΝΙ, ideſt *Apollini*, non verò ΑΠΟΛΛΩΝΑ; ut Inſcriptionis ſenſus recte procedat.

1 *Romæ,*
in Via Aurelia prope Sancti Marci.
Ex Donio.

D M
T. HORTENSIO
MVCRONI. NATIONE
MARSO. QVI. V. AN.
XXXXV.
AEL. VERINVS. ARM. CVST.
EQ. SING. AVG. FRATRI
F. C

Gruterus pag. 518. num. 5. adfert hunc lapidem, in quo legit T. HORTESIO: ac in tertia linea MARSAQVEO. Rectior Doniana lectio videtur.

3 *Romæ,*
in Sanctæ Luciæ in Monte Cœlio
lapis fractus.
Ex Ligorio.

ACONTI. O
L. RANIO. OPTATO. C. V. COS
CVRATORI. REIP. MEDIOLANENSIVM. CVRAT
REIP. NOLANORVM. PROCOS. PROVINCIAE
NARBONENS. LEGATO. AVG. ET. IVRIDICO
ASTYRIAE. ET. GALLECIAE. CVRATORI. VIAE
SALARIAE. CVRATORI. REIP. VRVINATIVM
MATAVRESIVM. LEGATO. PROVINCIAE
ASIAE. PRAETORI. TRIBVNO. PLEBI.
QVAESTORI. PROVINCIAE. SICILIAE
- -
- - - - - - - - - - - - - CANDIDAT. AVG
XV. VIRO. SACR. FAC. PATRONO. COLONIAE
AVXIM. QVINQ. II. VIRO. CORB. DEN
DROPHORORVM. HON. VS . . . D. D.

Attulerat hanc e Smetio Gruterus, sed ante Smetium Ligorius plura ex iis fragmentis collegerat, quæ in exemplo isto composita habes; & morosus nimium sis, si in dubium revoces. Heic mentio est *Mediolanensium*, *Nolanorum*, *Urbinatium*, *Matauresium* (scribendum *Matavrensium*) *Coloniæ Auximanæ* &c.

5 *Venciæ, seu Vincii in Gallo-Provincia.*
Ex Joffredo.

- - - - - - - - - - - - - - - -
MASSILIEN
SIVM
DEDICANTE
PROCAG. EX - - - - -
MARITIMA
RVM

Lego PROC. AVG. ALPIVM MARITIMARVM. Heic mentio antiquissimæ Civitatis *Massiliæ*.

2 *In Urbe Teatina.*
Misit P. Pompejus Alexander Berti Lucensis
Congregationis Matris Dei.

COMESTIO PAV
LINO CV. . . . .
PRAEF. VRBIS. FERIARVM
LATINARVM. QVAESTO
RI. VRBANO. AED. CVR
PRAETORI. EODEMQ.
TEMPORE. PRAETOR
AETRVR. XV. POPVL
CVRATORI. P. SPLENDI
DISSIMAE. CIVITATIS
MARS. MARR. EODEM TEM
PORE. ET. CVR. VIAR. TIB. VAL
ET FLAM. PATRONO. ABSTI
NENTISSIMO

In Inscriptione hac fortasse nihil deest in linea secundâ, & legendum C. V. idest *Clarissimo Viro*. Post PRAEF. VRBIS desiderari videtur ET. sive PRAEF. FERIARVM &c. De *Quindecim Populis Etruriæ* mentio est in altero lapide apud Gruterum pag. 385. num. 1. Dicitur *Paulinus Curator Perpetuus*, seu *Patronus splendidissimæ* (sibi tunc facile nomen hoc unaquæque Civitas tribuebat) *Civitati Marsorum Marruviorum*. Ita lego. Nam caput gentis Marsorum olim fuit *Marrubium*, sive *Marruvium*. Is denique appellatur *Curator Viarum Tiburtinæ*, *Valeriæ*, & *Flaminiæ*.

4 *In Sanctæ Sabinæ,*
olim Cathedrali Marsorum.
Ex Cl. Episcopo Venusino Petro Antonio Corsignano.

M. MARIOCVS. PATRONVS. CIVITATIS
MARSORVM. MARR. HOMO. INTEGRAE
EXISTIMATIONIS. PARCVS. DILIGENS
FRVGI. QVI RESPONDERE - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - - PRAEPOSITO
MOESIAE. AN. XXXII. MENS
VIIII. DIERVM. XX. HIC
SITVS. EST. QVI. MATRI FILIIS
QVARVM. VOL. PATRIS. IVSSV
XII. DEBERI. BRVTIVM. DOS
RES. A SVCCESSORIBVS. MATRIS
- -

Optandum foret, ut minùs corruptum, aut diligentiùs exscriptum marmor fuisset.

6 *Ibidem.*
Ex eodem.

- - - - - - - - - - - - - - - -
CVRANTE AC - - - - - -
IVL. HONORATO
P. PRAESID. ALP.

Idest *Pro-Præside Alpium Maritimarum*, ita quippe appellatæ Alpes illius Regionis.

1 *Mediolani.*
In ædicula Sanctæ Valeriæ.
Inscriptio e Græco in Latinum translata.
Ex Alciato.

DIS MANIBVS
HEIC TIBI DOMINE PARENTABO
EGO VNIVERSALIS PARCA
HEIC RELIQVIAM HABES TRISTEM
DOMVM ET NON AMPLIVS TIBI
LVX SOLIS NEQVE INCLYTA DOMICILIA
ROMAE NEQVE VXOR NEQVE AMICA
SOROR SED TE COOPERIVNT INFELIX
VINEA ET TERRA IN MEDIOLANO

Inclyta Urbs *Mediolanum*, Insubrum Metropolis, antiquis etiam Sæculis celeberrima, me profectò laudatore non indiget.

3 *In Insula Melita.*
E Gualterio.

CHRESTION. AVG. LIB. PROC
INSVLARVM. MELIT. ET GAVLI
COLVMNAS CVM FASTIGIIS
ET PARIETIBVS TEMPLI DEAE
PROSERPINAE VETVSTATE
RVINAM MINANTES - - - - - - -
- RES
TITVIT SIMVL PILAM
ϕ INAVRAVIT ϕ

Melita, nunc *Malta*, Insula celeberrima, & ab antiquis quoque laudata. *Gaulus* altera Insula ei adjacens, nunc *il Gozo*, Municipium olim Romanorum.

6 *Athenis, in foro.*
E schedis Barberinis Cyriaci
misit Abbas Compagnonius.

ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ ΕΥΦΗΜΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ

Ideſt :

Metrodorus Euphemi (filius) *Melitensis:*
Dionysius Metrodori (filius) *Melitensis.*

Est & in Hadriatico Insula *Melita*, nunc *Meleda*. At Cives, Stephano teste, *Melitæi* dicebantur. Quare heic de celebriori Melita sermo est, cujus Cives *Melitenses*.

8 *Saxoferrati,*
in domibus Perottorum.
Misit P. Philippus Camerinius.

D. M.
VECTIAE. VICTORIAE
VIATRICI
PIISSIMAE
N. AEMILIVS
MEVANAS

Pro N. suspicor scriptum fuisse M. hoc enim familiare Prænomen *Æmiliæ* gentis fuit. *Mevania* illustre Oppidum Umbriæ, nunc vulgo *Bevagna*, apud Poëtas & Historicos Romanos celebratur. Cives appellati *Mevanates*. Heic *Mevanas* aut Patriam, aut Cognomen indicat.

2 *In Vico Cadones in Gallæcia.*
Ex Francisco de la Huerta.

MEDAMVS ARCISI-F
HIC SITVS
EST CASTELLO
MEIDVNIO
MONVM
ENTVM
FECERVNT
ANCONDEI
AMICO CARO

4 *Ibidem.*
Ex eodem.

Λ. ΚΛ. ΤΙΟϹ ΚΥΡ
ΙΠΠΕΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ
ΠΡΩΤΟϹ ΜΕΛΙΤΑΙΩΝ

Ideſt :

Lucius Claudius Filius Cyri,
Eques Romanus,
Primus Melitensium.

5 *Romæ,*
in Cœmeterio Sancti Hermetis.
Ex P. Lupo Soc. Jesu.

CEBHPA
ET XI
MELITIN

Ideſt:

Severa
Annorum XI.
Melitenensis.

Hoc est, cui *Melitene* Civitas Cappadociæ patria fuit.

7 *In Lusitania,*
ad Santiago de Cassera.
Ex Historia Academiæ Regiæ Olisipponensis.

C. NVMISIO. C. F. FVSCO
VI. VIRO. SEN
TATINIA Q. F.
FVLVIANILLA
VXOR
PERMITTENTE ORD.
MERORIG.

Merobrica oppidum Lusitaniæ memoratur Plinio, situm ad oram Oceani, ubi nunc *Santiago de Cassera*. Si recte descriptum habemus hunc lapidem, *Meroriga* restituendum est in Codicibus Plinii. Duo quippe diversa Oppida excogitare, ut alii faciunt, non audeo. *Numisius* iste *Fuscus* dicitur *Sevir. Sen.* ideſt *Senior*, nisi velis, *Senticæ* in Urbe Hispaniæ Tarraconensis, nunc *Zamora*.

9 *Mevaniæ,*
in Monasterio Sanctæ Margaritæ.
Misit Sancassanius Medicus.

C. ERMONIVS. V. F
FINIS. MEVANAS
ET. SENTINA

Quum nimium a *Sentino* in Umbria distet *Mevania*, quid sit heic *Finis* non intelligo. Fortasse CIVIS erit in lapide, ita ut hic fuerit *Civis Mevanas*, & *Sentinas*.

1 *Florentiæ.*
Ex Gorio.

C. IVLIO. REGINO DECVRIONI
- -
SPLENDIDISSIMAE. REIPVBLICAE
- - - MIDENSIVM. RE. EORVM. ORD
DECVRIONVM. EX. SPORTVLIS. SVIS
OB MERITA D. D.

De quanam Urbe agatur heic, ex defectu marmoris divinare mihi non licuit. RE. EORVM, fortasse cognomentum est illius Civitatis. *Medeon* Bœoticæ Oppidum fuit. Fuit & alterum in Peloponneso. Sed neutrum huc spectare arbitror. Vitio fortasse non caret Inscriptio.

2 *Athenis,*
in columna.
E schedis meis, & Cyriaci Anconitani.

ΤΟΝ ΜΕΓΙΣΤΟΝ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ
Η ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ ΤΗΣ ΙΩΝΙΑΣ
ΜΙΛΗΣΙΩΝ ΠΟΛΙΣ
ΤΟΝ ΚΤΙΣΤΗΝ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΩΝ ΤΗΣ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ
ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΙ ΙΟΥΛΙΟΝ ΜΑΚΕΡΑ ΓΕΝΟΜΕΝΩΝ
ΑΡΧΟΝΤΩΝ
ΑΝΔΡΙΑΝΤΟΠΟΙΟΣ ΑΥΛΟΣ ΠΑΝΤΟΥΛΕΙΟΣ ΓΑΙΟΣ
ΕΦΕΣΙΟΣ Ο ΚΑΙ ΜΕΙΛΗΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Ideſt:

Maximum Imperatorem
Trajanum Hadrianum
Olympium
Metropolis Ioniæ
(ſuum) *Conditorem Et Benefactorem*
(ſupple: *hac statuâ honorat*)
Curantibus Erectionem
Iis Qui Cum Tiberio Julio Macro Fuerunt
Archontes.
Statuæ Artifex Aulus Pantulejus. Gajus
Epheſius, Qui Et Mileſius, Fecit.

Miletus Ioniæ, ſive Cariæ Metropolis, clariſſima Civitas apud veteres. *Olympium*, quaſi alterum Jovem, Græci *Hadrianum* appellarunt. Is etiam *Jovis Olympii* Templum Athenis excitaverat. Fortaſſe Columna hæc, in qua Inſcriptio, Baſilicam, aliudve ædificium ornabat. Propterea Statuæ, aut Statuarum artifex unus dicitur: alter verò Ædificii constructor, aut Columnæ.

3 *Romæ.*
Miſit Bimardus.

ΙΣΙΔΩΡΟΣ ΝΙΚΟ
ΛΑΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΣ

Ideſt:

Iſidorus Nico-
lai (Filius) *Mileſius.*

4 *Athenis,*
ſub quadam imagine marmorea.
E ſchedis meis.

ΛΥΣΙΜΑΧΟΣ ΘΡΑΣΩΝΟΣ ΜΙΛΗΣΙΟΣ

Ideſt:

Lyſimachus Thraſonis Mileſius.

5 *Ibidem, in baſi.*
Ex eiſdem.

ΗΓΙΑΣ ΗΓΙΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΣ
ΜΕΝΕΚΛΕΟΣ ΜΕΝΕΚΛΕΟΥ ΠΑΙΝΙΕΩΣ

Ideſt:

Egias Egii (filius) *Mileſius.*
Menecleus Meneclei (filius) *Pæniei.*

Scribendum fortaſſe ΠΑΙΑΝΕΩΣ, ut ſit Civis *Paanii* in Civitate Acarnaniæ, ut infra videbis.

6 *Ibidem.*
E ſchedis Cyriaci
miſit N. V. Abbas Compagnonius.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΣ ΔΙΟΜΗΔΟΥΣ ΜΕΙΛΗΣΙΑ

Ideſt:

Eleutheris Diomedis (filia) *Mileſia.*

7 *Romæ,*
lucerna ænea olim apud Johannem Petrum Bellorium.

ΑΡΤΕΜΙϹ ΕΦΕϹΙΩΝ
ΕΥΤΥΧΟΥϹ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΜΕΙΛΗΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ

Ideſt:

Diana Epheſiorum
Felicis Alexandri
Miletopolitarum.

Geminas *Melitopolis* nomine ſignatas Urbes agnoſcit Stephanus; alteram in Myſia, alteram in Perſide. Ad priorem ſpectare mihi creditur hæc Inſcriptio. Alteram ſimilem habes Claſs. I.

8 *Ibidem,*
apud Franciſcum Dracum Pharmacopolam.
Ex Donio.

D. M
Q. VALERIVS. SYMPHORVS. NATI
ONE. MISENENSIS. VIXIT. A
NNIS. XXIII. MENSES. VIIII
DIES. VI. VALERIA. SYMPHERV
SA. MATER. FILIO. SVO. PIENTIS
SIMO. BENEMERENTI. FECIT

Miſenum Campaniæ Oppidum, ac Promontorium, in veterum pæne omnium Libris occurrit.

1 *Romæ.*
E ſchedis meis.

TYRO APOLLONIO
INSTAVRATORI
MOENIVM NOSTRORVM
ET TARSIAE
SANCTISSIMAE
VIRGINI EIVS. F.
VNIVERSVS POPVLVS
METELINORVM
OB NIMII AMOR.
AETERNVM DECVS
AD MEMORIAM DEDIT

Spectare Inſcriptionem puto ad Civitatem *Mitylenen*, olim *Lesbiorum* primariam, in Inſula Maris Ægei. Agnoſcebant Mitylenenſes *Tyrum Apollonium*, ſive, ut mea fert opinio, *Apollonium Tyrtum* reſtauratorem ſuorum mœnium: atque huic propterea ſtatuam dicarunt. Nullus autem dubito, quin hæc ſit Latina Interpretatio Græcæ Inſcriptionis.

4 *Alterum fragmentum.*
Ibidem.

---- ------------
----CAES----------
----NERVAE-------
----VI. AVG
----VETVSTAT
----MOENIEN

6 *Meſſanæ, in Sicilia.*
E ſchedis meis.

ΤΟΝ ΤΑΦΟΝ ΚΑΤΕΣΚΑΤΑΣΑΤΟ ΑΡΧΕΔΗΜΟΣ
ΡΟΜΑΠΠΙΟΥ ΕΑΥΤΩ ΚΑΙ ΤΗ ΓΥΝΑΙΚΙ ΑΥΤΟΥ
ΜΑΚΑΩ ΑΜΑΡΟΥ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΤΕΚΝΟΙΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΤΕΚΝΩΝ
ΤΕΚΝΟΙΣ. Κ'ΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΘΑΝΗ ΚΟΙΝΩΦΕΛΕΙΣ ΤΩ
ΜΥΡΕΩΝ ΔΗΜΩ ΚΑΙ ΤΗ ΠΕΡΙ ΔΙΩΣ ΟΥΣΗΣ
ΠΑΝΤΙ ΤΩ ΗΜΙΣΕΙ

Ideſt:

Sepulcrum Conſtruxit Archedemus,
Rhomappii (filius) *Sibi, & Uxori Suæ*
Macao (filiæ) *Amari, & Filiis, Filiorumque*
Filiis. Quod Si Quis Moriatur, Communiter Utilis
Myrenſium Populo, Ac . . . .
Toto Sepulcri Dimidio Fruatur.

Myra celebris olim Civitas Lyciæ, nunc, ut creditur, *Strumita*. Quid ſit τῇ περὶ Δίως οὔσης, ignoro. Num ΔΙΟΣ ſcribendum, ut qui *Jovis* Ædi utilis fuerit, ſignetur? An potius heic innuitur Δίωσις, *depulſio*: quo nomine indicetur lex ſive ritus pellendi in exſilium perturbatores Reipublicæ. Sed præſtat peritioribus dimittere iſtius loci interpretationem.

2 *Baſis marmorea in Vinea Septimii,*
prope Marinum Oppidum in Latio.
Ex Donio.

------VRELIO CAESARI
COS. II
IMP. CAESARIS FILII
HADRIANI ANTONINI
AVG. PII. PONTIFIC. MAXI
MI. TRIBVNIC. POTEST
IMP. II. COS. III
PP. FILIO
DECVR
CASTRI MOINIENSIVM

Spectare videtur Inſcriptio hæc ad Annum Chriſti 144. ſcriptumque fuiſſe COS. DESIG. II. Nam ſi referas ad ſubſequentem, Antoninus Pius tunc proceſſit COS. IIII. *Caſtrum Moinenſium*, ſive *Mœnenſium* in Latio fuerit. Apud Gruterum pag. 397. num. 3. habes *L. Cornelium Patronum Caſtri Mœnenſium*.

3 *Ibidem,*
fragmentum.

-------COS. XIII-----
----POTEST. XXIIII---
------PATRIAE
MOENIENSES------
----O---------------

5 *Florentiæ,*
in Muſeo Julii Morelli Equitis.
Ex Gorio.

C. MARCIO. C. F. POL
MVTINA. PATRI
MARCIAE. C. L. MATRI
MARCIVS. C. L. PAMPH
ILVS----------------

Aut Patriam, aut Cognomen huic dedit *Mutina* Patria mea, cujus dignitatem, ab antiquis temporibus apud Scriptores commemoratam, nihil eſt quod ego attingam.

7 *In Muſeo Kempiano.*
Miſit Præſes de Mazaugues.

ΗΡΑΚΛΕΩΝ ΗΡΑΚΛΕΩΝΟΣ ΚΗ
ΦΕΙΣΙΕΥΣ
ΔΩΡΟΘΕΑ ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ ΜΥΡ
ΡΙΝΟΥΣΙΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ

Ideſt:

Heracleon Heracleonis
Filius Cephiſeus.
Dorothea Iſigenis
Myrrhinuſii filia.

Cephiſeos alios ſupra vidimus in tractu Atticæ habitantes: Habemus heic hominem *Myrrhinuſium*, ideſt Civem *Myrrhinæ*, quæ Urbs maritima fuit Æolidis. Non *Myrina*, ut apud Boudrandum, ſed *Myrrhina* ejus nomen fuit.

1 *Nadini,*
olim Liburniæ Civitatis.
E ſchedis Barberinis, Cyriaci, & Fratris Jucundi.

C. LARTIO SABINIANO
OFFICIALI NAEDITARVM
RARISSIMO VITAE INCORRVPTAE
ANN. XXXII. M. III
PATRI. FILIORVM. II
MAGIA MAXIMIANA
CONIVGI INCOMPARABILI
CVM QVO VIXIT ANN. XV
VIRGINIO INFELICISSIMO
M . P

Apud Reineſium pag. 413. Claſs. VI. num. 57. hanc habes, ſed ab exemplo iſto diſcrepantem, omiſſis præſertim duabus poſtremis lineis, fortaſſe quod Langermanno *Virginii* nomen incongruum videretur, poſtquam ſupra *C. Lartii Sabiniani* nomen innotuerat. Sed *Virginii*, & *Virginiæ* cognomentum, uti Reineſius ipſe agnovit, invaluit olim inter Conjuges, ſignandi cauſsâ Virginem, conjugio ſociatum, aut ſociatam. Exempla complura heic habes. *Næditarum* vox indicat Populum Liburniæ. Suſpicatur Reineſius pro *Næditarum* ſcriptum ibi fuiſſe HEREDITATVM, ut *Lartius* iſte *Sabinianus* fuerit *Officialis* ad recipiendam Vigeſimam Hereditatum, aut Hereditates Caducorum. Sed ex Donio habemus alteram Inſcriptionem, *Novigradi in Delmatia* exſiſtentem, ubi ſtatuuntur fines inter *Neditas*, & *Corinienſes*. Illam vide in Claſſe VI. Pro *Nadinum* alii ſcribunt *Nedinum*.

2 *Camerini,*
in Cœmeterio Cathedralis.
Miſit P. Philippus Camerinius.

D M
CASSIAE IVLIANAE
COIVGI. CAR.
SEX. PROVINIVS NAR
BONENSIS
V. A. XXII. M. III.

Mentio heic eſt *Narbonis*, ampliſſimæ tum olim, tum nunc, Urbis in Occitania Galliarum Provincia.

3 *Narbone.*
Miſit Bimardus.

IMP. CAESARI
M. AVRELIO
ANTONINO. AVG
PIO. FELICI. ARAB
ADIABENICO. PAR
THICO. MAXIMO
BRITANNICO. MAX
GERMANIC. MAX
PATRI. PATRIAE
NARBONENS

4 *Ibidem.*
Miſit idem, e ſchedis P. Montfauconii.

C. MANLIVS. C. F. PAP
RVFVS VMBER EX SS. DECVRIA
LICTORVM VIATORVM QVAE
EST C. I. P. N. M
FECIT SIBI. ET. SVIS

Ideſt: in *Colonia Julia Paterna Narbone Martio.*

5 *Ibidem.*
Ex Marchione Maffejo.

IMP. CAES
......ONI
....
....
DIVI SEVERI
NEPOTI
NARBONENSES

Elagabalo Auguſto dicata videtur Inſcriptio, quod *Divi Severi Nepos* dicatur.

6 *Romæ,*
in ædibus Maximorum.
E ſchedis Ptolomeis.

C. IVLIO MARCELLO
NARBONENSI
V. A. XVIII.
CLYCO PAT.
INFELICISSIM.

7 *In Vico Suredenſi Diœceſis Helenenſis.*
Ex Baluzio.

....
PIO FELICI
INVICTO AVG
P. M. TRIBVN
POT. II. COS
P. P.
DECVMANI
NARBONENSES

Ut alibi animadverti, Aſconio teſte, *Decumani* appellabantur, qui Decumas ab aratoribus exigendas conducebant.

8 *Lugduni.*
Ex eodem.

VTAE......AMILL.......
..........RELLINARIO
........CAESARIS N̄ QV......
....VNT NARBONE......
....
IN F P CCCXXV
IN A P CXCV

1 *Nasii Leucorum, hodie* Nas.
Misit Bimardus.

FABRICIVS NASIENSIS
CVRATORIBVS ET MINISTRIS
IVVENTIDIO FIRMO
ET TEVLA SOLLI
F. HVIVS FACIENDI
FECERVNT

Illud F. ex ingenio suppletum fuisse, Bimardus putat. Fortasse pro *Fani*. A Fredegario memoratur *Castrum Nasium* Tullo conterminum. Ejus etiam nomen in Itinerario Antonini occurrit. Postrema tamen Inscriptionis hujus vitio minime carent.

3 *In Cumarum ruinis.*
Ex Donio.

S. P. Q. NEAPOLITANVS
D. D. L. ARRVNTIO. L. F
GAL. BAEBIO CENSORI
REIPVB. NEAP

Nob. V. Ignatius Maria Como Neapolit. in secunda linea legit ABRVNTIO.

5 *Nemausi.*
Ex March. Maffejo.

DIS MANIBVS
FIRMI LVCANI L
IIIIII VIR AVG
ORNAMENTIS
DECVRION NEMAVSI
HONORATO

Dederat & Gruterus hunc lapidem pag. 409. num. 7. Correctiorem dedit Clarifs. Marchio Maffejus. *Nemausus* Civitas Galliæ Narbonensis, Romanorum olim Colonia, adhuc illustris, & complura servans antiquitatis monumenta, e quibus non pauca heic habes.

8 *Nepete,*
in Sancti Nicolai.
Ex Ligorio, ac Donio.

CN. CORELLIO ----------------
FRONT. NEPESINO. IIII. VIR
AEDIL. QQ. IIII. VIR. I. D. PONTIF. I
Q. ALIMENTORVM
PLEPS. NEPESINA. EX. AER. CON
OB MVNIFICENTIAM EIVS
CVIVS. STATVAE. DEDICAT
OTACILIA. COMICE. VXOR
DECVR. ET. AVGVST. SPORTVL
ET. POPVLO. EPVLVM. DEDIT
L. A. D. D
CVRANTE L. TVRPILIO FELICE

Hunc lapidem habes quoque in Thesauro Gruteriano pag. 395. num. 1. sed heic pleniorem. *Nepete*, Civitas olim Etruriæ, nunc Italice *Nepi*, in provincia Patrimonii sita est. Ejus Cives *Nepesini*. Donius legit CN. CORNELIO FRONT. sine lacuna.

2 *Seniæ in Urbe Delmatiæ.*
E schedis Capponiis, & Rambertinis
ap. Canon. Bertoli.

FLAVIA PROCVLA
IVSTO CONIVGI SVO
NEAPOLITANO
S. F. VIVA TITVLVM
POSVIT

Siglas S. F. interpretor *Sacro Facto*, nisi sit S. Q. nempe *Sibique*, aut S. P. *Suâ Pecuniâ*. Plures olim fuerunt Urbes *Neapolis* nomine donatæ. Veri videtur simile, innui heic celebratissimam nostris quoque temporibus Regni Neapolitani Sedem Regiam. In schedis Ramberti habetur PROCVLIA.

4 *Neapoli juxta Nosocomium Populi.*
Misit Ignatius Maria Como.

...... ΤΤΗ ΑΝΤΙΣΤΡΑΤΗΓΩ ΕΠΑΡΧΕΙΑΣ
.... ΔΟΝΙΑΣ ΑΝΘΤΠΑΤΩ ΕΠΑΧΗΣ
.... ΑΡΒΩΝΗΣΙΑΣ ΑΓΑΝΩΘΕΤΗ
Η ΠΟΛΙΣ

Habes heic Inscriptionem positam Viro illustri (a *Civitate* fortasse Neapoli) qui in *Macedonia* vices Imperatoris egerat, & *Proconsulis* munere in Gallia *Narbonensi* functus fuerat.

6 *In Museo Kempiano.*
Misit Præses de Mazaugues.

... ΝΕΜΑΤCω
ΟΤΑΠ. ΤΡΑΙΑΝΟΝ
ΚΑΙCΑΡΑ CΕΒΑCΤΟΝ

Idest:

... *Nemauso*
Ulpium Trajanum
Cæsarem Augustum.

Sitne tabula votiva commendantis Deo Nemauso, an aliquid a Trajano Augusto Nemausensibus concessum, decernere nescio. Animadverte ΟΤΑΠ. pro ΟΥΛΠ.

7 *Romæ,*
in Hortis Corpensibus.
Ex Donio.

D . M
HERENNIAE
PALAESTRAE
NEOCAESARIENSI
FABIA. IVLIA
MATRI. PIENTISSI
MAE. FECIT

Ad *Neocæsaream*, insignem Cappadociæ in Ponto Polemoniaco Civitatem, spectat Inscriptio.

1 *In Castello Nescani*
in Vandalicia Hispanica.
E schedis P. Cattanei.

C. MARIO QVIR. CLEMENTI NESCANIENSI
ORDO NESCANIENSIVM STATVAM PONI
IVSSIT ET DECREVIT FABIA RESTITVTA
MATER HONORE ACCEPTO IMPENSAM
REMISIT EPVLO DATO DECVRIONIBVS ET
FILIIS EORVM NESCANIENSIVM SING
H̄-S̄. X̄. BINOS CIVIBVS ATQ. INCOLIS
ITEM SERVIS STATIONARIIS SINGVLIS
X. SISILICOS DEDICAVIT

Nescanium, sive *Nescania*, Hispaniæ Bæticæ Oppidum, in aliis Inscriptionibus apud Gruterum occurrens, nunc excisum jacet: sed loco nomen restat. Habemus heic *Decem Sisilicos Servis Stationariis* datos. Quid *Sicilici* fuerint, docet nos Priscianus, hunc versum adducens:

Drachmam si gemines, aderit, quem dicier audis,
Siciliquus.

Duas ergo *Drachmas*, & quartam partem unciæ æquabat *Sicilicus*. Festus quoque, & alii, ejus meminerunt. *Servos Stationarios* minime detexit Pignorius, neque eorum vestigium in ullo, præter hoc, marmore vidi. Ii fortasse fuerunt, qui *Stationibus*, sive Officinis Fori inserviebant.

4 *Romæ,*
in Villa Cæsarina.
E schedis Francisci Ptolomei.

Θ . K
T OCTIΛIOS
ΑΓΑΘΟΠΟΤC ΝΕΙ
ΚΑΕΤC ΕΝΤΑΤΘΑ
ΚΕΙΤΑΙ. ΚΛ ΕΤΤΤΧΙ
ΑC ΤΤΜΒΕΤΘΕΙC
ΧΕΡΙ ΖΗCΑC ΕΤΗ ΛΒ
ΠΡΟΝΟΟΤCΗC ΤΟΤ
ΜΝΗΜΑΤΟC ΙΟΤΛΙ
ΑC ΙΤΑΛΙΚΗC ΟCΔΕ
ΑΝCΚΤΛΗ ΜΕΤΕ ΑΤ
Τω ΘΑΛΑCCΑ Παω
ΤΗ ΜΗΔΕ ΙΗ ΒΑΤΗ

Ideſt:

D. M.
Cajus Hostilius
Agathopus Ni-
cæus Heic
Jacet. Claudia Eutychi-
as Sepulta
..... *Vixit Annos XXXII.*
Curante Memoriam Juli-
a Italica. Quicumque Verò
Spoliaverit, Neque Ab Ip-
so Mari Recipia-
tur, Neque illi Terra Sit Pervia.

Lego ΜΗΤΕ ΑΥΤΟΣ. Et infra pro ΙΗ legendum puto ΓΗ, *Terra*. *Hostilio* huic Patria fuit *Nicæa*, Bithyniæ Civitas præcipua.

2 *Antiquariæ,*
in agro Granatensi.
E schedis P. Cattanei.

L. CALPVRNIO SENECIONI
TERENTIA. L. LIB. FELICVLA
TESTAMENTO PONI IVSSIT
FABIA FABVLLA SOROR
ET HERES DEDICAVIT

In schedis meis legitur L. CALPVRNIANO NESCANIENSI.

3 *Tiburè. Ex Donio.*

M. SALIO. M. F. CLAVD. CAEPONIANO
PRAEF. FABRVM. TIGNARIORVM
PRAEF. AERARI. SATVR. CVRATORI. VIARVM
ET.OPERVM.PVBLICORVM.TRIBVNO. MILIT.ET.PLEBIS
NOMENTAN.VIXIT. ANN. LXXIX. MENS.VIII. ET.IVNIAE
SALIAE. MATRONAE. CLARISSIMAE. VIX. ANN. LXIX
M. SALIVS. M. F. CLAVD. MANCINVS. PIVS
P . C

Nomentum, Sabinorum olim oppidum ad Tiberim, nunc *Lamentana* appellatur.

5 *Ancyræ. Ex Cl. P. Montfauconio.*

ΦΛΑΟΤΙΩ ΣΑΒΕΙ
ΝΩ ΓΕΝΕΙ ΝΕΙΚΟ
ΜΗΔΕΙ Η ΘΤΓΑΤΗΡ
ΤΗΝ ΣΤΗΛΗΝ
ΜΝΕΙΑΣ ΧΑΡΙΝ
ΟΣ ΑΝ ΔΕ ΣΚΤΛΗ ΤΟ
ΜΝΗΜΑ ΔΟΣΕΙ ΕΙΣ
ΤΟΝ ΦΙΣΚΟΝ ⁜ Β. Φ.

Ideſt:

Flavio Sabi-
no, Genere Nico-
mediensi, Filia
Cippum (posuit)
Memoriæ Caussâ.
Si Quis Verò Expilaverit
Sepulcrum, Dabit
Fisco Denarios Bismille Quingentos.

Nicomedia, Asiæ minoris Civitas clarissima in Bithynia ad Propontidem.

6 *In Sancti Apollinaris in Classe,*
in aversa facie sepulcri
Sancti Felicis Archiepiscopi Ravennatis.
Misit P. D. *Mariangelus Fiacchi Monachus Camaldulensis.*

EX. NAVF. SIBI. ET. VALERIAE
ARABICE. CONIVNX KARISSIM.
NATIONES. NICOMED. VIVI. POS.
QVOD SI QVIS. POST. EXCESSVM
EORVM. APERIRE. VOLET. D. F. C. N̄. X̄X̄. N.

Siglæ D. F. C. N̄. X̄X̄. N. significant, ut in præcedenti *Dabit Fisco Cæsaris Nostri Viginti millia Nummûm*. Breviata nomina esse videntur EX. NAVF. dicis caussâ *Exuperius Naucratii Filius*. Heic Priscianus vapulat in vocibus CONIVNX pro CONIVGI, & NATIONES pro NATIONE.

1 *Extra Romam, fragmentum in Villa Burghesia. E schedis Ptolomeis.*

Θ

ΑϹΚΛΗΠΙΟ
Ϲ ΘΗΕΟΔΩ
ΕΙΚΟΜΗΔΕ
ΗϹΑϹΕΤΕΝ
ΟΙΡΗΓΙΝϹΤ
ΜΝΗΜΕΤΟ

Ideſt :

Diis Manibus
Aſclepius
Theodorus
Nicomedienſis

2 *Ex P. Harduino S. J. V. Cl.*

IOVI. O. M
CETERISQ. DIIS
DEABVSQ. IMMORT.
TIB. CL. DEMETRIVS
DOM. NICOMED.
V. E. PROC. AVGG. NN.
ITEM CC. EPISCEPSEOS
CHORAE INFERIORIS

Legit P. Harduinus *Domo Nicomedienſis*, *Vir Egregius*, *Procurator Auguſtorum Noſtrorum*, *item Ducenarius Epiſcepſeos*. Quamvis nullo nitatur exemplo interpretari CC. *Ducenarius*: quum tamen *Ducenarii* appellati quoque fuerint, qui *Ducenteſimæ* vectigal exigebant, immo & Judices ducenta ſeſtertiûm millia in cenſu habentes: interpretatio hæc improbanda minime videatur. Mihi tamen veri videtur ſimilius CC. heic eſſe pro *Corrector*, aut *Curator*. Fortaſſe nomine *Epiſcepſeos* deſignantur *poſtremæ hominum voluntates*. Sed quid ſit *Chora*, ſive *Regio inferior*, obſcurum eſt. Locum in Ægypto ſuſpicor.

3 *Nolæ. Ex Ligorio.*

L. SICINIO. L. F. SER. VALENTI
MILITI. LEG. XXX. VLP. DONATO. AB
IMP. TRAIANO. TORQVIBVS. III. AR
MILLIS. III. PHALERIS OB. BELLVM
DACICVM. SINGVLARI. PRAEFECTORVM
PR TESSERARIO. OPTIONI. FISCI. CVR
ATORI. CORNICVLORVM. TRIBVNI. EVO
CATO. AVG 7. COH. VIGILVM. 7. COHOR. XII
VRB. 7. COH. IX. PRAET. DONIS. DO
NATO. AB. IMP. HADRIANO. TORQVIB
ET. ARMILL. HASTA. PVRA. CORONA AV
REA. IIVIR. QVINQVENNALI. PATRO
NO. MVNICIPI. CVRATORI. REI. PVB.
NOLANORVM SEPTEMVIR. AVGVST
TITVL. VSV
S. P. Q. NOLANVS. D D.

Panvinius pro inſtituto ſui Operis, primas tantùm & poſtremas lineas Inſcriptionis hujus edidit. Pauca hæc dumtaxat ex Panvinio mutuatus eſt Gruterus pag. 465. num. 9. Integram nunc exhibeo. Sunt heic nonnulla, quæ exercere poſſint eruditionem, criticamque doctorum hominum peritiam. *Singularis Præfectorum Prætorio* nobis nunc appellaretur *Guardia del Corpo*. Sequitur *Teſſerarius Optio Fiſci*: ad quod inſolens munus contorquebant naſum, qui ubique inſidias a Ligorio ſibi timent. At Fiſcus alebat Pueros, & Puellas, Spectacula edebat, Congiaria dabat, Frumenta diſpenſabat &c. Ad *Teſſerarios Fiſci* adferebantur *Teſſeræ*, ut reciperetur quod in ipſis promiſſum fuerat. *Optio* eſt Coadjutor, Vicarius, aut quid ſimile. Hoc autem munus non in Militia tantùm, ſed & in aliis Officiis locum habuit, uti ex Ulpiano diſcimus in l. 6. ff. *de Bonis Damnatorum*. Apud Gruterum pag. 421. num. 9. habetur *Teſſerarius Optio Signif. Fiſci*. Sed negligenter exceptum fuit Epigramma illud. Vide & apud illum hoc idem Officium pag. 365. num. 6. Obſcurum alterum munus ſuccedit *Curator Corniculorum Tribuni*. Lubenter legerem *Cornicularriorum*. Erant enim *Cornicularii Tribuni*, ut ex Gruteriano lapide diſcimus, pag. 1076. num. 3. Attamen quum *Cornicularii* a *Corniculo* ſine dubitatione nomen acceperint, & diſputetur adhuc, quid *Corniculorum* vocabulo veteres ſignificarint, fieri etiam poteſt, ut nihil in hoc loco ſit immutandum. Vide Munus idem in prælaudato Gruteriano marmore pag. 365. num. 6. atque infra in Claſſe iſta. *Evocati Auguſtorum*, Suetonio teſte in Galba Cap. 10. excubias agebant vice Militum circa cubiculum Auguſti. Ad hoc munus Galba *equeſtris ordinis juvenes* ſelegit. Denique *Sicinius* iſte *Valens* fuit *Septemvir* Epulonum, & *Auguſtalis*: quæ munera ſatis nota. Habes heic *Nolam*, illuſtrem Campaniæ Urbem, de qua nihil eſt, quod ego quidquam adferam.

4 *Romæ. Ex P. Montfauconio.*

ΤΗϹ ΑΡΑΒΙΑϹ
ΕΤΩΝ ΠΕΝΤΕ ΕΤΙΑ Λ
ϹΕΤΗΡΑ ΘΥΓΑΤΗΡ ΖΗΝΟΒΙ
ΟΥ ΜΗΝΩΝ Ζ. ΑΠΟ ΑΥ
ΤΗϹ ΤΗϹ ΠΟΛΕΩϹ ΝΙΛΩΟΥ

Ideſt :

Arabiæ
Annorum Quinque Etia L.
Severa Filia Zenobii
Menſium VII. Ex Ea
Ipſa Urbe Niloo.

Aut non ſatis accurate deſcripta fuit Epigraphe hæc, aut ejus conditor omnia turbavit. Quænam Civitas heic deſignetur, incertum.

5 *Placentiæ in Hiſpania. E ſchedis meis.*

TREBIAE
PROCVLAE
MATRI
COCCEIA CEL
SI FILIA
SEVERA
NORBENSIS

Norba Cæſarea Urbs Hiſpaniæ Luſitanæ a Ptolemæo memorata. Nunc in Regno Legionenſi *Alcantara Tarapha* a nonnullis creditur enata ex ruinis *Norbæ*. Plinius Lib. 4. Cap. 22. meminit *Coloniæ Norbenſis Cæſarianæ*.

6 *In las Brocas in agro Alcantaræ. E ſchedis P. Cattanei.*

RESP. NORBENSIS CVRA ET
IMPENSA AVITAE MODERATI A
VITAE SVAE POSVIT

Sunt heic ſalebræ, ita ut quid reipſa ſibi velit elogium, ægre intelligas. Aliquid deſiderari ſuſpicor.

1 *Algeziræ in Hispania.*
E Transactionibus Philosophicis Anglicis.

RESPVBLICA OBEN
SIS E-----LO DATO
DEDI-----VIT CVRAT
LIBE---OR. H---REN
NIO RVSTICO. H. M.
SINILO SESTITVTO
II VIR

Lege EPVLO DATO DEDICAVIT; quippe in publicis Dedicationibus id moris fuit. Infra fortasse legendum: CVRATORIBVS LIBERORVM. Certe legas HERENNIO RVSTICO..... SINILO RESTITVTO DVVMVIRIS. Ubi nunc sunt *Algeziræ* ruinæ, veri videtur simile, extitisse olim *Obensem* Populum, de quo nullum apud veteres verbum reperio.

4 *In Oppido Flavii Axalitani, nunc* Lora, *in Vandalicia Hispaniæ.*
Ex eodem.

CORNELIA. L. F. RVSTICA
ODVCIENSIS
HVIC ORDO-----------

Apud Hispalim creditur a Morali extitisse *Oducia*, Oppidum Hispaniæ Bæticæ, quod nunc *Lora* appellatur. Infra quoque ejusdem nomen occurrit.

5 *Olauri,*
hodie Lora in Hispania.
Misit Cl. V. Gregorius Majansius Bibl. Cathol. Reg. Præf.

L. MODIVS. C. F.
----VS. OLAV
RENSIS. A. V.
XXXX. PIVS. IN
SVIS. H. S. E. S. T. T. L

6 *Opitergii*
extra Ædem S. M. Magdalenæ.
Misit Octavius Bochius J. C. Venetus,
& ex schedis Valvasonis Comes Franciscus Beretta.

DECR. AVGVSTAL
OPITERGINORVM
T. ENNIO. PLANCO

2 *Cordubæ in Hispania.*
E schedis P. Cattanei.

D . M . S
M. CORELLIVS FAN
NIANVS. OBVLCO
NENSIS. ANNO
RVM. LXXII. HIC
SITVS EST SIT TIBI TERRA
LEVIS

In Hispania Bætica *in mediterraneo Obulco, quod Pontificense appellatur*, Municipium ponitur a Plinio Lib 3. Cap. 1. Nunc *Porcuna* creditur in Vandalicia, sive *Andaluzia*.

3 *Narbone. Misit Bimardus.*

VIVIT
C. IVL. SP. F. SENTINO
OCR. SIBI. ET. VALERIAE
SECVNDAE. VXORI
ET. C. VALERIO. CELSINO
ET. IVL. PEREGRINAE
IVL. QVIETAE. SECV
NDILLAE. TERTIAE. F
C. TECERIA. L. I. S

Dubius sum, memoretur-ne heic Patria istius, nempe *Ocriculum*, Umbriæ Oppidum, Narniæ conterminum, an *Ocriculana* Tribus. Hanc etiam publici juris fecit Clariss. Marchio Maffejus. Is in lineâ secundâ legit SENTIN...... In quartâ FEC. VALERIO. In octavâ TERTI. F. C. TECERIALIS.

7 *Marmor exhibitum Granatæ D. Nicolao Trapolino.*
E schedis Ambrosianis.

C. FABIANO EVANDRO. HISP. LEG. XIII.
RAP. AQVILIFERO. AB. D. TRA.
AVG. MVR. X. CC. XIIX. ET. C. R.
DONATO. M. TERTVLLVS
SEMPRONIANVS LEG. ITEM
PROC. AVG. PER. BAET. ET. LVSIT.
PVB. OSSONIENSIVM. PEQVNIA
EPVLVM. QVOTANNIS. ET. PVG. LVD
INSTITVIT Ɔ. MARTIA
SING. VXSOR. BINA GLAD.
PARIA. IN. MARITI. BENE
MERENTI M.
ITEM. M. FABIANVS
VI. VIR. PROCONSVLARIS
--X. H-S. ET. OLEVM. ANNIVER.
P. OSSON. VIRITIM DIVISIT

Ossoniensem Urbem ac Populum frustra quæras in veterum monumentis. Nam *Ossuna* in Hispania est apud veteres *Orsona*. Plinius Lib. 4. Cap. 22. ad Tagum in Lusitania agnovit *Oppidum Ossonoba*, cui nil rei fuit cum Ossuna ævi nostri. Legitur quoque in Thesauro Gruteriano pag. 274 num. 4. Inscriptio, quam *Licinio Valeriano Augusto* posuit RESP. OSSON. Scaliger *Ossonobam* interpretatus est in Indice. Sed *Ossoniensis* etiam legi posset, nisi Plinius obstaret, cujus tamen textibus, non satis interdum certis, fidere minime cogimur. Siglæ CC. XIIX. significant *Coronis Castrensibus*, aut *Civilibus XVIII.* C. R. *Coronâ Rostratâ*. Demum *Fabianus* iste *Evander* celebrandum quotannis instituit PVG. LVD. hoc est *Pugilum Ludum*.

1 *Ostiæ. Ex Donio.*

L. VELONIAE. AVRAE
L. VELONIVS. L. LIB.
PATROCLVS. TAB
REIP. OST
CONIVGI. PIISSIMAE
FECIT. ET. S
IN FRONTE. PED. XV
IN AGR. PED. XX.

Ostiam Civitatem, ad ostia Tiberis sitam, veteres omnes laudarunt, & nemo nostrûm ignorat.

2 *Apud Portum Ostiensem.*
E schedis Vallicellianis
misit P. Joseph Blanchinius Francisci V. Cl. Nepos.

M. ANTONIO
M. F. MEN
SEVERO
PRAEFECTO FABR
IĪ. VIR. QVAEST. AER
QVAESTORI ALIM
FLAM. DIVI. VESP
PRAEF. FABR. TIGN
OSTIENSIVM

3 *Athenis,*
ante Palladis statuam.
E schedis Barberinis Cyriaci misit N. V. Abbas Compagnonius.

ΠΟΛΤΛΛΟΣ ΠΟΛΛΤΛΛΙΔΟΤ ΠΑΙΑΝΕΤΣ ΕΙΚΟΝΑ
ΤΗΝ Δ' ΑΝΕΘΗΚΕ ΠΟΛΤΣΤΡΑΤΟΤ ΑΤΤΟΤ ΑΔΕΛΦΟΤ
ΜΝΗΜΟΣΤΝΗΝ ΘΝΗΤΟΤ ΣΩΜΑΤΟΣ ΑΘΑΝΑΤΟΝ

Ideſt:

Polyllus Pollyllidis (filius) *Pæaneus Imaginem*
Hanc Posuit Polystrati Fratris Sui,
Monumentum Mortui Corporis Immortale.

Acarnaniæ oppidum fuit *Pæanium*, teste Polybio.

4 *Athenis,*
ad Hadriani ædes.
E schedis meis, & Cyriaci Anconitani.

ΑΤΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΟΛΤΜΠΙΟΝ
Η ΠΟΛΙΣ ΠΑΛΕΩΝ
ΤΗΣ ΚΕΦΑΛΗΝΙΑΣ ΕΛΕΤΘΕΡΑ
ΚΑΙ ΑΤΤΟΝΟΜΟΣ
ΔΙΑ ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΤ ΦΙΛΟΤ. Α....
ΤΙΟΤ

Ideſt:

Imperatorem Cæsarem
Trajanum Hadrianum
Augustum Olympium
Civitas Paleorum
Cephaleniæ Libera,
Suisque Utens Legibus,
Curante Philo A.....
Filio, (subaudi *honorat.*)

Cephaleniæ (nunc *Cefalonia*) quatuor Urbes Thucidides Lib. 2. Cap. 30. tribuit. Inter illas fuit *Palle*, seu *Palæa*, uti eam Polybius appellat, tunc Civitas libera, & honore Autonomiæ prædita.

5 *Lutetiæ Parisiorum in Cathedrali Ecclesia.*
Ex Eccardo.

TIB. CAESARE
AVG. IOVI. OPTVMO
MAXSVMO. ARAM
NAVTAE. PARISIACI
PVBLICE. POSIERV
NT.

Subsunt Figuræ hominum militarium cum hoc nomine suprasculpto: EVRISES. Tum visuntur homines caput Coronâ laureâ redimitum gerentes cum hisce literis SENANIEWIEILOM. Deinde figuræ aliquot Deorum, aut Semideorum cum hisce nominibus VOLCANVS. IOVIS. ESVS. TARVOS TRIGARANVS, scilicet *Taurus*; subest enim figura Tauri, super quem tres Grues spectantur. CASTOR. POLLVX. CERNVNNOS. *Hesus* Gallorum Deus memoratur Lucano. Idem cum Marte creditur. *Cerunnos* fortasse Bacchus fuit. Heic autem *Parisiacos Nautas* habes, in Sequana fluvio arti suæ operam dantes, qui Jovi Aram *Posierunt* pro *Posuerunt*, *Tiberio Cæsare* imperante.

(Vide Tab. II.)

6 *Apud Buthrotum Epiri,*
in mœnibus.
E schedis meis.

ΘΡΑΣΩΝ
ΠΕΛΛΗΝΕΥΣ

Ideſt:

Thraso
Pelleneus.

Thessaliæ oppidum *Pellena* fuit, a Livio, Strabone, Scylace, atque aliis memoratum.

No. 1

TIB·CAESARE·
AVG·IOVI·OPTVM
MAXSVMO·ARAM
NAVTAE·PARISIACI
PVBLICE·POSIERV
·NT·







No. 2.









No 3.

3










5





4







1 *Apud Oppidum* Carapelle, *in Sancti Victorini.* *Misit Antonius Antinorius Aquilanus.*

C. BETVTIO
EVTYCHETI
SEVIRO AVGVST
HVIC ORDO DECVR
PELTVIN. OB. MERITA EIVS
BISELLIVM DECREVIT
BETVTII PAL
MAXIMVS ET
MAXIMA. PATRI

Peltuinorum in Vestinis meminit Plinius. Sunt & apud Gruterum illustria eorum monumenta. De *Bisellio* vide egregium Opus Chimentellii.

2 *In Sancti Alcandri Villa agri Aquilani, in Sanctæ Mariæ. E schedis meis.*

T. POMPVLENO
T. F. QVIR. IVVEN.
AEDIL. Q. ALIMENT.
OR. P. PELTVINAT.
DESIG. DOMITIA
PHOEBE. CONIVGI. SANC
TISSI. CVM QVO. VIXIT. SI
NE. VLLA. ANIMI. EIVS. OF
FENSA. ANNIS. XXVIIII. SIBI
POSTERISQVE. SVIS. SIMVL
CVM. FILIIS. ET. COHE
REDIBVS P

Pompulenus iste erat *Ædilis Quæstor Alimentorum* (addo AB) *Ordine Populi Peltuinatis Designatus*. In siglis enim OR. locus non est, ut puto, interpretationi *Ordinario*, aut *Oratori*.

3 *Arimini, in columella. Ex Clementino.*

Q. ALLIENVS. P. F
ET. CAEFIDIA
MATER. SVA
PICENTES SALVETE

Picentes, idest ex Provincia *Piceni*, in Italia celebratissimi. Animadverte *Mater Sua*, pro *ejus*. Priscianus non tulisset.

4 *Placentiæ. E schedis Nicolai Pacediani.*

Q. ALBINIO
O. V. F.
SECVNDINO
Q. F. Q. NEP. Q. PRON.
MESTRIO AEBVTIO
TVLLIANO. EQ. R. EQ. P.
ACCENS. VEI. FLAM.
DIVI. MAGN. ANTON.
II VIRI D. M. P. CVR. R. P.
PARMENS. REPVNCTORI
SPLENDID. COLLEGIORVM
FABRVM. ET CENT. CAA. F. M.
COLLEGIA S. S. PATRONO

In septima linea lege ACCENSO. VEL. idest *Velato*: Fuerunt *Accensi* ministri ad nutum Magistratuum. Erat hic, ut puto, *Accensus Flaminum Divi Magni* (lego MARCI) *Antonini*. Et quidem *Velatus*: quod nobilius indicat munus, sive quod *Velo*, sive Vittâ ejusmodi Accensi procederent ornati, sive quod iidem fuerint atque *Velarii*, idest Velis (*alla Portiera*) præfecti. Sequitur in linea nona II VIRI. D. M. P. Restitue II VIRO, & siglas interpretare *Decurioni Municipii Placentini*. Res tamen poscebat, ut saltem PL. ibi scriberetur. Hic verò *Curator* fuit *Reipublicæ Parmensium*. *Parmam* nobilem plane Urbem quis ignorat, si tantillum literis operam dedit? *Repunctori*: peregrinum munus. Mendum heic mihi creditur; sed quid restituam, non succurrit. Succedit mentio *Collegiorum Fabrûm*, & *Centonariorum* CAA. F. M. Interpretor *Coloniæ Æliæ Augustæ Fidelis Mediolanensis*. In Gruteriano lapide pag. 363. num. 3. occurrunt *Decuriones*, & *Coloni Coloniæ Æliæ Augustæ Mercurialis Thænit*, quæ Civitas, uti ex ipsa Inscriptione colligitur, sita fuit in Africa in Provincia Byzacena, nunc fortasse *Tunetum*. Hinc Scaliger in Indice Gruteriano sibi persuasit, siglas in altera Inscriptione apud eumdem Gruterum pag. 477. num. 1. COLL. AERAR. C. A. A. M. explicandas esse *Coloniæ Æliæ Augustæ Mercurialis*. Sed viro doctissimo animadvertendum erat, postremam hanc tabulam *Mediolani* effossam fuisse, nihilque rei habere cum Africa, neque cum Byzacena Provincia. Mihi omnino veri videtur simile, in Gruteriano legendum esse *Collegii Ærariorum Coloniæ Æliæ Augustæ Mediolanensis*, & ex ipso lucem accedere Placentino marmori, quod nunc exerui, ubi legendum *Coloniæ Æliæ Augustæ Fidelis Mediolanensis*. Placentia Mediolano proxima id persuadet. Dixi *Æliæ Augustæ*; sed fieri etiam potuit, ut *Ælia Antoniniana*, aut *Antoniniana Augusta* appellata fuerit splendidissimæ Mediolanensis Urbis Colonia. Ibi ad Sanctum Ambrosium exsistebat Inscriptio ab Apiano edita, atque a Grutero producta pag. 177. num. 4. cui locum & ego heic volo. Posita hæc fuit Anno Christi 140.

IMP. CAESAR. T. AELIVS. HADRIANVS. ANTONINVS
AVG. PIVS. COS. III. TRIB. POT. II. P. P
AQVAEDVCTVM. IN. NOVIS. ATHENIS. COEPTVM. A. DIVO
HADRIANO. PATRE. SVO. CONSVMAVIT. DEDICAVITQ.

Igitur duo Imperatores *P. Ælius Hadrianus*, & *T. Ælius Antoninus Pius* beneficos se præbuere in Mediolanensem Populum. Ab altero eorum Mediolanensis Colonia aut primum deducta, aut amplificata, nomen accepisse mihi creditur. Atque hæc de amplissimâ, mihique carissimâ Urbe Mediolano, Insubrum Metropoli, & nobilissimo olim Romanorum Municipio, nemini antea observata, dixisse me juvat.

5 *Parmæ. Ex Bonaventura Angelo.*

IMP. CAES. FL. VAL. CONSTANTIO ET FL. VAL. CONSTANTI
D. N. N. MAG. MAXIM. ET CLEMENT. VICT. PERPETVIS
SEMPER. AVGG. PARMENSES OPTATA DEVOTIONE
DEDICARVNT. B. R. N.

Postremæ siglæ B. R. N. significant *Bono Reipublicæ Natis*. De nobili Civitate *Parma* nihil addendum.

1 *Venetiis,*
in Bibliotheca Sancti Marci.
Ex Cl. Marchione Maffejo.

ΦΡΑΖΕ ΤΙΝΟΣ ΓΟΝΕΩΣ ΣΕΟ ΤΟΥΝΟΜΑ ΚΑΙ ΠΟΣΙΝ ΑΥΤΟΝ
ΚΑΙ ΧΡΟΝΟΝ ΕΙΠΕ ΓΥΝΑΙ ΚΑΙ ΠΟΛΕΩΣ ΟΘΕΝ ΕΙ
ΝΕΙΚΑΝΔΡΟΣ ΓΕΝΕΤΩΡ ΠΑΤΡΙΣ ΠΑΡΟΣ ΟΥΝΟΜΑ ΔΗΝ ΜΟΙ
ΣΩΚΡΑΤΕΑ ΦΘΙΜΕΝΗΝ ΠΑΡΜΕΝΙΩΝ Δ ΕΘΕΤΟ
ΣΥΝΛΕΚΤΡΟΣ ΤΥΜΒΩΙ ΜΕ ΧΑΡΙΝ ΔΕ ΜΟΙ ΩΠΑΣΕ ΤΗΝ ΔΕ
ΕΥΔΟΞΟΥ ΖΩΑΣ ΜΝΗΜΑ ΚΑΙ ΕΣΣΟΜΕΝΟΙΣ
ΚΑΙ ΜΕ ΠΙΚΡΑΝ ΝΕΑΡΟΙΟ ΒΡΕΦΟΥΣ ΑΦΥΛΑΚΤΟΣ ΕΡΕΙΝΥΣ
ΑΙΜΟΡΥΤΟΙΟ ΝΟΣΟΥ ΤΕΡΠΝΟΝ ΕΛΥΣΕ ΒΙΟΝ
ΟΥΘ ΥΠ ΕΜΑΙΣ ΩΔΕΙΣΙ ΤΟ ΝΗΠΙΟΝ ΕΣ ΦΑΟΣ ΗΓΟΝ
ΑΛΛ ΥΠΟ ΓΑΣΤΡΙ ΦΙΛΑΙ ΚΕΥΘΕΤΑΙ ΕΝ ΦΘΙΜΕΝΟΙΣ
ΤΡΙΣΣΑΣ ΕΚ ΔΕΚΑΔΑΣ ΔΕ ΠΡΟΣ ΕΞ ΕΤΕΩΝ ΧΡΟΝΟΝ ΗΛΘΟΝ
ΑΝΔΡΙ ΛΙΠΟΥΣΑ ΤΕΚΝΩΝ ΑΡΣΕΝΟΠΟΙΔΑΣ ΟΝΑΡ
ΔΙΣΣΑ ΔΕ ΠΑΤΡΙ ΛΙΠΟΥΣΑ ΚΑΙ ΙΜΕΡΤΩ ΣΥΝΟΜΕΥΝΩ
ΑΥΤΑ ΥΠΟ ΤΡΙΤΑΤΩΙ ΤΟΝΔΕ ΛΕΛΟΓΚΑ ΤΟΠΟΝ
ΑΛΛΑ ΣΥ ΠΑΜΒΑΣΙΛΗΑ ΘΕΑ ΠΟΛΥΩΝΥΜΕ ΚΟΥΡΑ
ΤΗΝΔΕ ΑΓΕ ΕΠ ΕΥΣΕΒΕΩΝ ΧΩΡΟΝ ΕΧΟΥΣΑ ΧΕΡΟΣ
ΤΟΙΣ ΔΕ ΠΑΡΕΡΧΟΜΕΝΟΙΣΙ ΘΕΟΣ Τ ΕΥΧΗΝ ΤΙΝΑ ΔΟΙΗ
ΕΝ ΠΑΣΙ ΧΑΙΡΕΙΝ ΣΩΚΡΑΤΕΑΝ ΚΑΤΑ ΓΗΣ

Hæc ita vertit Maffejus.

Dic mulier, quisnam Genitor? quod Nomen? & ipsum
Conjugem, & ætatem; quave es in Urbe sata?
Nicander Genitor; patria est Paros; & mihi nomen
Socratea; extinctam Parmenio tumulat
Me consors; hujus monumenti munus ab illo est,
Quod decus æternum posteritatis erit.
Mi tenerum infantem pariture sanguinolenti
Vis morbi dulcem hunc abstulit atra diem.
Me verò languente, in lucem haud prodiit infans,
Urna infelici venter at ipse fuit.
Sex ac ter denos vixi annos: mascula proles
A me jucundo est pulcra relicta viro
Duplex illa quidem, dilecto cara marito;
Tertia, quem cernis mi dedit ipsa locum.
Ast tu hanc, Persephone, vario quæ nomine culta es,
Excipe, eamque piis insere, Diva, choris.
Tum qui prætereunt, certent hoc fundere votum:
Socratea æternum gaudeat, & valeat.

Memoratur heic ΠΑΡΟΣ, *Paros*, celebratissima Insula, atque Oppidum in Mari Ægeo.

2 *Castuli in Hispania, extra Portam.*
E schedis meis, & Rambertinis apud Canon. Bertoli.

D. M. S.
AVRELIA LEVCOTHOE ❦
PATR ❦ ANN ❦ XXV ❦
H. S. E. S. T. T. L. P. XIIII

Ad *Cordubam*, clarissimam Hispaniæ Urbem, quæ *Colonia Patricia* a Plinio atque in Nummis appellatur, spectat Marmor. Proinde *Patriciensis* Patriâ hæc mulier fuit. Subsequens ad eamdem Urbem referenda est.

3 *Cordubæ, in Sanctæ Mariæ. E schedis P. Cattanei.*

D . M
L. IVLIVS M------
QVI. SAXIO D------
PATRICIENSIS-----
P. I. S. H. S. E. S-----

4 *Romæ,*
apud Ascanium Magarozium.
Ex Ligorio.

ΙΟΥΛΙΑΝΟϹ
ΠΕΡΓΑΜΟΥ ΥΙΟϹ
ΠΕΡΓΑΜΗΝΟϹ
ΚΕΙΜΑΙ

Ideſt:

Julianus
Pergami Filius
Pergamenus
(heic) *Jaceo.*

Non una fuit Civitas *Pergami* nomine insignita. Heic veri videtur similius, designari Civem *Pergami* Urbis Mysiæ, utpote quæ ceteris præcelluit, & Regum Sedes olim fuit.

1 *Romæ,*
in Basilica Lateranensi.
Ex eodem.

ΛΟΥΚΙΟΣ
ΠΟΠΛΙΚΙΟΣ ΡΟΥ
ΦΟΣ ΠΕΡΓΑΜΗΝΟΣ
ΠΑΙΩ ΕΤΩΝ Ε
ΤΩ ΤΕΚΝΩ ❦
ΜΝΗΜΗΣ ΧΑΡΙΝ

Ideſt:

Lucius
Poplicius Ru-
fus Pergamenus
Pæo Annorum V.
Filio
Memoriæ Cauſsâ.

ΠΑΙΩ ſuſpecta mihi vox. Num ΠΑΙΔΙΩ, *Puero?*

3 *Prope Heracleam.*
Miſit Bimardus.

ΒΕΤΤΙΔΙΟΣ ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ ΠΕΡΙΝΘΙΟΣ
ΒΟΥΛΕΥΤΗΣ ΕΘΗΚΑ ΤΗΝ ΣΟΡΟΝ ΑΥΡ
ΧΡΗΣΤΩ ΟΣ Δ' ΑΝ ΤΟΛΜΗΣΕΙ ΕΤΕΡΟΝ
ΚΑΤΑΘΕΣΤΑΙ ΚΑΤΑ ΑΥΤΟΝ
ΔΩΣΕΙ ΤΗ ΠΟΛΕΙ ✳ ΒΦ

Ideſt:

Vettidius Eutychianus Perinthius
Decurio Poſuit Sarcophagum Aurelio
Chreſto. Quicumque Verò Auſus Erit Ali-
um Inferre Juxta Ipſum,
Dabit Civitati Denarios Bis Mille & Quingentos

4 *Petilliæ*
in agro Lucerienſi.
Miſit Johannes Bernardinus Tafurius.

M. ANTONIO. A. FIL. POM. PELAGIANO IIII
N. VIRO. Q. EQVITI ROM. RARISSIMO
INNOCENTISSIMOVE CVR. R. ET PATRONO
DECVRIONES AVGVSTALES ET PLEBS
PETELLINORVM
L. D. D. D

Hanc etiam ad me miſit Franciſcus Valletta nobilis Juriſconſultus Neapolitanus, qui eam *Atinæ in Lucania* ponit, ibique legit PETELINORVM. *Petelia* Civitas, Strabone teſte, *olim Lucanorum caput* fuit. Apud pleroſque veteres Hiſtoricos ejus loci ac Populi mentio occurrit. Inſueta eſt dicendi formula IIII. N. VIRO. Fortaſſe quod in prioris lineæ ſpatio integer numerus ſignari non potuit, pars ad alteram lineam translata fuit a marmorario. Certe mihi ſuſpicio eſt, legendum eſſe IIIII. Viro, ideſt *Seviro*, vel *Sexviro Quinquennali* &c. qui fuit quoque *Curator Reipublicæ, ac Patronus Petellinorum.*

2 *Heracleæ.*
E ſchedis meis.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
Λ. ΣΕΠΤΙΜΙΟΝ ΣΕΒΗΡΟΝ
ΕΥΣΕΒΗΝ ΠΕΡΤΙΝΑΚΑ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΑΡΑΒΙΚΟΝ
ΑΔΙΑΒΗΝΙΚΟΝ ΠΑΡΘΙΚΟΝ
ΜΕΓΙΣΤΟΝ Η ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ
ΝΕΩΚΟΡΩΝ
ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ

Ideſt:

Quod Fauſtum Sit.
Imperatorem Cæſarem
Lucium Septimium Severum
Pium, Pertinacem,
Auguſtum, Arabicum,
Adiabenicum, Parthicum,
Maximum, Senatus
Et Populus
Neocorum
Perinthiorum
(hac Statuâ honorat.)

Eadem Urbs fuit *Perinthus*, atque *Heraclea* Thraciæ Civitas. In Nummis quoque apud Spanhemium, & Harduinum mentio eſt ΠΕΡΙΝΘΙΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, *Perinthiorum Neocororum*. Erga hanc Urbem Severus Auguſtus in Byzantios iratus, valde munificum ſe præbuit.

5 *Forojulii in Gallo-Provincia, apud Antelmium.*
Ex Marchione Maffejo.

C. IVLIO
SEVERO
PETRVCORIO

Petrocorii Aquitanicæ Galliæ Populi, nunc Gallice *le Perigord.*

6 *Philippopoli.*
Ex Paulo Luca miſit Bimardus.

ΕΡΕΝΝΙΟΣ ΗΡΑΚΛΙΑΝΟΣ
ΓΕΡΟΥΣΙΑΣΤΗΣ ΦΙΛΙΠΠΟ
ΠΟΛΕΙΤΗΣ ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ
ΕΑΥΤΩ ΚΑΙ ΤΗ ΣΥΜΒΙΩ Ε
ΑΥΤΟΥ ΚΛΕΟΠΑΤΡΑ ΑΘΗ
ΝΟΔΩΡΟΥ ΚΑΤΕΣΚΕΥΑΣΕ
ΤΗΝ ΣΟΡΟΝ ΣΥΝ ΤΩ Γ
ΡΑΔΩ ΑΝΕΞΟΔΙΑΣΤΟΝ
ΟΣ ΑΝ ΔΕ ΠΩΛΗΣΗ ΔΩΣΕΙ
ΤΩ ΦΙΣΚΩ ΔΗΝΑΡΙΑ ΓΕ

Ideſt:

Herennius Heraclianus
Decurio Philippo-
politanus, Pecuniâ Suâ
Sibi Et Conjugi Su-
æ Cleopatræ Athenodori
(Filiæ) *Fecit*
Sepulcrum . . . .
. . . .
Si Quis Verò Alienaverit, Dabit
Fiſco Denariorum Quinque Millia.
Philippopolis Thraciæ Civitas.

1 *Apud Megaram Niseam*
Civitatem maritimam.
E schedis Cyriaci.

ΚΑΛΛΙΚΙΤΑ ΦΩΚΙΣ
ΔΑΜΑΤΡΙΑ ΓΛΑΥΚΙΑ
ΧΑΙΡΕ

Ideſt:

Callicita Phocensis.
Demetria Glaucia
Salve.

Phocidem, regiunculam in Achaja, non verò *Phocæam* Civitatem Ioniæ, mulier hæc Patriam habuit.

2 *Fani*
in Sancti Petroniani.
Ex Ligorio.

D . M
LEGE AEVITERNA TRADITVS LETO PVER
BIS OCTO IN ANNIS HOCCE SVB TVMVLO IACET
QVEM CVNCTA FLEVIT TVRBA MVLTO PLVS HERVS
SPECIE OBTINENTEM MORIBVS CVM VINCERET
HIC PHOCENSIVM CIVIS IN PATRIO SOLO
NVNC ITALORVM DITIS INTRA TERMINOS
NOMEN TENEBIT SIDISNATI PVER

Dederat & Reinesius Class. XVII. num. 142. Sed is habet *Photensium* pro *Phocensium*. *Intalorum* pro *Italorum*. *Isidis nati puer* pro *Sidisnati puer*.

3 *Parisiis,*
in Museo Acad. Regiæ Inscriptionum.
Misit Bimardus.

Μ ΠΟΜΠΗΙΟϹ ΕΥΟΔΟϹ — ΙϹΙΔΩΡΑ ΠΡΑΞΙΤΕΛΟΥϹ ΕΚ ΦΥΛΑϹΙΩΝ

Ideſt:

Marcus Pompejus Euhodus. — *Isidora Praxitelis* (Filia) *Phylæensis.*

Isidora nata eſt in Vico Attico *Phyle*. Vide Sponium de Pagis Attic. ubi hanc Inscriptionem refert, ſed confuſis literis.

4 *Athenis in Areopago,*
ad Sancti Dionysii, in quadam columna.
Ex schedis Barberinis Cyriaci Anconitani.

ΑΡΧΕΒΙΟΣ ΠΕΙΡΑΙΕΥΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΘΕΟΥ

Ideſt:

Archebius Piræus Divi Cæsaris.

Piræum Atticæ, ſive Athenarum Portum, quicumque vel leviter operam dedit eruditioni Græcæ, ſat novit. *Piræus* quoque appellatus Populus Hippothoontidis Tribus Athenis. *Archebius* iſte *Libertus* fuerit, aut *Servus* Divi Cæſaris.

5 *Pisauri in Operculo Cinerarii.*
Ex Oliverio.

T. ACCII
PISAVR
CINERES
S

Pisaurum clariſsima Flaminiæ Civitas, cujus antiqua Marmora nuper edidit atque illuſtravit Cl. V. Hannibal de Abatibus Oliverius.

6 *Ibidem.*
E schedis Valerii, & Farnesiis.

Q. NANNI
ITALO
DECVRIONI. PISA
ALFIA. NIRONIS
MARITO

Cui *Nannes* non placet, legat *Nannio*. *Pisis* in celebratiſſima Civitate Etruriæ hic fuiſſe videtur Decurio. Sed quia marmor Piſauri exſiſtebat, veri mihi videtur ſimilius, ſpectare ad *Pisaurensem* hominem, ſcriptumque ibi fuiſſe PISAVR.

7 *Pisis.*
E Chimentellio.

D . M
P. OBSEQVENTIVS. SEVERINVS
AVG. PISIS
CVR. KAL. FLORENTINORVM
SIBI POSTERISQVE SVIS

Hanc ipſam ex Borghinio attulerat Gruterus pag. 444. num. 1. ſed gravi errore fœdatam. *Severinus* iſte apud eum appellatur CVR. I. ALAE FLORENTINORVM: quod ſphalma Scaliger in Indicem intulit. Is verò, ut vides, fuit *Curator Kalendarii Florentinorum*. De *Pisis* nobiliſſima Civitate ſuperfluum foret loqui.

8 *Ibidem,*
in Porticu Sancti Petri in Gradu.
Ex eodem.

IMP. CAES. D. NRO (FL. VALENTI)
PIO FELICI SEMP. AVG.
IMP. CAES. D. N. FL. GRATIANO
PIO FELICI SEMP. AVG.
DIVI VALENTINIANI AVG. FILIO
IMP. CAES. FL. VALENTINIANO
PIO FELICI SEMPER AVG.
DIVI VALENTINIANI AVG. FILIO
CIVIT. PISANA
M. P. IIII.

Eſt Cippus Milliarius, cui locus eſſe poterat in Claſſe VI.

1 *Lucæ,*
in ædibus Liliorum.
Misit P. Alexander Berti Lucensis.
Habes etiam apud Donium.

L. PAPIRIO. L. L......
MANDATO. CLVP......
AVG. PISIS. ET LVCAE
L. PAPIRIO
APELLI PATR.

Quis mihi hæc interpretetur? Ex archetypo non hæc descripserit P. Berti, vir hujusmodi antiquitatum peritus. In alterutro ex his locis legendum certe L. PAPIRIVS &c. Si MANDATO non foret cognomen, credi posset positus lapis a *Papirio Liberto* jussu *C. Lupi*, aut *C. Ulpi*, *Papirio Patrono*. Sed neque sic acquiescere possis.

2 *Pisis,*
apud Johannem Baptistam Ricciardum.
Ex Cardinal. Norisio.

D. M. S
FELIX. HERCVLEO
EQ. P. AED. II. COS. I
PONT. PERP
REIP. PIS.

Expendit hunc lapidem in Cœnotaphiis Pisanis vir immortalis nominis Cardinalis Norisius. *Consulem* appellari *Duumvirum* Reipublicæ *Pisanæ*, Inscriptio hæc indicare videtur. At id perquam peregrinum. Longius etiam a veterum moribus distat, nuncupari istum *Consulem semel*, quum primi, aut unici Magistratus gesti exprimi memoria minime consueverit. Quare de fide hujus marmoris certi minime sumus.

3 *Pistorii,*
in Palatio publico.
Ex Gorio.

L. BAEBIO. P. F
VEL
IIII. VIR. I. D. PISTOR

Plinio, Ptolemæo, atque aliis memoratur Etruriæ Civitas *Pistorium*, sive *Pistoria*, Italice nunc *Pistoja*.

4 *Pituli in Umbria.*
Ex Ligorio.

A. RVTILIO. A. F. PAL. FOVRIO
EQVO PVBLICO. CORRECTORI
VMBRIAE. ET. PICEN. OB INSI
GNIA EIVS...............
PRAEF. AERARI. SATVR. ET. PA
TRONO. ORD. MEVANIAE
CVRATORI. R. P. FVLGINAT
ORDO. PITVL. VN. C. CIVI
BVS. STATVAM. CONLOCA
VERVNT. D. D.

Mentionem heic habes *Mevaniæ*, nunc *Bevagna*; & *Reipublicæ Fulginatis*, nunc *Foligno*; & *Ordinis Pitulanorum*, cujus Populi in Umbria siti meminit Plinius. Singulares literæ VN. C. forrasse sonant *Universis Consentientibus Civibus*. Hæc tamen formula exemplo caret. *Consensu Populi* habent alii lapides. *E schedis Manutianis* hanc etiam dedit Donius.

5 *Grassani,*
in agro Regiensi.
E schedis Valerii, & Farnesiis.

D . M
AVRELIA IVSTINA
CONIVS FLAVI ANTONIANI
CVM QVO VIXIT ANNOS XXVI. M. III.
SOROR AVRELI VINCENTI
EX PRAEPOSITIS VIRI ORNATI
LEG. X. GEMINAE
QVAE VIXIT ANN. XXXVII. M. VIII.
CIVEIS POETAVIONENSEIS
FLAVIVS ANTONIANVS
CONIVGI MEMORIAM FACIENDAM
CVRAVIT

CIVEIS POETAVIONENSEIS appellatur hæc mulier; *Pœtavio*, nunc *Petaw* Urbs Germaniæ in Stiria, celebris olim fuit Colonia Romanorum.

6 *Polæ.*
E schedis meis.

IMP. CAESARI SEP
TIMIO SEVERO PRI
NCIPI PIO FELICI
INVICTO AVG
RES. P. POL. D. N. M. Q. EIVS

Mancam dederat Gruterus pag. 263. num. 7. *Pola* in Istria, Romanorum quondam Colonia, adhuc florida Civitas.

7 *Augustæ Taurinorum,*
juxta domum Comitis de Pancalier.
Ex Guichenonio.

D. M.
VAECILIAE AELIANAE CIVI
POLENTIAE QVAE VIXIT
ANN. XX. MENS.......

Innuitur heic *Polentia*, Civitas olim Galliæ Cisalpinæ in finibus Albæ Pompejæ ad fluvium Tanarum, cujus ne ruinæ quidem nunc supersunt.

8 *In Vico* Tardemezar *in Callæcia.*
E schedis Farnesiis.

L. PELVCIVS. C. F
POP. POLENTIN.
HIC. SIT. EST

Fuit & in Insula Baleari majori altera *Polentia*, cujus meminere Plinius, Mela, & alii. Ad illam referendus videtur *Pelucius* iste. *Pollentia* in editis Libris occurrit, at in lapidibus *Polentia*.

1 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani.
Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.

D

SALONIA CARPIME
SALONIAE EVTERPE
SACERDOTI M. D. M. PORT. AVG
ET TRAIANI FELICIS PATRONAE
SVAE OPTIMAE BENE MEREN
TI FECIT ET SIBI ET SALONIO
HERMETI SALONIO DORAE SA
LONIAE TERTIAE ET EOR. FILIIS
PARS DIMIDIA INTRANTIB
LAEVA

M. CVTIVS RVSTICVS
TIBICO. M. D. M. PORTVS
AVG. ET TRAIANI FELICIS
FECIT SIBI ET CVTIAE THE
ODOTAE ET LIBERTIS LIBER
TABVSQ. POSTERISQ. EORVM
PARS DIMIDIA AD DEXTRA

M

Quum ex Lipsio Gruterus istam exhibuerit pag. 308. num. 10. exiguâ cum varietate, vix erat, cur & ego rursus darem. At quando in præcipuo hujus lapidis ornamento Gruterianum exemplum cencit, profuerit iterum exhibuisse. PORT. AVG ibi legitur PORI AVG. & in altera parte pro PORTVS extat PO..IVS. Quæ caussa fuit, cur Scaliger in Indicem Geographicum locum hunc minime invexerit. Itaque ibi memoratur PORTVS AVGVSTI ET TRAIANI FELICIS, quo nomine olim Portus, ad Ostia Tiberina sive ab Augusto, sive a Claudio Augusto conditus, atque a Trajano postea instauratus & amplificatus, donabatur. Nihil aliud fuit *Portus* Civitas, in Romana præsertim Ecclesiastica Historia celebris, nisi Portus iste, ubi ingens Urbis Romæ navale fuit, & amplissima Horrea ad excipiendum frumentum ex Ægypto advectum. Ibi quoque Templum *Magnæ Deûm Matris fuisse*, ex singularibus literis M. D. M. hinc discimus, cujus *Sacerdotem* egisse legimus *Saloniam Euterpem*. Ceterum doctissimi Viri Cluverius in Italia Antiqua, & P. Vulpius in Vetere Latio, contendunt, & quidem bonis tabulis freti, non ab *Augusto*, sed a *Nerone Claudio Augusto* excitatum fuisse Portum Ostiensem. Vox TIBICO quæ in secunda Inscriptione legitur, Quadratarii sphalma mihi creditur pro TIBICEN. Ita scriptum quoque AD DEXTRA pro A DEXTRA, seu AD DEXTERAM.

2 *Arretii.*
Ex Gorio.

DIIS MANIB
L. CORPENNI
A. F. POM
SABINI. SEVIR
POL.

Et heic de *Polensi* Urbe in Istria agi videtur. *Corpennius* iste *Sabinus* patriâ *Polensis*, Arretii diem suum obierit.

4 *Athenis,*
in Palatio Hadriani Augusti.
E schedis Barberinis Cyriaci.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ ΠΑΡΘΙΚΟΥ
ΥΙΟΝ ΘΕΟΥ ΝΕΡΟΥΑ ΥΙΩΝΟΝ ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΠΟΜΠΕΙΟΠΟΛΕΙΤΩΝ
ΤΗΣ ΚΙΛΙΚΙΑΣ Η ΠΟΛΙΣ ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΥΤΩΝ ΙΟΥΛΙΟΥ
ΒΑΡΧΙΟΥ ΠΕΔΙΟΥ

Ideſt:

Imperatorem Cæsarem, Divi Trajani Parthici Filium, Divi Nervæ Nepotem, Trajanum Hadrianum Augustum, Patrem Patriæ, Pompejopolitanorum *In Cilicia, Civitas* (honorat) *Legatione Fungentibus Julio Barchio Pedio.*

Unam *Pompejopolim* Paphlagoniæ Civitatem novit Stephanus. Verùm altera fuit in *Cilicia*, de qua meminere Livius, Plinius, & Ptolemæus.

3 *Romæ.*
Misit N. V. Joseph Bimardus Montis Seleuci Baro.

Hanc ita restituit Bimardus.

Ο Κ	Θ Κ
ΕΠΑΦΡΥϹ ΚΡ	ΕΠΑΦΡΥϹ ΚΡ.....
ΗϹ ΠΟΛ ΡΗΝΙ	ΗϹ ΠΟΛΥΡΗΝΙ
Ο ϹΟΚΛΙΚΙϹΑ	ΟϹ Ο ΚΑΙ ΚΙϹΑ
ΜΙϹΕΝ ΘΑΔΕΚ	ΜΙΟϹ ΕΝΘΑΔΕ ΚΕ
ΙΜΑΙΕ ΤΩΝ ΚΔ	ΙΜΑΙ ΕΤΩΝ ΚΔ
ΜΗΝ ΩΝ Ζ	ΜΗΝΩΝ Ζ
ΑΝΤ ΖΟΛΙΟϹ	ΑΝΤ ΖΩΙΛΟϹ
ΠΑΤΗΡΕΠΟΙ	ΠΑΤΗΡ ΤΩΙ
ΕΙΩΙΝΗΜΗϹ	ΤΙΩ ΜΝΗΜΗΟ
ΧΛΙΡΙΝΕ ΠΟΙΕΙ	ΧΑΡΙΝ ΕΠΟΙΕΙ

Ideſt:

Dis Manibus
Epaphrus Creten-
sis Polyreni-
us Et Cisa-
mius Heic Ja-
ceo Annorum XXIV.
& Mensium VII.
Antonius Zoilus
Pater
Filio, Memoriæ
Caussâ Faciebat.

Ab Eminentiss. Card. Dominico Passioneo de hac ipsa Collectione mea benemerito, Inscriptionem istam accepit Clariss. Bimardus, ac vitia detersit. Fuit *Epaphrus*, seu *Epaphras* iste duarum simul Civitatum Civis pro more Græcorum. Ambæ in Insula Creta memorantur ab antiquis. Altera videlicet *Polyren*, sive *Polyrennia*, aut *Polyrrentum*, clara est apud Strabonem, Plinium, Ptolemæum, Scylacem, & alios. In Nummis quoque occurrunt ΠΟΛΥΡΗΝΙΟΙ, ideſt *Polyreni*, unico P. Altera fuit *Cisamus*, cujus mentio est apud eumdem Strabonem, in Notitiis Ecclesiasticis, & alibi.

1 *Tarracone. Ex Petro de Marca.*

SEMPRONIAE FVSCI F
PLACIDAE POMPELONENSI
FLAMINICAE
CONSENSV CONCILII. P. H. C
CORNELIVS VALENS
MARITVS. S. P. F

Siglas postremas S. P. F. *Sepulcrum poni fecit*, interpretatur de Marca. Ego *Suâ Pecuniâ Fecit*. Inter celebres Hispaniæ Civitates *Pompelon*, a Strabone, Ptolemæo, & Plinio memoratur. Nunc *Pamplona*, Navarræ caput. *Semproniæ* huic *Placidæ Flaminicæ*, *consensu Concilii Provinciæ Hispaniæ Citerioris*, positum fuit monumentum istud.

3 *Præneste, prope Cathedralem.*

- - - - - - -, - - - - - - - - - INAE
- - - - - - - - - - - - - - - - - RANNI
-, - - - - - - - FILIAE OPTIMAE
- - - - - - MERITAE PRAENEST.
D

Mentio in hoc fragmento est *Prænestinæ* Civitatis, nunc *Palestrina*, antiquæ ac celeberrimæ in Latio.

2 *In Civitate Potentiæ,*
apud Dominos Loffredos.
Misit Johannes Bernardinus Tafurius Neritonensis.

M. DE. ET. DIANAE
SACR.
M. HELVIVS. M. F. POM
CLARVS VERVLANVS PRISCVS
AEDIL. II. VIR. Q̃. Q̃. FLAMEN
ROMAE DIVI AVGVSTI
CVRATOR REIPVBLICAE POTENTI
NORVM

Potentia, olim Lucaniæ Civitas, nunc in Provincia Basilicatæ, Episcopali Cathedrâ illustris. M. DE. idest *Magnæ Deæ*: quo nomine *Cybeles* indicari videtur. Sed hoc peregrinum est; illa quippe *Magna Deûm Mater* appellari consuevit.

4 *Priverni. Ex Ligorio, & Donio.*

C. ARRIO. C. F. COR. CLEMENTI. MILITI
COH. $\overline{IX}$. PR. EQVITI SINGVLORVM. EQVITI
TVRMAE. PRAET. CVRATORI. MVNICIPI. PRIVERN
BIS. DONIS. DONATO. AB. IMP. TRAIANO. TOR
QVIBVS. $\overline{II}$. ARMILLIS. $\overline{II}$. PHALERIS. OB. BELLVM
PARTHICVM. ET. DACICVM. SINGVLARI. PRAE
FECTORVM. PRAET. TESSERARIO. OPTIONI
FISCI. CVRATORI. CORNICVLORVM. TRIBVNI
EVOCATO. ITER. LEG. ANNONAE. LEG. LEGION
$\overline{XXX}$. VLPIAE. FORT. 7. COH. $\overline{I}$. PRAET. 7. COH. $\overline{I}$
VIGILVM. ROM. 7. STATORVM. COH. $\overline{XIIII}$. VRB
7. COH. $\overline{XII}$. PR. TRECENARIO. DONIS. DONATO
AB. IMP. HADRIANO. HASTA. PVRA. CORONA
AVREA. 7. LEG. $\overline{III}$. AVG. PRIMIPILARI. $\overline{II}$. VIR
QVINQVENNALI. PATRONO. MVNICIPI. CVRA
TORI. REIPVBLICAE. DECVR. ET. $\overline{V}$IVIR. AVG
MVNICIPES. PRIVERN. DD.

Alterum plane similem lapidem *Matellicæ* adservatum, sed mancum, produxit ex Manutio Gruterus pag. 365. num. 6. Eadem fortassis est tabula cum ista, sed ab aliquo corrupta. Tu utrumque exemplum confer. Heic autem habes aliquot ex Officiis, quæ supra in Clafs. X. & XI. accepisti. Mendum suspicor in linea Nona; in iis nempe verbis *Evocato iterum Leg. Annonæ*. Nam sive explices *Legati*, sive *Legionis*, utrumque damnes. *Privernum*, nunc *Piperno*, Volscorum olim Oppidum inter Setiam ac Tarracinam situm, ab antiquis celebratum.

5 *Romæ, in Sancti Laurentii in Lucina.*
Fragmenta lapidis prægrandis.
Ex Ligorio.

- - - - - - - - - - - - - - - - - - - -
RVFO - - - - - - - - - - - - - - -
PRVSAIS. AB. OLYMPO
PATRONO.

6 ΤΙΩΙ
ΠΡΟΤΣΑΕΙΣ ΑΠΟ ΟΛΤΜΠΟΤ. ΠΑΤΡΩ
ΝΙ. ΚΑΙ. ΕΤΕΡΓΕΤΗΙ. ΠΡΕΣΒΕΤΟΝΤΟΣ
ΔΗΜΟΦΙΛΟΤ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΤ

Idest:

Filio.
Prusienses ab Olympo Patrono, & Benefactori, Legationem agente Demophilo Asclepiadis.

7 PRVSIENSES. AB-------
PATRONO
ΤΙΩΙ
....ΝΟΙ ΠΑΤΡΩΝΙ ΚΑΙ
ΕΤΕΡΓΕΤΗΙ ΔΙΑΠΡΕΣΒΕΤ
ΟΝΤΟΣ ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΤ ΤΟΤ
ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΤ

Ideſt:

Filio
----no Patrono Et
Benefactori Legatione fungen-
te Artemidoro Filio
Artemidori.

8 -------O. L. F. H------
PRVSIENSES. AB. HYPIO
PATRONO
ΛΕΤΚΙΟΤ
ΠΡΟΤΣΙΕΙΣ. ΑΠΟ. ΤΠΙΟΤ. ΠΑΤΡΩΝΙ
ΚΑΙ ΕΤΕΡΓΕΤΗΙ. ΠΡΕΣΒΕΤΟΝΤΩΝ
ΜΕΝΕΜΑΧΟΤ. ΤΟΤ. ΚΑΣΣΑΝΔΡΟΤ
ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΟΤ ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΤΣ

Ideſt:

Lucii. (vel *Leucii*)
Pruſienſes ab Hypio Patrono
Et Benefactori, Legatione fungentibus
Menemacho Caſſandri (filio,)
Ariſtonico Timocratis (filio.)

9 PRVSIENSES. AB-----
PATRONO
ΠΡΟΤΣΙΕΙΣ. ΑΠΟ.......
ΠΑΤΡΩΝΙ. ΚΑΙ ΕΤΕΡΓΕΤΗΙ ΠΡΕΣΒΕ-----
ΔΗΜΗΤΡ------------------------
ΑΝΑΧ--------------------------

Ideſt:

Pruſienſes Ab --------
Patrono Et Benefactori, Legationem Agentibus
Demetrio --------------
Anach ----------------

10 PRO......
PRVSIENSES. AB. MARE
PATRONO
ΡΟΤΦΩΙ
ΠΡΟΤΣΙΕΙΣ. ΑΠΟ. ΘΑΛΑΣΣΗΣ ΠΑ
ΤΡΩΝΙ. ΚΑΙ. ΕΤΕΡΓΕΤΗΙ. ΠΡΕΣ
ΒΕΤΟΝΤΟΣ. ΑΓΡΙΑ. ΤΟΤ. ΖΩΙΛΟΤ

Ideſt:

Rufo.
Pruſienſes Ab Mare Pa-
trono Et Benefactori Lega-
tum Agente Agria Zoili Filio.

11 APAMENI. AB........
PATRONO

PATRONO
ΑΝΤΙΟΧΙΕΕΙΣ
ΑΠΑΜΕΙΣ ΠΑΤΡΩΝΙ. ΚΑΙ ΕΤΕΡΓΕΤΗΙ
ΠΡΕΣΒΕΤΟΝΤΟΣ ΜΑΡΚΟΤ. ΑΤΡΗΛΙΟΤ

Ideſt:

Antiocheni
Apameni Patrono Et Benefactori
Legatione fungente Marco Aurelio.

12 ΝΙΚΟΜΗΔΙΕΕΙΣ. Π........
ΕΤΕΡΓΕΤΗΙ. ΠΡΕ..............
ΝΙΚΟΜΗΔΟΤΣ. ΤΙΟΤ. ΚΛΕΟΧΑΡΟΣ

Ideſt:

Nicomedienſes Patrono
Benefactori, Legatione fungente
Nicomede Filio Cleocharis.

Fragmenta hæc in pavimento diſperſa collegit Ligorius. E linearum prolixitate, ut is ait, conſtat, in prægrandi tabula elogium fuiſſe conſcriptum. Hoc autem a variis *Bithyniæ* Urbibus poſitum fuit alicui (fortaſſe *Rufo*) Proconſuli aut Conſulari, aut dumtaxat Patrono Provinciæ illius. Dolendum eſt, fruſtum hoc antiquitatis non integrum ad nos perveniſſe: egregium quippe fuiſſet ad dignoſcenda loca quælibet Bithyniæ, quæ veri ſimile eſt ibi ſignata fuiſſe. Tres tantùm *Pruſias* Bithyniæ memoratas habemus a Strabone, Plinio, Photio, Stephano: unam ad *Olympum*; alteram ad flumen *Hypium*; tertiam ἐπιθαλάσσιον, *ad Mare*. At in hoc marmore præter Pruſienſes ab Olympo, ab Hypio, ab Mare, (ſcilicet *ad Olympum*, *ad Hypium*, *ad Mare*) poſitos, innuuntur etiam *Pruſienſes ab.....* & *Pruſienſes ab.....* Mendoſe apud Plinium legitur Lib. V. Cap. 32. *Pruſa altera ſub Hippio monte*. Non Mons, ſed Fluvius fuit Hippius; atque hic non *Hippius*, ſed *Hypius* appellatus, uti nos docet Stephanus, & Lapis iſte prodit. Habes heic etiam *Apameos*, ſive *Apamenſes*, & *Nicomedienſes*, Populos videlicet duarum aliarum Bithyniæ Civitatum. Quum verò nomen quoque *Antiochenorum* occurrat ante *Apamenos*, ſuſpicioni locus eſt, aut *Apamiam* Bithynicam ab aliquo Rege Antiocho cognomen hoc accepiſſe, aut in eadem Provincia Urbeculam hujus nominis olim exſtitiſſe, quæ jamdiu perierit: complures enim *Antiochiæ* fuerunt, quarum tantummodo nomen ſupereſt in veterum monumentis. Unum ex hiſce fragmentis, ſed mendoſum, dedit Cl. Gorius inter Doniana marmora pag. 206.

13 *Athenis. E ſchedis meis.*

ΕΙΣΙΔΟΣ ΣΗΚΩΜΗ
ΕΝ ΠΟΡΟΤ ΕΤΟΔΟΤ
ΕΚ ΠΤΕΛΕΑΣΙΩΝ
ΛΟΤΣΕΤΟΔΟΤ ΓΤΝΗ

Hæc titubans ita verto:

Iſidis Secome
In Maritimâ Orâ Perviâ
Ex Pteleaſiis
Luſevodi Uxor.

Quid ſit *Secome*, non intelligo. Fortaſſe ſcribendum ΣΗΚΩΜΑ, ideſt *Æquipondium*, quod nempe in ſtaterâ ſive bilance apponitur ad æquilibrium faciendum. Strabo Lib. 8. duas Urbes agnovit *Ptelei* nomine inſignitas, alteram Theſſaliæ, alteram Eleæ. Civis, Stephano teſte, appellatur Πτελεάτης, καὶ Πτελεούσιος, καὶ Πτελεεῖς. ideſt *Pteleates*, & *Pteleuſius*, & *Pteleis*. Veri videtur ſimile, iſtius Populi mentionem haberi in monumento hoc, quod parùm accurate exſcriptum fuiſſe mihi creditur.

1 *Ravennæ,*
in Museo Archiep.
Ex Joh. Andrea Barrotto V. Doctiss.

EX. IVSS.
I. O. M. D. CON
M. CAES. CHRESIM
AVG. RAVEN
CVM
SACCIDIA FELICITATE
CONIVGE ET
CAESIA CHRESIME
FILIA

Hæc ita interpretor: *Ex Jussu Jovis Optimi Maximi* (aut *Jovi* &c.) *donum consecravit Marcus Cæsius Chresimus Augustalis* (nisi quis malit *Augur*) *Ravennæ*.

2 *Ibidem.*
E schedis meis.

IMP. CAES. NERVAE
TRAIANO. DACICO. GER
MANICO. PARTHICO
PONT. MAX. TRIB. POT. XVIII
IMP. VII. COS. VI. P. P. OPTIMO
PRINCIPI
RAVENNATES. CAERE
VIANI. CAESENNATES
CVR. VIAR. TRA----
FLAMI---------------
D. D.

Inter monumenta spuria istud recensere liceat. Nam etsi recte decurrat prima pars, ad Trajanum spectans, illi tamen CAEREVIANI justam mihi imposturæ suspicionem ingerunt. *Cerviæ*, nunc Urbis Episcopalis, nullus veterum meminit. *Ficoclensi* Civitati successisse, non injuriâ creditur. Ut illi aliqua vetustatis umbra crearetur, elogium hoc a recentiore aliquo confictum reor. *Ravennates*, & *Cæsennates* satis notos prætereo.

3 *Extra Romam,*
in Basilica Sancti Pauli.
Ex P. Margarino.

CONVERSA ---- MOR --- VI ------
FVISTI IDONEA MAG ---- NIMA
QVAM CORPORE HIC REQVIESCIT
SOSANNA DE PROVINCIA SYRIAE
EX VICO RAVVNOC QVEM LOCVM
COMPARATVS EST A PREPOSITO DEPOSITA
XVIII. KAL ---------

Ad feminam Christianam, natione Syram, spectat Inscriptio. *Vicus Ravunoc*, ei Patria, nobis ex hoc uno lapide innotescit.

4 *Romæ.*
Misit Ficoronius V. Cl.

P. MVNNINVS
T. L. PHILOCLES
REATINVS

Reate, nunc *Rieti*, olim in Sabinis, nunc in Umbria Civitas.

5 *Condate Redonum,*
hodie Rennes.
Misit Bimardus.

IMP. CAES. M. ANTONIO
GORDIANO. PIO. FEL. AVG
P. M. TR. P. COS. O. R

Idest: *Ordo Rodonum*, Decurionum videlicet. *Redonum Civitas* olim Galliæ Celticæ Urbs, *Condate* a Ptolomeo appellatur. Lapis hic positus fuit Anno Christi 239.

6 *In Urbe Ellerena in Hispania.*
Ex Roderico Caro.

D . M . S
L. RVFIVS. PRIMVS. ITALICVS
D. REGINENSIS AN. XXXX

Apud Ptolemæum, & Anonymum Ravennatem occurrit *Regina* oppidum, Emeritæ conterminum. In Antonini Itinerario appellatur *Regiana*.

7 *Regii Lepidi.*
Ex Fulvio Azzario.

CN. BIENNVS. L. F. POL
BROCCVS. VI. VIR. AVG
AEDILICIVS. II. VIR
REGIO LEPIDO

Regium Lepidi, clara Civitas etiam apud veteres in Gallia Cispadana.

8 *In Sancti Martini de Azano*
agri Veronensis.
Ex eodem.

C. LEPIDVS. NV. F. REGIEN
MIL. LEG. XI. AVG. SIBI. ET
AEMILIAE. CONIVGI CARISSIM
BENEMERITAE VIXIT. ANN. XL.
MENSIB. V. DIEB. VII
VALE MIHI SOLATIVM

1 *Romæ*,
supra ostium vineæ Nicolai Saturni.
E schedis Ambrosianis.

D . M
M. VLPIVS. TARSCANA
ET VLPIA. LVPA
SABITVI. FILI
REGIOSTABOCESI DACO
PATRI. B. M. F.

Regiostabocesi exhibere nobis locum videtur in Dacia... sicum. Sed vereor, ut satis accurate ex Marmore expressum fuerit hoc Epigramma.

2 *Treveris*,
ad Sancti Maximini.
Ex Browero.

FL. GORDIO
RVFINO ƎLI. H
HORTIS. RHAMAE
MILITARIAE IN
SYRIA GENITVS
IN ASIA TRAL
LIS DEFVNCT
VS AVG. TR. LV
CIA AFRANIA
VALENTINA
CONIVGI KA
RISSIMO VIVA
FECIT

Habes heic mentionem *Rhamæ Militariæ*, quæ an ad Palæstinam spectet, ignotum est mihi. Habes & *Trallis* Lydiæ Urbis in Asia mentionem. Denique habes *Augustæ Treverorum*, ubi sepulcralem hanc memoriam *Gordio Rufino* conjugi posuit *Lucia Afrania* ista *Valentina*. Siglas ƎLI. H. interpretetur qui potest. Ego in eas mendum irrepsisse suspicor.

3 *Rhegii in Calabria.*
Misit Johannes Bernardinus Tafurius Neritonensis V. Cl.

- - - - - - - - - - - - - -

CORRECTORI. LVCANIAE
ET. BRITTIORVM
INTEGRITATIS. CONSTANTIAE
MODERATIONIS. ANTISTITI
ORDO
POPVLVSQVE. RHEGINVS

Quod *Rhegium* Calabriæ Civitas Græca fuerit, cum H. adspiratione a Romanis sive Latinis scribebatur ejus nomen. Sed minime defuere, qui scripserunt *Regium*.

4 *Romæ*,
in ædibus Principis Prænestini.
E schedis Ptolomeis.

ΥΙΟϹ ΕΓΩ ΓΕΝΟΜΗΝ ΑΓΑΠΩΛΛΕΝΟΥ ΩΜΕΛΛΙΓΕΙϹΑ
ΚΟΥΙΝΤΑ ΤΕΚΕΝ ΘΑΛΕΡΗ ΡΗΓΙΩ ΕΝ ΔΙΕΡΩ
ΕΝΔΥΚΕΩϹ Δ'ΕΤΡΕΦΟΝ ΤΕ ΕΑΤΕΙΜΗΤΟΝ ΜΕ ΚΑΛΕϹϹΑΝ
ΔΩΡΑ ΔΕ ΜΟΥϹΑΩΝ ΚΑΙ ΒΡΕΦΟϹ ΩΝ ΑΓΑΠΩΝ
ΔΩΔΕΚΕΤΗϹ ΗΛΘΟΝ ΡΩΜΗΝ ΦΙΛΕΤΗϹ ΜΕ ΚΑΛΥΠΤΕΙ
ΗΔΕ ΝΕΟΝ ΒΩΛΟϹ ΠΑΤΡΙ ΛΙΠΟΝ ΤΑΧΕΑ

Quos versus ita reddo :

Filius Ego Fui Agapolleni. Omelligisa
Quinta (me) *Peperit Juvenis Humido In Rhegio.*
Accurate Verò Nutrierunt, Et Honore Me Dignum Vocabant,
Quum Musarum Dona Puellus Etiam Diligerem.
Duodecim natus *Annos Romam Veni. Amica Me Tegit*
Hæc Nuper Humus, Patri Citò Ereptum.

Sunt heic quædam in Græco menda, quæ emendare non ausus aliorum limæ relinquo. At rursus habes *Rheginæ* Civitatis memoriam.

5 *Ibidem.*
Ex Gualterio.

Ο ΔΑΜΟϹ ΤΩΝ ΡΗΓΙΝΩΝ
ΝΙΚΑΝΔΡΟΝ ΝΙΚΩΝΟΣ ΤΟΙΣ
ΘΕΟΙΣ

Idest :

Populus Rheginorum
Nicandrum Niconis (filium)
Diis (subaudi) *commendat.*

6 *Hispali.*
Ex Donio.

L. CASTRVCIO. Q. F. HONORATO. P. P. HOMINI
BONO. SCAPHARII. ROMVL. CONSIST. OB
INNOCENTIAM. IVSTITIAMQVE. SINGV
LAREM. D. S. P. P

Posita fuit Inscriptio hæc *Lucio Castrucio Proprætori* a Nautis *Consistentibus* Hispali in celeberrima Hispaniæ Urbe. Insignita hæc fuit nomine *Coloniæ Romulensis*, sive *Romulæ*.

1 *Præsentiani*
ad Clivum Rufenum.
Ex Donio.

M. AGRIPPAE. L. F
PATRONO
RVFRANI. VICANI
QVORVM. AEDIFICIA. SVNT

Dubius est Cluverius, *Rufræ* ne, an *Rufæ* nomen fuerit Oppido Campaniæ a multis Sæculis exciso. Priorem lectionem tuetur Silius Lib. 8. alteram Vergilius Æneid. Lib. 7. Cum Silio facit hæc Inscriptio. Sed & in aliis Vergilii Codicibus, & apud Servium legitur RVFRAE. Locus nunc Italice appellatur *la Costa Rufaria*, uti censet Holstenius.

2 *Algeziræ*
in Hispania prope Valentiam.
E schedis Farnesiis, & Ramberti apud Canon. Bertoli.

C. CLODIO
M. F. GAL. CELERI
EX D. D
SAETABI AVGV
STANORVM

Saetabis Hispaniæ Citerioris Civitas, nunc *Xativa*, *Coloniæ Augustæ Valeriæ* cognomen accepit, Plinio teste.

3 *In* Menandor *Regni Valentini,*
in Molendino de Mandor.
E schedis P. Cattanei, & ex Donio.

D . M
POSTVMIAE. C. F
APRVLLAE FLAMI
NICAE. SAETAB. AVG
ANNORVM. XVIII. C
POSTVMIVS. SVC
CESSVS. FILIAE
PIISSIMA. ET. SIBI

4 *Romæ.*
Ex Donio.

C. CORNELIVS
C. F. IVNIANVS
EX. HISPANIA
CITERIORE
SAETABITANVS
VIXIT. ANN. XVIII
M. VIIII
IN. AGRO. P. VI
IN. LONGO. P. VIII.

5 *Sagunti ad Portam.*
E schedis Ambrosianis, & ex Cl. V. Gregorio Majansio
Catholici Regis Bibl. Præf.

SILE-----------------
IVSTO AI-----------
CN. LEPIDI----------
SEVIRO EQVIT------
VRBANO TRIBV-----
SORTITO PH--------
SAGV-------

Est heic mentio *Sagunti* Hispanicæ Urbis, in Historia Romana perquam celebris. Nunc ibi Oppidum, Hispanice appellatum *Morviedro*. In secunda linea Majansius legit IVSTO AN.....

6 *Ibidem.*
E schedis P. Cattanei.

L. ANTONIVS. L. F. GASABIVS ..... SAGVNT. ET
ANTONIA. L. F. PROCVLA

7 *In Oppido Illice*
Regni Valentini.
E schedis P. Cattanei.

L. BAEBIAE ROMANAE NOBILISS.
PARDVS SAGVNTINVS AMICISS.
AMICAE OPTIMEQ. DE SE MERITAE

8 *Salaciæ, bodie* Alcazar
de Sal *in Lusitania.*
Misit N. V. Joseph Bimardus.

L PORCIO. L. F
GAL. HIMERO
II. VIR. PRAEF. PRO
DIVORVM RIS
PIEPSALRE
HONORE
IMPESAM
REMISIT

Salaciam Urbem *Imperatoriam* appellatam fuisse testatur Plinius Lib. 4. cap. 22. Corrupta vides in quinctâ PIEPSALRE. Suspicatur Bimardus legendum RES*publica* IMP*eratoriæ* SAL*aciæ*, HONORE CONTENTVS IMPENSAM REMISIT.

9 *Salamine,*
ad Corinthiorum Sepulcrum. Ex Plutarcho.

Ω ΞΕΝΕ ΕΤΤΔΡΟΝ ΠΟΤ' ΕΝΑΙΟΜΕΝ ΑΣΤΤ ΚΟΡΙΝΘΟΤ
ΝΤΝ ΔΕ ΑΝΑΜΑΤΟΣ ΝΑΣΟΣ ΕΧΕΙ ΣΑΛΆΜΙΣ
ΕΝΘΑΔΕ ΦΟΙΝΙΣΣΑΣ ΝΗΑΣ ΚΑΙ ΠΕΡΣΑΣ ΕΛΟΝΤΕΣ
ΚΑΙ ΜΗΔΟΤΣ ΙΕΡΑΝ ΕΛΛΑΔΑ ΡΤΟΜΕΘΑ

Idest:

O Hospes, Olim Habitabamus Aquis Affluentem Urbem Corinthi:
Nunc Autem (nos) *Tenet Insula Aquis Carens Salamin.*
Heic Pœnorum, Persarumque Naves Repellendo
Et Medorum, Sacram Græciam Bene Tutati Sumus.

Juxta Atticam Insula *Salamis*, seu *Salamin* sita, celebris potissimum evasit, quod ibi Persarum classis sub Xerse Rege confracta fuit. Hujus victoriæ mentio est in hoc Epigrammate.

1 *Tarenti,*
in Sacello Sancti Cataldi.
Misit Ignatius Maria Como Neapolit.

FVSCO
MAG. AVGVST
FLAMINI. SALLENT.
PROV. P.

De *Salentinis* Calabriæ Populis multi multa attulere. In fine PROV*incia Posuit*.

2 *Salerni,*
ante Collegium Patrum Societatis Jesu.
Misit idem N. V. Ignatius Maria Como.

REPARATORI. ORBIS SVI
D. N. FLAVIO VALERIO
CONSTANTINO PIO
FELICI. INVICTO
ORDO POPVLVSQVE SALERNITANVS
DEVOTI NVMINI MAIESTATIQVE
EIVS

Salernum Civitas adhuc illustris, Romanorum olim Colonia.

3 *Ibidem,*
in Templo maximo.
Misit idem.

ANNIO VICTORINO. V. I. CORR.
LVCANIAE. ET. BRVTIORVM OB INSI
GNEM BENEVOLENTIAM EIVS
ORDO. POPVLVSQVE SALERNITANVS

Pro BRVTIORVM observandum foret in marmore an legatur BRITTIORVM. Nam etsi Cluverio persuasum minime fuerit, aliud quàm *Brutios* in usu fuisse, non unus tamen antiquus lapis *Lucaniæ* jungit *Brittios*, olim regionem incolentes, quæ nunc nobis est Calabria citerior.

4 *Salmanticæ,*
in Sancti Pelagii.
Ex Surita.

D . M . S
L. IVLIO CAPITONI
SALMANTIC
ANN. LXX
IVLIA RVSTICILLA
SOROR
PIENTISSIMA
P . C
H. S. E. S. T. T. L

5 *In magna Britannia,*
in loco Chester.
E Transactionibus Anglicis Philosophicis.

PRO SAL. DOMIN
ORVM NN INVI
CTISSIMORVM
AVGG. GENIO LOCI
FLAVIVS LONG....
TRIB. MIL. LEG. XX.
LONGINVS FLA
VIVS DOMO
SAMOSATA

Samosata Urbs Syriæ Eruditis notissima. Atque heic animadverte, in antipenultima linea occurrere LONGINVS FLAVIVS pro FLAVIVS LONGINVS, ut mirari desinas, si aliquando in veterum monumentis postpositum Cognomini Nomen gentis invenias.

6 *Romæ.*
Ex P. Montfauconio.

Θ . Κ
ΠΑΠΙΑΣ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΣΑΡΔΙΑΝΟΣ
ΖΩΝ ΕΑΥΤΩ ΕΠΟΙΗΣΕΝ
ΚΑΙ Μ. ΤΙΤΙΩ ΙΑΝΟΥΑΡΙΩ ΥΙΩ
ΟΣ ΕΖΗΣΕΝ ΕΤΗ ΙΗ
ΚΑΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΑΙΣ
ΚΑΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙΣ ΕΑΥΤΩΝ

Ideſt:

Dis Manibus.
Papias Diodori Sardianus
Vivens Sibi Fecit
Et Marco Titio Januario Filio
Qui Vixit Annos XVIII.
Et Libertabus
Libertisque Eorum.

Sardes, Urbs Lydiæ princeps, olim Regia Chrœsi. Cives *Sardiani* appellati.

7 *Sardis.*
Ex Thoma Smitho.

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ ΘΕΟΥ
ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΥΙΟΝ ΘΕΟΥ ΤΡΑΙΑΝΟΥ
ΥΙΩΝΟΝ Τ. ΑΙΛΙΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΝ ΕΥΣΕΒΗ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΔΗΜΑΡΧΙΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ Β. ΥΠΑΤΟΝ
ΤΡΙΤΟΝ ΠΑΤΕΡΑ ΠΑΤΡΙΔΟΣ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ ΤΩΝ
ΣΑΡΔΙΑΝΩΝ ΕΤΕΙΜΗΣΑΝ ΗΡΩΑ
ΕΥΝΟΙΑΣ ΑΥΤΟΥ ΧΑΡΙΝ

Ideſt:

Imperatorem Cæsarem Divi
Hadriani Filium, Divi Trajani
Nepotem, Titum Ælium Hadrianum
Antoninum Pium Augustum,
Tribuniciæ Potestatis II. Consulem
Tertium, Patrem Patriæ,
Senatus Et Populus
Sardianorum Heroëm Honorarunt
Providentiæ Ipsius Caussâ.

Spectat Inscriptio ad Annum Christi 140. Correctius exemplum hoc, quàm Reinesianum pag. 334.

1 *Scarponæ*, *hodie* Carpagne, *Metensis Diœcesis*. *Misit Bimardus.*

IIII. VIR VIAR. CVRANDAR
SABELLVS. V. S. P. M
SCARP. CIV. LEVC

Ex hoc fragmento, dummodo sit exploratæ fidei, patet, *Scarponam* Civitatem, quamvis Metensis Episcopi jurisdictioni subsit, quondam *Leucorum* fuisse, non Mediomatricum, quibus eam tribuit etiam Cellarius Geograph. Antiqu. Lib. 2. Cap. 3.

2 *Ad Coriphæam Corcyram.*
E schedis meis.
Misit etiam e schedis Barberinis Cyriaci N. V. Pompejus Compagnonius Abbas.

ΒΑΣΙΛΕΙΔΗΣ ΕΤΩΝ ΚΓ
ΠΥΝΘΑΝΕΑΙ ΤΙΣ ΦΥΝ ΞΕΝΕ ΤΙΣ Δ' ΕΓΕΝΗΘΗΝ
ΠΑΡΟΑΠΟΔΕΙΤΑ ΜΑΘΕ ΣΤΑΣ ΟΛΙΓΟΝ ΠΡΟ ΤΑΦΩΝ
ΓΕΝΝΑ ΜΕΝ ΓΛΑΥΚΟΣ ΜΕ ΠΑΤΗΡ ΤΙΚΤΕΙ ΔΕ ΜΕ ΜΗΤΗΡ
ΧΡΥΣΟΓΟΝΗ ΚΑΙ ΜΕΤ ΔΥΣΜΟΡΟΣ ΟΥΚ ΟΥΝΕΤΟ
ΤΗΛΟΘΙ ΓΑΡ ΠΑΤΡΗϹ ΒΕΙΘΥΝΙΔΟϹ ΩΛΕΣΑ ΘΥΜΟΝ ΝΑΥΤΙΛΙΗ......
........ΝΗΙ ΤΕ ΜΗ ΠΙΣΥΝΟΣ
ΚΕΙΜΕ Δ' ΕΝ ΣΧΕΡΙΗ ΠΑΡΑ
ΘΕΙΝ ΑΛΟΣ ΗΝΕΜΟΕΣΣΑΝ
ΥΣΤΑΤΑ ΑΥΓΡΟΝ ΕΜΟΙ
ΔΕΡΚΟΜΕΝΟΣ ΠΕΛΑΓΟΣ

Hæc ita, utcumque potui, interpretabar.

Basilides Annorum XXIII.
Scire Cupis, *Hospes*, *Quis Sim*, & *Quis* me *Genuerit?*
Accipe, *Parumper Stans Ante Tumulum.*
Genuit Me Glaucus Pater, *Peperit Me Verò Mater*
Chrysogone. Sed Me Infelicem! Nihil Profuit.
Nam Procul a Patria Bithynia Vitam Perdidi in Navigatione...
- - - - - - - - - - - - - - - - - - - -
Jaceo Autem In Scheria Prope
Ventosum Litus Maris
Funestum Mihi
Conspiciens Pelagus.

Nullus dubito, quin menda irrepserint in Græcum textum ex incuria descriptoris. Quare præstabit, idemque quoque elogium apponere, quale a Clariss. P. D. Bernardo Montfauconio, Monacho Benedictino Congregationis Sancti Mauri, editum antea fuit, non exiguâ sane varietate verborum. Ex utroque textu forrasse quispiam germanum totius Inscriptionis typum, & sensum deducet.

3 *Idem monumentum ex editione Cl. P. Montfauconii.*

ΒΑΣΙΛΕΙΔΗϹ ΕΤΩΝ Κ. ΗΡΩϹ ΧΑΙΡΕ
ΠΥΝΘΑΝΕ ΑΝΤΙ ΣΕΟ ΕΥΓΕΝΗΣ ΤΙΣ ΔΕ ΕΥΓΕΝΟΥΣ
ΠΑΡΟΔΙΤΑ ΜΕΘΕϹΤΑ ✻ ϹΟΛΣΟΠΤΟ ΤΑΦΟΝ
ΓΕΝΝΑ ΜΕΝ ΓΛΑΥΚΟΣ ΜΕ ΠΑΤΗΡ ΤΙΚΤΕΙ ΔΗΜΗΤΗΡ
ΧΡΥΣΟΓΟΝΗ ΚΛΗΜΕΥΔΟϹ ΜΟϹ ΟΥΚ ΩΝΑΤΟ
ΤΗΛΟΘΤΙ ΓΑΡ ΠΑΤΡΗϹ ΒΕΙΘΥΝΔΟϹ ΩΛΥϹΑ ΘΥΜΟΝ
ΝΑΥΤΙΚΙΗ ΚΥΓΡΗΝΗ ΤΕ ΜΗΠΙϹΗΜΟϹ
ΚΕΙΜΕ ΔΕ ΠΑΡΑ ΘΕΙΝΑ ΑΛΟϹ ΝΕΜΟΕϹΑΙ
ΥϹΤΑΤΑ ΑΥΓΡΩ ΕΜΟΙ ΔΕΙΑ ΚΕΙΜΕΝΟϹ ΠΕΛΑΓΟϹ

Mendis respersam Inscriptionem sic augurando vertebat Montfauconius.

Basilides Annorum XX. Heros Salve.
Accipe, *O Nobilis*, *Cujus Nobilis Tumulus Sit*,
Viator, *Et Viso Sepulcro Transeas.*
Genuit Me Glaucus Pater, *Peperitque Mater*
Chrysogone Cleomedis. Sed Nihil Mihi Profuit.
Procul Enim Patriâ Bithynia Animum Amisi.
Nautica Me Cygrene Habet Illustris.
Jaceo Autem Ad Litus Maris Ventosi
In Extremis, *Mihique Infelici Pelagus Adjacet.*

Exemplum meum præferre liceat, ex quo habemus, *Basilidi* huic in tempestate maris obtigisse mortem, tumulumque structum fuisse *in Scheria*. Et apposite quidem; nam *Corcyra Scheriæ* quoque nomen tulit, uti ex Callimacho ostendit Strabo Lib. 7. immo & ex Homero elicuit Plinius Lib. 4. Cap. 12. Eorum loca prætereo.

1 *Athenis, in magna basi. E schedis meis. Misit etiam e schedis Barberinis Cyriaci Abbas Compagnonius.*

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΚΑΙΣΑΡΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΝ ΟΛΥΜΠΙΟΝ
ΣΕΒΑΣΤΟΠΟΛΕΙΤΩΝ
ΤωΝ ΕΝ Τω ΠΟΝΤω
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ
ΕΝ ΤΗ ΠΡωΤΗ ΟΛΥΜΠΙΑΔΙ
ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΥΤωΝ
ΚΑΠΙΤΩΝΟΣ ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ
ΚΑΙ ΓΑΙΩΜΙΟΥ

Ideſt:

Imperatorem Cæsarem
Trajanum Hadrianum
Augustum, Olympium,
Sebastopolitanorum
In Ponto
Senatus & Populus
Suum Benefactorem
In Prima Olympiade (subaudi *honorat.*)
Legationem agentibus
Capitone Scipione,
Et Gæomio.

In Cappadocia Pontica, ſive in Ponto Galatico numerabatur olim Civitas *Sebastopolis*, quæ *in Ponto* heic appellatur ad diſtinctionem aliarum ejuſdem nominis Urbium. Mentionem illius habes apud Plinium, & Ptolemæum. *In prima Olympiade*, excidiſſe heic aliquid ſuſpicor; neque enim Hadrianus Auguſtus, eâ decurrente, floruit, ſed quidem *Anno Primo* alicujus Olympiadis, ut reor.

3 *Sarzanæ, in domo Griffiorum. E schedis meis.*

D. M. ANNIANVS. MA..................
FILIVS. FLAVIANVS. EX. SE...........
PALAESTINA. ANTONIAE. AG.........
CONIVGI. KARISSIMAE. VI.............
RELIQVIT. FILIOS. ET NEPO..........

Fortaſſis heic innuitur *Sebaste* oppidum Palæſtinæ.

5 *Narbone. Ex Marchione Maffejo.*

C. IVLIVS C F
CAENALVS
EQVES ROMANVS
EX HISPANIA
CITERIORE
SEGOBRICEN

Olim Civitas Hiſpaniæ Citerioris, ſive Tarraconenſis, fuit *Segobriga*. Nunc creditur *Segorve* Urbecula Regni Valentini. Alteram *Segobrigam* in Regno Caſtellæ Vaillantius, ſed incertis tabulis, poſuit.

2 *Ancyræ. Ex Cl. P. Montfauconio.*

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗ
ΜΟϹ ϹΕΒΑϹΤΗ
ΝΩΝ ΤΕΚΤΟϹΑ
ΓΩΝ ΕΤΙΜΗϹΕΝ
Μ. ΚΟΚΚΗΙΟΝ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΤΟΝ
ΕΑΥΤΩΝ ΠΟΛΙΤΗΝ
ΑΝΔΡΑ ΣΕΜΝΟΝ ΚΑΙ
ΤΩΝ ΗΘΩΝ ΚΟϹΜΙΟ
ΤΗΤΙ ΔΟΚΙΜΩΤΑΤΟΝ

Ideſt:

Senatus Et Populus Sebastenorum Tectosagum Honoravit
Marcum Cocceium
Alexandrum
Civem Suum,
Virum Probum, Et
Morum Ornatu Spectabilissimum.

Galli *Tectosages*, Galliæ Narbonenſis Populi, in Orientem illapſi, *Galatiæ* Provinciæ præ ceteris Gallis nomen dedere. Caput iſtius Provinciæ *Ancyra*, quæ *Tectosagum Ancyra* appellata fuit. Altera *Tectosagum* Galatarum Civitas a Plinio memoratur *Sebaste*, de qua mentio in Lapide iſto.

4 *Seduni in Valesia. E schedis Farnesiis, & Pacediani.*

IMP. CAES. DIVI. FI. AVG
TRIBVNICIAE. POT. XII.
CONSVLI XI
PON MAXIMO
P PATRIAE
POSTERITAS
SEDVNORVM
PATRONO

Hanc etiam e Simlero exhibuit Gruterus, ſed mancam, pag. 226. num. 6. Utri exemplo major futura ſit fides, Eruditi decernent. De *Sedunis* Populis nihil eſt quod agam. Nota ſunt omnia. Spectat inſcriptio ad Annum V. C. 741. aut 742. In ſchedis tamen Pacediani legitur TRIBVN. POT. XVI.

6 *In Castello* Guey *agri Cenomanensis. Ex Donio.*

L. AMAINIO. EQ.
OB EIVS MERITA
PLEBS VRBANA
SENONI D

Senonens, nunc *Sens* in Gallia, Civitas Archiepiſcopatu inſignita, & Campaniæ Provinciæ adſcripta.

1 *Apud Sanctum Severinum in Piceno.*
E schedis meis & Fratris Jucundi.

MAGNO PRINCIPI
FLAVIO VALERIO NOBILISSIMO CAES
ORDO SEPTEMPEDANORVM
D . N . M . E
PVB. SALLVSTIVS. T. F. PVB. VIRGVLA
SCRIB. AED. CVR. EX TESTAMENTO H-S

Quis heic sub nomine *Flavii Valerii* designetur, incertum mihi est. Ambo hæc nomina fuere tum *Constantio* Chloro, ejusque filio *Constantino Magno*, tum etiam *Severo*, qui Anno Christi 305. a Maximiano Augusto Cæsar renuntiatus fuit. Hujusmodi omissio descriptori tribuenda videtur. Quod enim præcipue oportuit, neque prætermittere mos fuit, heic desideratur. Ceterum *Septempeda* Civitas jamdiu excidit, atque ex ejus ruinis *Sancti Severini* oppidum exsurrexit in Piceno.

4 *Smyrnæ olim, nunc Parisiis,*
Ex P. Montfauconio.

ΤΟ ΜΝΗΜΑ ΤΟΥΤΟ ΕΣΤΙΝ ΠΟΠΛΙΟΥ ΑΙΛΙΟΥ
ΤΕΡΤΙΟΥ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ ΒΟΥΛΕΥΤΟΥ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΣ
ΚΑΙ ΠΡΟΣΚΕΙΜΕΝΟΣ ΤΩ ΜΝΗΜΕΙΩ ΤΟΠΟΣ
ΟΥ ΤΗΣ ΔΙΑΜΟΝΗΣ ΚΑΙ ΩΝ ΒΕΒΟΥΛΗΜΑΙ
ΔΙΑ ΤΗΣ ΕΠΙΓΡΑΦΗΣ ΤΗΣ ΕΓΚΕΧΑΡΑΓ
ΜΕΝΗΣ ΤΗΙ ΣΟΡΩΙ ΠΡΟΝΟΗΣΟΥΣΙΝ ΟΙ
ΚΛΗΡΟΝΟΜΟΙ ΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΕΛΕΥΘΕΡΟΙ ΕΧΟΝΤΕΣ
ΚΑΙ ΑΥΤΟΙ ΔΙΚΑΙΟΝ ΤΟΥ ΤΑΦΗΝΑΙ ΕΝ ΤΩΙ
ΜΝΗΜΑΤΙ ΧΩΡΙΣ ΤΟΥ ΕΠΕΙΣΕΝΕΓΚΕΙΝ
ΤΗΙ ΣΟΡΩΙ ΕΝ ΗΙ ΕΓΩ ΚΗΔΕΥΣΟΜΑΙ
ΕΤΕΡΟΝ·ΝΕΚΡΟΝ Η ΕΤΕΡΑΝ ΕΠΙΘΕΙΝΑΙ
ΣΟΡΟΝ ΤΩΙ ΜΝΗΜΕΙΩΙ ΕΙ ΔΕ ΜΗ ΕΑΝ
ΕΠΕΙΣΕΝΕΓΚΩΣΙΝ ΠΑΡΑ ΒΕΒΟΥΛΗΜΑΙ
Η ΕΠΙΘΩΣΙΝ ΑΠΟΔΩΣΟΥΣΙ ΚΑΙ
ΑΥΤΟΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΦΙΣΚΟΝ ΤΩΝ ΚΥΡΙΩΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΩΝ ΔΗΝΑΡΙΑ ΠΕΝΤΑΚΕΙΣΧΙ
ΛΙΑ

Idest:

Hoc Monumentum Est Publii Ælii
Tertii Smyrnæi, Senatoris (&) *Pedotribæ*
(sive cujus munus fuit pueros exercere)
Nec non Adjacens Monumento Locus,
Cujus Conservationem, Atque Eorum, Quæ a Me Statuta Sunt
In Hac Inscriptione Insculptâ
In Sarcophago, Exsequutionem Curabunt
Heredes Et Liberti Mei, Qui Habent
Et Ipsi Jus Sepulturæ In Hoc
Monumento. Nec Tamen Poterunt Inferre In
Sarcophagum, In Quo Ego Quiescam,
Alium Mortuum, Neque In Monumento
Alium Sarcophagum. Si Autem Præter
Voluntatem Et Jussum Meum
Aliud Quidpiam Intulerint vel Induxerint,
Solvent Et Ipsi Fisco Dominorum
Imperatorum Quinquies Mille Denarios.

2 *Arimini.*
E schedis Farnesiis, & ex Clementino.

C. VOLVSENO
L. F. COL. IVSTO
AEDILI. QVAEST
SESTINI
DECVR. ARIM
TITINIA. M. F. IVSTA
MATER. L. D. D. D

Ariminum quis non novit? *Sestinum* Oppidum Umbriæ, a Plinio memoratur, atque in priscis Lapidibus suam retinet famam.

3 *Auximi.*
E schedis Martioli Sanctii.

C. PLAVTIO. C. F.........
RVFO. LEG. PRO.........
CEIVITATES SICILIA....
PROVINCIA DEFENSA

Quei sit Auximi Lapis iste, non intelligo. Sit fides penes Sanctium.

5 *Signiæ.*
Ex Ligorio.

M. AVRELIO. ANTONINO. CAES. IMP
CAES. L. SEPTIMI. SEVERI. PERTINACIS
AVG. PII. ARABICI. ADIABENICI
P. P. FILIO. S. P. Q. S.

Idest *Senatus Populusque Signiensis*. *Signiæ* Urbis in Latio positæ meminerunt Plautus, Livius, Strabo, & plerique veterum.

6 *Siponti.*
E schedis Cyriaci apud Philippum Stosch Baronem.

MAGIAE Q. F. SEVERINAE
OB MERITA Q. MAGII SEVERI
PATRIS EIVS
ORDO DEC. POPVLVSQ.
SIPONTINVS
AERE CONLAT

De *Siponto*, oppido in Apulia posito, consulendi Polybius, Livius, Cicero, Plinius, & alii ex antiquis.

7 *Smyrnæ. Ex Thoma Smitho.*

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ ΚΑΙ ΜΗΤΡΟ
ΠΟΛΕΙ ΚΑΙ ΤΡΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩ ΤΩΝ
ΣΕΒΑΣΤΩΝ ΚΑΤΑ ΔΟΓΜΑΤΑ ΤΗΣ
ΙΕΡΩΤΑΤΗΣ ΣΥΓΚΛΗΤΟΥ ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ

Idest:

Quod Faustum Sit.
Splendidissimæ Et Metropoli Ac Ter Neocoro
Augustorum Secundum Dogmata
Sacratissimi Senatus Smyrnæorum.

Fragmentum videtur, in quo mentio est inclytæ Urbis *Smyrnæ*, Metropolis Asiæ.

1 *In S. Viti Diœcesis Prænestinæ.*
Ex P. Roccho Vulpio Soc. Jes. V. Cl.

Θ К

ΠΑΤΡΙΔΟϹ ΕΚ ΖΜΥΡΝΗϹ ΒΡΟΤΟΙ Μ' ΕΥΘΑΛΕΑ ΚΑΛΕΕϹΚΟΝ
ΕΙΝΕΚ ΕΜΗϹ ѠΡΗϹ ΚΑΙ ΜΕΓΕΘΟΥϹ ΕΡΑΤΟΥ
ΑΛΛΑ ΜΕ ΜΟΙΡ' ΟΛΟΗ ΠΡΙΝ ΙΟΥΛΟΙϹ ΠΛΗϹΑΙ ΠΑΡΕΙΑϹ
ΗΡΠΑϹΕ ΠΑΡ ΦΙΛΙѠΝ ΟΥϹ ΤΡΟΦΕΑϹ ΕΚΑΛΟΥΝ

Ideſt :

Dis Manibus.
Patriâ ex Smyrna homines me Euthalea appellabant,
Propter venuſtatem meam, & amabilem majeſtatem.
Verum me Fatum pernicioſum, priuſquam lanugine implerem genas,
Rapuit a caris meis, quos Nutritores vocabam.

Euthalis nomen adoleſcentuli fuit, ideſt *Floridus*, ſive *bene Florens.*

2 *Prope Vicum* Souloſſe *in finibus Leucorum.*
Miſit Bimardus.

IOVI. OP[illegible]
VICANI SOLIMARICENSES
FACIENDVM CVRAVERVNT
M. ED. EX. VOTO. GNATVS
ATEGNIA. F. F. ET SEVERVS
SILVANI. LIBERTVS

Hinc diſcimus, *Solimaricam*, quæ ab Auctore Itinerarii Antonini memoratur in Itinere ab Andematuno Lingonum Tullum Leucorum. a Moſa XVI. millibus paſſuum, a Tullo verò XV. diſſitam, ſtetiſſe eo in loco, ubi nunc eſt Vicus *Souloſſe* e regione Novi Caſtri, ſi tamen fidendum huic monumento.

3 *Pariſiis,*
in Academia Regia Inſcriptionum.
Miſit idem.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΣΦΗΤΤΙΟΣ

Ideſt :

Demetrius
Demetrii (Filius)
Sphettius.

Sphettus oppidum, ſive pagus Athenienſium, cujus meminere Pauſanias in Corinth. Cap. 30. & Strabò Lib. 9. pag. 274.

4 *Spoleti,*
ad Sanctæ Agathæ in aquæductu plumbeo.
E ſchedis Severi Minervii.

POP. SPOL.
POTITVS
SER. FECIT

Apud Antiquos Romanos, ſed præcipue apud Langobardos, multum decoris Civitati *Spoleto* acceſſit. Germanum ejus nomen *Spoletium* creditur. Inde *Spoletinus* Civis. Municipium & Colonia Romanorum fuit. *Populi Spoletini Servus* publicus fuit iſte *Potitus.*

5 *Ibidem.*
Ex Ligorio.

IMP. CAESARIS. AVG
L. SEPTIMI SEVERI
PII. PERTINACIS
PONT. MAX. TR. POT
COS. PROCOS. P. P
ORDO. SPOLETI
NORVM. PRO
REDITV. ET. ITV
DIANAE DD

6 *In antiquæ Urbis Suaſæ maceriis.*
Miſit P. Philippus Camerinius
Presbyter Oratorii Camertis.

IMP. CAES. AELIO ADRIANO
COS. IIII. P P. COLLEG
CENTVRAR. SVASANORVM
LVC. BVRBVLEIVS
MATVTINVS XX. VIR

Vitiis ſcatet Inſcriptio. *Adriani* nomen ſine adſpiratione contra morem pugnat, uti & omiſſio prænominis *Titi*. Auguſtus ille *Tertium* tantummodo, non *Quartum*, Conſul proceſſit. CENTVRAR. eſt pro CENTONAR. ideſt *Centonariorum*. Et XX. VIR pro XV. aut XVIR. Ceterum *Suaſa* Oppidum Plinio memoratur in Umbria Mediterranea, ejuſque nomen in aliis priſcis Lapidibus occurrit.

7 *Corinalti,*
in Palatio Publico.
Ex Cimabello.

D . M
M. CAVIO. M. F. SVAVISSIMO
VI. VIR. SVASAE. VIXIT
ANNOS. XIII. DIES. XXVII
M. CAVIVS VIRNEI
CAVIA IANVARII FILIO
PIENTISSIMO.

Pro XIII. fortaſſe ſcribendum XXIII. Non enim veri videtur ſimile, puerum inter Auguſtales, ſive *Seviros* fuiſſe cooptatum.

1 *Sueſſæ.*
E ſchedis meis.

. . . .

. . . . IMBVERE FABENTIS
HIC NVNC CAMPANAS MODERATOR SVBLEVAT VRBES
VNDE ORDO ET POPVLI STATVAM TRIBVERE SVESSAE

Duæ olim *Sueſſæ* fuerunt. Altera in Campania; altera in Volſcis. Prior adhuc floret, & *Seſſa* nuncupatur, Civitas Epiſcopalis, atque ad eam ſpectat Inſcriptio hæc. Colonia Romanorum fuit, aliiſque vetuſtis monumentis ornata viſitur. De Sueſſa altera eruditiſſime agit Eminentiſs. Cardinalis Petrus Corradinus Lib. 2. veteris Latii.

2 *Ibidem. Miſit Ignatius Maria Como.*
M. CACIVS. C. F. CERNA
XV. VIR. TRIB. MIL. PRAEF.
CALABR.
NATALI SVO CAENAM
PVBLICE POPVLO SVESSANO
DARI INSTITVIT
V. IDVS SEPTEMBRIS

3 *Arientii.*
Ex Donio.

D. M. S.
L. POMPEIO
SP. FIL
VERECVNDO
II. VIR. SVESSVL
L. POMPEIVS
SECVNDVS

Sueſſula Campaniæ oppidum inter Capuam & Nolam in vetuſtis Tabulis Itinerariis ponitur. Romanorum Coloniam illuc fuiſſe deductam, auctor eſt Frontinus. A Livio & Plinio memoratur.

4 *Sueſſulæ. ex Ligorio & Bellorio.*
HERCVLI. SANCTISS. INVICT
SACRVM
PRO. RED. IMP. CAES. L. SEPTIMI
SEVERI. PII. PERTIN. AVG. P. S
ET POP. SVESSVL. M. IVNIVS. M. F
STEL. SEVERIANVS. II. VIR. DD

Siglæ P. S. ſignificant *Pecuniâ ſuâ*.

5 *Sulmone, in Sancti Antonii. E ſchedis Ambroſianis.*

LIVIAE. DRVSI. F.
AVGVSTAE
MATRI. TI. CAESARIS. ET
DRVSI. GERMANICI
SVPEREQVANI. PVBLIC.

Super-Equum Oppidum Pelignorum fuit, unde *Superequani* Cives Plinio & Frontino.

6 *Surrenti,*
in Arcu Epiſcopii.
E ſchedis Cyriaci, & ex Donio.

INSTAVRATORI. ORBIS. TERRARVM. PERPETVO. AC. PII
SSIMO. IMP. D. N. FL. VALERIO. CONSTANTINO MAXIMO
PIO FELICI. SEMPER. VICTORI. AVG. RESP. SVRRENTINORVM

Qui Regni Neapolitani Topographiam novit, nihil opus habet, ut a me edoceatur, quàm illuſtris Civitas *Surrentum* ſit, atque olim fuerit.

7 *Ibidem,*
in Porta, quæ dicitur Parzano.
Ex eiſdem ſchedis, & ex Donio.

IMP. CAESARI. DIVI. TRAIANI. PARTHICI. F.
DIVI. NERVAE. NEPOTI. TRAIANO. HADRIANO. AVG.
PONT. MAX. TR. POT. V. COS. OPTIMO. MAXIMOQ.
PRINCIPI. DECVRIONES. MVNICIPESQ.
SVRRENTINI. PECVNIA. CONLATA

Spectat Inſcriptio ad Annum Chriſti 121. aut 122. Sed ibi ſcriptum fuerit COS. III.

8 *Viterbi,*
in Sancti Angeli.
E ſchedis Farneſiis
miſit P. Andreaſius Societ. Jeſu.

VITELLIVS L. F. MERENNA
AVGVSTALIS SVRRINENSIVM
FECIT SIBI ET ANNIAE
CAECILIAE CONIVGI BENEMER

Quinam Populi ſint *Surrinenſes*, divinare neſcio. Ad *Sutrium* Viterbo proximum ſuſpicari aliquis poſſit pertinere lapidem, legendo SVTRINENSIVM. Sed *Sutrii* Cives *Sutrinos*, non *Sutrinenſes* appellavit antiquitas.

9 *Cappigniæ,*
in Villa Luſitaniæ.
E ſchedis meis.

H.S.E.S.T.T.L
MEILO CAMILLI. F. T. D. V. TALABARA
FACTVM CVRAVIT PROCILLA METONI. F
ET DAVVS ARATONI. F

Duplex oppidum, *Taleveræ* nomen gerens, Hiſpania nunc nobis exhibet. Sed neutrius mentionem apud veteres Latinos invenias. *Talabara* tamen heic Locus aliquis videtur. Ab Appiano Alexandrino memoratur *Talabriga* in Luſitania. At hoc nomen a Talabara differt.

1 *Romæ,*
apud Agnelinum Clavigerum Papæ.
Ex Ligorio & Donio.

DIS. MANIBVS ❦
Q. FANNIO. Q. F. TERMO
NAT. TANIS
VIX. ANN. LXIX
MENS. VII. D. III. H. VII
SEX. FANNIVS EYTY
CHVS. FRAT. KARISS
T. F. I.

Tanis Ægypti Civitas, antiquis temporibus ſplendida. Eam agnovere Strabo, Ptolemæus, & alii.

2 *In Inſula Melo.*
Ex Tournefortio,
miſit Cl. V. Baro de Bimard la Baſtie.

ΙΚΑΝΗ
ΤΙΒΕΡΙΟΥ.
ΧΡΙΣΤΗ
ΧΑΙΡΕ
ΙΟΥΛΙΟΣ........
ΚΑΙ ΝΕΥΜΕΝΙΟΣ
ΛΕΟΝΤΟΣ
ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΣ

Ideſt:

Hicane Tiberii fi-
lia bona ſalve. Ju-
lius . . . . & Neu-
menius Leonis
filius Tarentinus.

ΧΡΗΣΤΗ ibi ſcriptum fuerit, non ΧΡΙΣΤΗ. Typographi, aut Tournefortii ſphalma opinor. *Tarentum* perquam celebrata ab antiquis, Meſſapiæ, num Calabriæ, Civitas. Ibi olim Lacedæmonum Colonia.

3 *Tarenti,*
in hortis Carducciis.
Miſit Petrus Polidorus Abbas.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΙ ΠΑΤΡΙ
ΘΕΩ ΜΕΓΑΛΩ ΕΝΟΣΙΧΘΟΝΙ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΣΩΤΕΡΙ
Η ΒΟΙΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΕΜΟΣ
ΤΩΝ ΤΑΡΕΝΤΙΝΩΝ

Ideſt:

Neptuno Patri,
Deo, Magno Terræ Concuſſori
Et Urbis Servatori,
Senatus Populuſque
Tarentinorum
(Dicavit.)

Animadverte in quarta linea ΔΕΜΟΣ pro ΔΗΜΟΣ.

4 *Ibidem,*
miſit idem,
& Ignatius Maria Como.

HERCVLI SANCTO
SERVATORI. VICTORI TRIVMPH.
PRO SALVTE ET VICTORIA IMP.
CAES. M. A. CARI
EX VOTO. ORD. TARENT.

6 *Ibidem.*
Miſit idem.

OCTAVIO. AVG. SACR.
TARENT. ORD. MEM
BENEF. D. D. S

Dubitare & de hujus vetuſtate licebit; neque enim *Auguſtum* appellare conſueverunt veteres *Octavium*.

5 *Ibidem,*
in S. Cataldi.
Miſit idem Como.

PACIS. AVGVST. TEMPLVM
OR. POP. TAREN. AETERNITAT. D.

Poſtrema hæc verba ſuſpicionem alicui ingerent falſæ mercis.

7 *Tarracone.*
E ſchedis Farneſiis.

L. MINISIO
L. F. PAL
MONTANO
TARRAC

Tarraconenſis Urbis celebritatem unuſquiſque novit. Hinc Hiſpaniarum parti præcipuæ olim nomen *Hiſpaniæ Tarraconenſis*.

8 *In Vico Aquicaldenſi.*
Ex Petro de Marca.

APOLLINI. L. MINVCIVS
APRONIANVS. GAL. TARRAC
T. P. I

GAL. fortaſſe pro *Galeria* Tribu. Si eam heic intelligis, extra conſuetum locum de illa fit mentio. *Gallica Flavia*, uti oppidum Hiſpaniæ Tarraconenſis memoratur. Num ibi Civis iſte Apronianus?

1 *Tarvisii*,
apud N. V. Antonium Scotum, Canonicum Tarvisan.
Misit ipse.

T. FIRMIVS. Q. F. TARVI
SANVS SIBI ET SVIS

Quamquam *Tarvisanus* heic pro Cognomine sumendus sit, indicare tamen potest, olim Cives nobilis Urbis *Tarvisii* appellatos fuisse *Tarvisanos* potius quàm Tarvisinos.

3 *Augustæ Taurinorum*,
in Regia Scientiarum Accademia.
Misit Excellentiss. Comes Caissottus.
Præses Senatus.

D . M
P. ARRI
SECVNDINI
DECVRIAL. TAVR. ET
-------R. EPORED.

Celebris olim quoque Civitas *Augusta Taurinorum*, nunc *Torino*, splendorem numquam intermissum in dies auget, ex Regiæ Sabaudiensis Familiæ potentia & rebus gestis. *Eporedia*, nunc *Ivrea*, Civitas antiquis etiam nota.

5 *Romæ*,
Ex Ligorio.

ΤΗΝ. ΕΠΙ. ΠΑΣΗ. ΑΡΕΤΗ. ΣΩΦΡΟ
ΣΥΝΗΤΕ. ΚΑΙ. ΣΟΦΙΑ. ΔΙΑΠΡΕΠΟΥ
ΣΑΝ. ΙΟΥΛΙΑΝ. ΒΑΣΣΙΛΛΑΝ. ΒΟΥΛΗ
ΚΑΙ. ΔΗΜΟΣ. ΤΗΣ. ΛΑΜΠΡΑΣΙΑΣ. ΠΟΛΕ
ΩΣ ΤΑΥΡΟΜΕΝΕΙΤΩΝ --------
ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Idest:

Omni Virtute, Pudicitiâ, Atque Sapientiâ Præstantem Juliam Basillam Senatus Populusque Splendidæ Urbis Tauromenitanorum ---------
Consecravit.

Confer ista cum editis a Grutero pag. 1095. *Tauromenium* illustris olim Siciliæ Civitas, nunc *Taormina*, a priscis Scriptoribus sæpe memoratur. Vocabuli ΛΑΜΠΡΑΣΙΑΣ nullum exemplum reperio.

7 *Tergeste.*
Ex Ireneo della Croce.

IMP. CAES.
FL. CONSTANTINO
MAXIMO. P. F. AVG.
R. P. TERG.
D. N. E. F

Tergeste, nunc *Trieste*, in sinu Hadriatico, inter Colonias Romanorum numerata fuit.

2 *Tassii.*
E schedis Capponiis, & Farnesiis.

AVRELIVS. CASSIVS. CELSVS. GAII. FILIVS
DICAVI. SEPVLCRVM
DVLCISSIMAE. CONIVGI. MEAE
FLAVIAE. ARTEMICLEAE. ET. FILIAE. MEAE
AVRELIAE. MARCELLAE. ET. NATIS. MEIS. PVERIS
DVOBVS. AVRELIO. CHRYSOGONO. ET
AVRELIO. RVPHO
IN. EO. QVIDEM. NVLLVM. ALIVD
VOLO. PONI. CORPVS
SI. QVIS. AVTEM. AVDERIT
DABIT. TASSIORVM. CIVITATI
POENAE. NOMINE. VEL POSTRIMO
AVREOS. QVINQVE. MILIA

Tassus, sive *Thassus*, Insula maris Ægei, Lemno proxima, celebrata olim fuit præcipue ob Marmora & Vina. Quid sit VEL POSTRIMO, ignoro. In schedis Farnesiis habetur VEL PROSTIMO. E Græco conversa Inscriptio videtur.

4 *Neapoli.*
Misit Bimardus.

AVG. SACRVM
RESTITVERVNT
TAVRINIENSES
PECVNIA SVA
CVLTORES
D D

Si de *Taurini* Civibus heic sermo est, eos non TAVRINENSES, sed TAVRINIENSES olim appellatos vides.

6 *In Civitate Teatina.*
Misit Joseph Bernardinus Tafurius.

D. M. S
L. CAESIO. L. F. MARCELLO LAV
RENTI. LAVINATIVM. P. C. TEATIN
ORVM L. CAESIVS. PROCVLVS
SEN. FILIO. DVLCISSIMO. B. M. P

Teate, nunc *Chieti*, ampla Civitas in Regno Neapolitano, si Romanorum Colonia olim fuisset, indicium nobis præberet, ut siglas illas P. C. interpretaremur *Patrono Coloniæ*. Fortasse scribendum PROC. idest *Procuratori*: quod tamen & ipsum rarum est.

8 *Ibidem*,
in Burgo Sancti Laurentii.
E schedis Belloniis, apud Apostolum Zeno, V. Cl.

CAIO GETATIO PVPILIANO
SEVERIANO
AEDILI II. VIRO IVRA DICENTI
TERGESTE
CAIVS GETATIVS PVPILIANVS
PATER DICAVIT

1 *Forojulii, sive in* Cividal di Friuli. *Misit Eminentiss. Card. Passioneus.*
Habetur etiam in schedis Fratris Jucundi.

Q. CAEDIVS. P. F. V. P. SEX. VIR
TERGESTE. V. F. VMISIA. Q. F.
MAXIMA VXOR APASIDIA. C. F. SE
CVNDA MATER. C. CAECILIVS. P. F
FRATER

In schedis Fratris Jucundi legitur VINISIA pro VMISIA. Recte. Legitur in penultima linea C. CAEDIVS pro CAECILIVS. Et rectius.

2 *Neapoli.*
Misit Joseph Bimardus Montis Seleüci Toparcha, V. Cl.

Η ΑΓΑΘΗ ΨΤΧΗ
ΤΠΟ Λ ΑΜΑ-ΙΟΤΡΙΑϹ
ΙΟΤΛ ΑΡΙΑΝ ΓΕΝΟΙ ΑΙΓΤΠΤΙΑΝ ΑΠΟ ΚΩΜΗϹ
ΘΜΕΝΤΑΜΤΡΕΩϹ ΤΟΤ ΘΕΙΝΙΤΟΤ ΝΟΜΟΤ
ΕΤΩΝ ΝΒ ϹΤΝΒΙΩϹΑϹΑΝ ΜΟΙ ΕΤΗ (1) ΙΟΤΔϹΕ
ΡΗΝΟϹ ΤΡΙΗΡΑΡΧΟϹ ΚΛΑϹ ΠΡΑΙΤΩΡ ΜΕΙϹΗΝΩΝ
ΤΗΝ ΓΛΤΚΤΤΑΤΗΝ ϹΤΜΒΙΟΝ ΕΙΔΕ ΤΙϹ ΤΟΛΜΗϹΕΙ
ΤΩ ΤΑΤΤΗϹ ΤΑΦΩ (2) ΤΡΟϹϹΔΘΩΝ ΚΕΙΝΗϹ ΑΙΝ
ΟΡΤ [illegible] ΝΟ [illegible] ΛΤΝΟϹ ΠΟΝΕ ΠΡΕΠΟΜΕΝΟΝ ΑΤΤΩ
ΚΙΑΤΝ [illegible] ΚΕΝ ΚΛΗΘΗϹΕ [illegible] ΑΙΓΡΙΤΜΒΟΡΤΧ
ΑϹ ΟΤ ΜΟΝΟΝ ΑΜΑ ΚΑΙ ΚΑΤΑϹΧΕΘΗϹΕΤΑΙ
ΤΩ ΩΡΙϹΜΕΝΩ ΠΡΟϹΤΕΙΜΩ ΤΟΤ ΤΑΜΕΙΟΤ ✳ Β
(3) ΕΤ ΠΕΚΑΠΩ ΤΗϹ ΠΟΛΕΩϹ ΟΜΟΙΩϹ ✳ Α

Ita vertit Bimardus.

Juliam Ariam gente Ægyptiam ex Vico Thmentamyre Thinitis Nomi, Annorum LII. quæ vixit mecum Annos XXXVIII. Claudius Serenus Trierarchus Classis Prætoriæ Miseni, suavissimam Conjugem (hoc monumento honorat.) *Si quis verò ausus fuerit, ad ejus sepulcrum accedens, movere, vel auferre quidquam eorum, quæ ibi apposita sunt, reus erit Sepulcri violati, & præterea tenebitur pœnæ nomine solvere Fisco denariorum duo millia, & Ærario Civitatis Denarios mille.*

(1) Bimardus legit ΚΛΑΤΔ. ϹΕΡΗΝΟϹ &c.
(2) Legit ΠΡΟϹΕΛΘΩΝ ΚΙΝΗϹΑΙ Η ΑΨΑϹΘΑΙ, vel quid simile, ΤΙΝΟϹ ΤΩΝ ΕΠΗΡΤΗΜΕΝΩΝ ΑΤΤΩ.... ΠΑΡΕΝΚΛΗΘΗϹΕΤΑΙ ΤΤΜΒΩΡΤΧΙΑϹ ΟΤ ΜΟΝΟΝ &c.
(3) Is legit ΕΤΙ ΔΕ ΚΑΙ ΤΩ ΤΗϹ ΠΟΛΕΟϹ, supple ΤΑΜΕΙΩ.

Ceterum *Nomi Thinitis* in Ægypto mentionem habes apud Ptolemæum. Itidem a Stephano memoratur *This, Urbs Ægyptia. Oppidanus Thinites.* Ad hunc Nomum spectabat *Vicus Thmentamyre.*

3 *Tiburæ. Ex Latio Kircheri.*

G. LAVINAE RVFINAE
---IVS. F. HERACLIAE
AB ORDINE
H------------ AVGVSTAL
SENATVS POPVLVSQ. TIBVRS

Notissima Civitas *Tibur.* Sed pessime descriptus lapis.

5 *Ibidem.*
Ex P. Didaco Revillas Ab. Hieronym. V. Cl.

TIBVR
HERCVLI
SACRVM

4 *Ibidem.*
Ex Ligorio.

IMP. CAESARI. DIVI
ANTONINI PII FILIO
DIVI HADRIANI NEPOTI
DIVI. TRAIANI. GERM
PRONEPOTI. DIVI
NERVAE. ADNEPOTI
M. AVRELIO ANTO
NINO. AVGVSTO
TRIB. POTEST. PP.
SENATVS P. Q. TIBVRS

1 *Veronæ.*
E ſchedis Farneſiis.

V . F

L. SOLLIVS. L. L. SECVNDVS. PAP. TICINENSIS. SIBI
ET PALLONIAE. L. F. MAXIMAE. VXORI. IN. A
P. XV. IN. FR. P. XII. H. M. H. N. S

Mancam habes in Theſauro Gruteriano pag. 829. num. 2. *Ticinum* ſplendidiſſimam Urbem heic memoratam vides, quæ nunc *Pavia*, & *Papia* apud Scriptores medii ævi. Recte illos refellit Antonius Gattus V. Cl. in Hiſtor. Gymnaſ. Ticinenſis, qui putant, ſub Romanis *Coloniam Papiam* (ſi tamen hæc umquam fuit) appellatum fuiſſe *Ticinum*. Opinor ego fieri potuiſſe, ut *Ticini* nomen olim converſum fuerit in *Papiam*, quod Ticinenſes Tribui *Papiæ* adſcripti fuerint, uti ex hac ipſa Inſcriptione habes in qua legis PAP. hoc eſt *Papiâ* Tribu; & ex aliis Lapidibus etiam potes diſcere. Gruterus pag. 1093. 7. Inſcriptionem Ticinenſem refert poſitam T. DIDIO M. F. PAL. PRISCO. Adhibitis ego oculis meis ibi legebam M. F. PAP. PRISCO.

2 *Romæ,*
in Cœmeterio Priſcillæ.
Ex Boldetto.

E D M
ET BONE. MEMORIAE. AVR
LEVCADI. CIVI. TICINENSI. FILIO
AVR. GRECIONIS. QVI. VIXIT. ANNIS
PLVS. MINVS. XXV. ADFINIS. DE
PRENSVS. IN. LOCO. PEREGRE. CON
TRA. VOTVM. FIERI. CVRAVIT

Peregrinum illud E. præpoſitum D. M. liceat tibi interpretari *Erectum*. Ego Marmor libentiùs ſcrutarer.

3 *Oſſunæ,*
in Hiſpania.
E ſchedis Farneſiis & meis.

Q. FABIO MACRO
TISPITANO
. . . .
. . . .

Si vox TISPITANVS Patriam *Fabii* iſtius *Macri* refert, erit eruditi alicujus Hiſpani locum nobis indicare.

4 *Tolentini,*
in Sancti Catervii.
Ex Donio.

L. METILIO
L. F. FRVCTO. VI. VIR
TOLENT. ALLEDIA
ARN. CONIVGI MERENTI

Tolentinum Plinio memoratur. *Tollentinum* cum gemino LL. vult Cluverius, ſed contra fidem priſcorum Lapidum.

5 *Ibidem.*
Ex Ligorio.

T. FLAMINIO. T. F. VEL
VERIN. EVOK. AVG
ET. VI. VIR AVGVSTAL
PRAEF. FABR. PONTIF.
TOLENTIN. COLL. DEN
DROPH. ET. COLLEG. CEN
TON. ET. PABVL. PATRO
NO. OB. M. E. STAT. AEN
D D
L. D. D. D

6 *Trallibus,*
in Urbe Lydiæ.
Ex Agathia.

ΚΛΑΣΘΕΙΣΑΣ ΠΑΤΡΑΣ ΣΕΙΣΜΩΙ ΠΟΤΕ ΚΑΝΤΑΒΡΙΝ ΕΣ ΓΑΝ
ΧΑΙΡΗΜΩΝ ΕΠΤΑ ΠΑΤΡΙΔΑ ΡΥΣΟΜΕΝΟΣ
ΚΑΙΣΑΡΙ Δ' ΕΙΛΙΧΘΕΙΣ ΠΕΡΙ ΓΟΤΝΑΣΙ ΤΑΝ ΜΕΓΑΛΑΤΧΟΝ
ΩΡΘΩΣΕ ΤΡΑΛΛΙΝ ΤΑΝ ΠΟΤΕ ΚΕΚΛΤΜΕΝΑΝ
ΑΝΘ' ΩΝ ΣΥΓΓΕΝΕΣ ΟΙ ΤΟΤΤΟ ΒΡΕΤΑΣ ΟΦΡ' ΕΠΙ ΒΩΜΩ
ΟΙΑΓΕ ΔΗ ΚΤΙΣΤΑΣ ΤΑΝΔΕ ΦΕΡΟΙΤΟ ΧΑΡΙΝ

Ideſt:

Chæremon, patriam ut ſtravit ſuccuſſio terræ,
Longinquæ volat ad litora Cantabriæ.
Et magni genibus ſe advolvit Cæſaris: inde
Collapſas Tralles rurſus inædificat.
Ergo his pro meritis ſtatuâ donatur: Ut arâ
Stet mediâ, caræ conditor ut patriæ.

Tralles Urbs Lydiæ ab antiquis celebrata. Ejus reſtauratio ſub Auguſto, innotuit nobis ex Epigrammate iſto:

1 *Romæ,*
in Vinea Nobilium de Aquino.
Ex Ligorio.

DIS MAN
C. SALLVSTIO. C. F. POMP. ABINNAEANO
NAT. TRAMPE
EVOKATO. AVG. N̄. VIX. ANN. LXVI. M. II.
M. SALLVSTIVS. M. F. POMP. AVTIVS
T . F

Quis locus *Trampe* sit, nondum detexi. Stephanus Byzant. ad v. Βουνεια scribit, *Bunimam* Urbem Epiri fabricatam fuisse πλησίον Τράμπυας, *prope Trampyam*. Num referenda ad eum Populum est Inscriptio ista?

3 *In Æquiculis, in Castello Trivii.*
Ex Ligorio, & Donio.

C. PLAVSVRNIO
C. F. SAB. VERO
VI. VIR. AVG.
AEDIL. PLEB. PATRO
NO. AEQVICVL. TRIB
IVVENT. TREBVL
MVTVST
OB. MER. EIVS. PVB. DD

In *Æquicolis*, sive *Æquiculis Treba* oppidum fuit, quod *Trebula* etiam appellatum a nonnullis videtur. Locus iste ad Anienis fontes situs distat multis passuum millibus a *Trebûla Mutusca*. Fieri tamen potest, ut *Plausurnius* hic Civis istius Urbis fuerit, & Patronus alterius. Gruterus pag. 19. 3. Inscriptionem refert *Bergomi* exsistentem, & positam *Jovi Conservatori* a *Cajo Pletorio* PATR. IVVEN. TREBVL. MVTVESC. Eam quoque Ligorius dedit; & non Bergomi, sed in *Æquiculis* positam ait, addens, ibi legi TREBVL. MVTVST.

6 *Augustoduni, in Curia.*
Ex PP. Martene & Durand,
atque ex Marchione Maffejo.

Q. SECVNDI
QVIGONIS
CIVIS TREVERI
IIIIII VIR. AVGVS
TALIS IN AEDVIS
CONSISTENTIS
OMNIB HONO
RIB INTER EOS
FVNCTI QVIGO
NI SECVNDVS
ET HIBERNALIS
LIBERTI ET HE
RED PATRONO
OPTIMO SVB AS
CIA DEDICAVER
E DIXDO

Civis iste *Treverensis* fuit etiam Augustalis *in Æduis*, hoc est *Augustoduni*, nunc *Autun*; atque in ea Urbe functus fuit muneribus omnibus Municipalibus, videlicet *Duumviri*, *Ædilis*, *Quinquennalis* &c. De formula SVB ASCIA disserui in Classe VII. Postremas literas, dum ita in marmore legatur, supra captum meum obscuras fateor.

2 *In agro Reatino.*
Ex eodem.

IVLIAE. AVG
IMP. CAESARIS
L. SEPTIMI SEVERI....
PERTINACIS. AVG. E....
ET. M. AVRELI. ANTONINI
CAESARIS. IMP. DESTI
NATI. PARENTI. MATRI
CASTRORVM. ET. P. TRE
BVLANI. MVTVSTAE
ANIM. DEV. DEDIC.
D . D

Non longe a Reate sita fuit *Trebula* cognomine *Mutusta*, sive *Mutusca*, cujus meminit Vergilius præter alios veteres. Contendit Ligorius, corrupte in editis Vergilianis Lib. 7. Æneid. legi *Mutuscæ*, & nomen germanum fuisse *Mutustam*. Verùm Antonius Antinorius Aquilanus ad me misit hanc eamdem Inscriptionem, exsistentem, ut is ait, *in agro Reatino in quadam Turri*; ibique legit TREBVLANI MVTVSCANI. Ceterum *Marcus Aurelius Antoninus* heic memoratur, idest Caracalla, in aliis monumentis nobis occurrit, uti in isto, IMP. DESTINATVS.

4 *Tusculi. Ex Donio.*

M. PETRONIO. M. F
QVIR. HONORATO
PRAEF. COH. I. RAETORVM
TRIB. MILITVM. LEG. I.
MINERVIAE. P. F. PRAEF.
ALAE. AVG. II. P. F. THRAC.
PROC. MONETAE. PROC. XX.
HERED. PROC. PROVINCIAE
BELGICAE. ET. DVARVM
GERMANIARVM. PROC.
A. RATIONIBVS. AVG.
IVLIVS. LVPERCVS. ET. CLA.
VICTORINA. EX. BELGICA
TREVERI. AMICO. OPTIMO
ET. PRAESIDIO. SVO

Treverorum, sive *Trevirorum* nobilissimam Civitatem, quæ & *Augusta Treverorum* appellata fuit, in Gallia *Belgica* positam fuisse, satis norunt Eruditi.

5 *Cabilloni,*
nunc Châlons sur Saone.
Misit Bimardus.

D M
ET AETERNAE MEMORIAE IVSTIN
I MERCATORIS CIVIS TREVERI
VETERANI LEG XXX VVV ET
NATINIAE VALENTINAE CIVI
AGRIPPINENSI CONIVGI EIVS
MERCATOR ET MERCVRIAL FIL
VIVO PATRI PONENDVM CVR

Idest *Legionis XXX. Ulpiæ Victricis*. Natiniæ isti patria fuit *Agrippina*, quæ *Colonia*, celebris Germaniæ Civitas.

7 *Lugduni in Foro S. Petri.*
Ex P. Colonia Soc. Jesu V. Cl.

C. CATVLIO
DECIMIO
TVTI CATVLII FIL
TRICASSIN. OMNIB.
HONORIBVS APVD SVOS
FVNCTO SACER.
AD TEMPLVM ROMAE ET
AVGG. III. PROVINC. GALL
T . R

Idest *Titulus Restitutus*. Patria huic fuit *Tricassium* Civitas Galliæ Lugdunensis, nunc *Troies*.

1 *Effossus lapis in Vico* Brumpt, *tribus ab Argento leucis, ubi quondam stetisse censent Brocomagum.*
A Claris. D. de Boze *accepit Bimardus.*

IMP. CAES. PVB
LIO. LICINIO
VALERIANO. PIO
FELICI. INVICTO
AVGVSTO. CIV
TRIBOCORVM

Triboces, seu *Tribocci*, vel *Tribocchi*, Populi Germaniæ Superioris, memorantur quidem a Cæsare, Strabone, Plinio, Tacito; sed quænam Civitas heic designetur, incertum est. *Brocomagum*, & *Helcebus*, Urbes in eo tractu fuere, eodem Plinio teste. Quid si quæ postea *Argentoratum*, nunc *Argentina* Italis, appellata fuit, tunc sub ejusmodi nomine agnoscebatur?

2 *Brixiæ. Ex Rubeo.*

IVLIA
AVGVSTA
- - - - - - - - - -
- - - - - - - - - -
DIVI TITI
TRIVMPLINI
ET BENACESES

Scribendum puto *Juliæ Augustæ*. Hæc autem fuerit aut *Julia* Cæsaris Augusti Conjux, quæ & Livia, aut *Julia Sabina* Titi Augusti filia, quam *Augustæ* nomine decoratam fuisse, testantur Nummi apud Vaillantium & Mediobarbum, in quibus legitur IVLIA AVGVSTA DIVI TITI F. Memorantur etiam Plinio Populi *Triumplini*, nunc *Val Trompia* in agro Brixiano. *Benacenses* ad lacum Benacum sitos quisque intelligit.

3 *Ibidem, in Secretario Cathedralis. Ex eodem.*

- - - - - NI. CLAVDIO
DRVSO
- - - - NI. TRIVMPLINI

Neroni Claudio Druso dicata hæc Inscriptiuncula. Is est *Nero*, postea Augustus. Sed cur Cæsaris nomen heic ei minime deferatur, non intelligo. Suspicari quis possit, nomen ipsum excisum in marmore temporis injuriâ excidisse.

4 *In Museo Kempiano.*
Misit Cl. V. Thomassinus de Mazaugues *Præses Aquisext.*

- -
ΤΗΝΟΔΟΤΟΝ ΒΑΥΚΙΔΕΩΣ ΕΠΕΙΔΗ ΤΡΟΖΗΝΙΟΙ ΓΕ
ΓΡΑΦΑΣΙΝ ΕΝ ΤΩΙ ΨΗΦΙΣΜΑΤΙ ΤΩΙ ΠΡΟΣ ΤΗΝ ΠΟ
ΛΙΝ ΟΤΙ ΑΝΗΡ ΑΓΑΘΟΣ ΓΕΓΟΝΕ ΠΕΡΙ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ
ΤΟΝ ΤΡΟΖΗΝΙΩΝ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΚΑΙΡΟΝ ΑΦΙΚΟΜΕΝΟΣ
ΕΒΟΗΘΗΣΕ ΚΑΙ ΣΥΝΗΓΩΝΙΣΑΤΟ ΑΥΤΟΙΣ ΕΙΣ ΤΗΝ
ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΝ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΞΑΓΩΓΗΝ
ΤΗΣ ΦΡΟΥΡΑΣ ΑΞΙΩΣ ΤΗΣ ΤΕ ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΟΙΚΕΙΟΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΥΠΑΡΧΟΥΣΗΣ
ΤΗΙ ΠΟΛΕΙ ΠΡΟΣ ΤΡΟΖΗΝΙΟΥΣ ΚΑΛΕΣΑΙ ΔΕ ΑΥΤ - - -
ΚΑΙ ΕΙΣ ΠΡΥΤΑΝΕΙΟΝ ΕΠΙ ΔΕΙΠΝΟΝ
ΕΔΟΞΕ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ ΙΑΤΡΟΚΛΗΣ ΠΥΘΙΩΝΟΣ ΕΙ
ΤΑ ΜΕΝ ΑΛΛΑ ΚΑΘΟΤΙ Η ΒΟΥΛΗ ΕΨΗΦΙΣΑΤΟ ΤΟΔΕ
ΨΗΦΙΣΜΑ ΤΟ ΠΕΡΙ ΤΡΟΖΗΝΙΩΝ Ο ΠΡΟΕΒΟΥΛΕΥ - - - - -
Η ΒΟΥΛΗ ΑΝΑΓΡΑΨΑΙ ΕΝ ΣΤΗΛΗΙ ΛΙΘΙΝΗΙ ΚΑΙ Σ - - -
ΣΑΙ ΕΝ ΤΩΙ ΙΕΡΩΙ ΤΟΥ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΕΠΙΜΕΛΗ - - - -
ΔΕ ΤΗΣ ΑΝΑΓΡΑΦΗΣ ΤΟΥΣ ΕΞΕΤΑΣΤΑΣ Τ - - - -
- - - - ΩΜΑ ΤΟ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΤΗΛΗΝ ΔΟΥΝΑΙ ΤΟ - - - - -

Hæc, ut potui, ita interpretabar.

- -
Tenodotum (fortasse *Zenodotum*) *Baucidis filium, postquam Trozenii*
scripsere in Decreto ad Civitatem,
quod bonum virum se præstitit
erga Populum Trozeniorum, &
opportuno tempore profectus auxilio eis fuit,
& una cum eis prœliatus est pro li-
bertate Patriæ, & pro educendo
Præsidio, prout conveniebat Patriæ, &
necessitudini & benevolentiæ, quam gerit
erga Urbem Trozeniorum; vocavisse vero - - - -
& in Prytaneum ad cœnam.
Placuit Populo. Hiatrocles Pythionis filius.
Et post alia. Qua ratione Senatus statuit, hoc
Decretum de Trezeniis, quod prævia consultatione
confecit Senatus, scribendum in marmorea columna, &
in Sacrario Apollinis adservari, & hoc
exemplum Censores in Columnam referre - - - - -

Trœzen Peloponnesi Civitas. Scribi solet Τροιζὴν, & Τροιζήνιος, *Trœzen*, & *Trœzenius*. Heic sine diphtongo effertur.

1 *Maceratæ*, *penes Carbonios*. *Misit P. Philippus Camerinius.*

- - - - - - - - - - - - - -
MIL. XII. LEG- - - - - - - - -
CAES. IMP. EX. T- - - - -
TRVENT. CLVENT- - - -
FLVM. PICEN- - - - - - - - -

Truentini Populi ad Truentum fluvium, nunc *il Tronto*, siti apud veteres occurrunt. Et ii quidem *Picentes*, Piceno videlicet adscripti. Sequitur CLVENT..... FLVM. In ora Piceni prope Firmum erat *Cluana* Oppidum & Flumen; quod in Tabulis Itinerarii *Fusor Fl.* appellatur. Recte subodoravit Cluverius, Amnem hunc appellatum fuisse *Cluentum*; perdurat enim nomen immutatum in *Chiento*: Marmore hoc illius opinio firmatur.

4 *Tuderti*. *E schedis meis*.

MARTIS CIVITAS
POPVLVS TVDERS
VIVAT PERPETVO

Tuder, nunc *Todi*, ad nobilem vetustatem prodendam nullis indiget imposturis. Ego in hoc elogio nullum antiquitatis odorem sentio.

5 *Ibidem*. *Ex eisdem*.

ARGAT. PONT. PATRIAE REDEMP
VNICAE SALVT. PRO MERITIS
EIVS ET SOBOL. MARTI. DI. Q. M.
TVDERTES ERˑEXERE PERPE.

Et ne istam Inscriptionem quidem feliciorem, quàm præcedens, opinor.

7 *Tuscanellæ*, *in Sancti Petri*. *E schedis Farnesiis*, *misit P. Franciscus Andreasius Soc. Jesu*.

D ☙ M
C. COPONI. CRESCENTIS
DEC. TVSCANENSIVM
QVAEST. R. P. VETER. AVG
LEG. XIII. GEMIN. SIGNIFER
B. M FECERVNT
C. CAVIVS PRISCVS. FIL
SCRIB. RESTITVTVS
HER. V. A. L

Apud Reinesium Class. VI. num. 29. pag. 408. hæc ipsa Inscriptio legitur. Sed quod ibi vitiose exhibeatur DEC. idest *Decurio* THVSCVLANENSIVM, germanæ lectionis ergo hanc rursus effero. Quæ nunc igitur *Toscanella*, illustre Oppidum, appellatur, apud antiquos *Tuscana*, seu *Tuscania* fuit. Postremum nomen præfert Cluverius. Ego primum, hoc lapide fretus. In tabulis quoque medii ævi *Tuscana* dicitur. Quod si qui aliam a *Tuscanella* nostris temporibus *Tuscanam* nobis propinarunt, ii fabulis pascunt nimis credulam gentem.

2 *Asculi*. *Misit Illustriss. Henricus Henriquez*, *Gubernator Maritimæ & Campaniæ*.

- - - - - -DIVS. M. F. MALLEN- - - - - -
- - - - - -TR. MIL. VEL. CEN- - - - - - -
- - - - - -CASTRO. TRVEN- - - - - - - - -
- - - - - -FILEIS. VIVA. FE- - - - - - - - -

3 *In Hispania*. *E schedis P. Cattanei, & meis*.

IMP. CAESARI. M
AVRELIO. PROBO
PIO. FEL. INVICTO
AVG. P. M. TRIB. POTES
TATIS. VI. COS. IIII. RES
PVBLICA. TVCCITANORVM
DEVOTA. NVMINI. MAIES
TATIQVE. EIVS. DD
CVRATORE. TIRIO. CLAV
DIO. SVB. COLOSSO

Pertinet Inscriptio ad Annum Christi 281. *Tucci* Urbs olim Hispaniæ Bæticæ. Ex ejus ruinis crevisse creditur Oppidum *Martos*. SVB COLOSSO fortasse indicat Statuam *Probo Augusto* positam. Ego corruptas potius literas suspicor. In schedis meis legitur: CVRATORE IVLIO CLAVDIO....... VE. CONSS. D.D. quæ & ipsa vitium produnt.

6 *Ibidem*, *in Sanctæ Mariæ de* Pantano. *E schedis Classensibus*, *misit P. D. Mariangelus Fiacchi Monach. Camald.*

SEVERINIAE C.
FILIAE
AFRAE H. M
CONIVGI. PERPETVINI
AVSPICIS OB MERITA
MARITI EIVS VICANI VICI
MARTIS TVDERTIVM AERE
COLLATO OB EXIMIA BENEM. ET
BENEFICIA EIVS ERGA SE
MERENTI POSVERVNT
L. D. D. D

Habes hanc eamdem in Thesauro Gruteriano pag. 1029. num. 5. sed in multis mancam. Ibi legitur AFRAE COIVGI. L. PETVLCI FELICIS AVSPIC. MAR.... &c. Siglæ H. M. heic significant *Honestæ Mulieri*, vel *Matronæ*. VICANI VICI MARTIS TVDERTIVM exhibent nobis *Vicum Martis*, idest Italice *la Contrada*, aut *un Quartiere* Civitatis *Tudertinæ*.

8 *Valentiæ in Hispania apud Baccalaureum Molinam*. *E schedis P. Cattanei*.

C. IVNCTO. C. FI.....
. . . .
QVE. ORDO VALENTI
NORVM DECREVIT
LOCVM SEPELIENDI
FVNERIS IMPENSAM
STATVAM SE.....

Valentia amplissima Hispaniæ Tarraconensis Civitas, nunc Regni Valentini caput, illustris quoque fuit Romanorum temporibus, a quibus conditam novimus.

1 *In lamina ærea reperta in quodam Vico plagæ Septentrionalis Insulæ Corsicæ.*
Ex P. Chamillarto S. J. misit Bimardus V. Cl.

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVGVSTVS
MAGISTRATIBVS. ET. SENATORIBVS
VANACINORVM. SALVTEM. DICIT
OTACILIVM. SAGITTAM. AMICVM. ET PROCV
RATOREM. MEVM. ITA. VOBIS. PRAEFVISSE
VT. TESTIMONIVM. VESTRVM. MERERETVR
DELECTOR.
DE CONTROVERSIA. FINIVM. QVAM. HA
BETIS. CVM. MARIANIS. PENDENTI. EX
IS. AGRIS. QVOS. A. PROCVRATORE. MEO
PVBLILIO. MEMORIALE. EMISTIS. VT
FINIRET. CLAVDIVS. CLEMENS. PROCV
RATOR. MEVS. SCRIPSI. EI. ET. MENSOREM
MISI
BENEFICIA. TRIBVTA. VOBIS. AB. DIVO
AVGVSTO. POST. SEPTIMVM. CONSVLA
TVM. QVAE. IN. TEMPORA. GALBAE. RETI
NVISTIS. CONFIRMO
EGERVNT. LEGATI
LASEMO. LEVCANI. F. SACERD. AVG
EVNVS. TOMASI. F. SACERD. AVG
C. ARRVNTIO. CATELLIO. CELERE. M
ARRVNTIO. AQVILA. COS. IIII. IDVS. OCTOBR

Vanacinos in Corsica Populos unus fortasse Ptolemæus memorat. Apud eum Οὐανακῖνοι dicuntur. Rarum sane, Decuriones *Senatorum* nomine, & quidem ab Imperatore Romanorum, donari. *Senatus* tamen & extra Romam occurrit in splendidis Urbibus; & Decuriones Senatorum loco fuisse, ostendit Cardinalis Norisius in Cænotaph. Pis. An ejusmodi prærogativâ frueretur Vanacinorum Civitas incompertum est. Quod mihi plus negotii facessit, geminorum *Arruntiorum Consulum*, Vespasiano imperante, nulla in Fastis, nulla usquam mentio habetur. Quid hoc rei est? Num tabula conficta? num Consules somniati? Tam turpem notam inurere huic monumento non audeo. Suffecti Consules tunc potissimum in usu fuere, neque nos omnes novimus. Hi postremam Anni partem implent, quo præcipue tempore Suffecti, sive honorarii Consules sedere consueverunt. Simplicitas ipsa Epistolæ, quæ aliis suspicionem falsi ingerere posset, testis mihi potius videtur ingenuitatis. Quod certum est, si pro germano antiquitatis fœtu Decretum ejusmodi est accipiendum, non leve illius pretium dicas, quando nobis Populos vix aliunde notos, & geminos Consules antea prorsus ignotos, nobis exhibet.

2 *In Comitatu Avenionis.*
Ex Donio.

IMP. CAES.
P. L. GALLIENO
INVICTO ❦ P ❦ F ❦
AVG ❦ VASIEN
❦ SES ❦

Vasio, nunc Gallice *Vaison*, Civitas Episcopalis, in Comitatu Vindascino, in ditione Romani Pontificis.

3 *Insulæ,*
in Via Cassia.
Ex Ligorio.

IOVI. OPTIMO. MAX
SACRVM
T. RVNCANIVS. T. F. VEIEN
ASTVRIVS
PROCVRAT. ORD. VE
IENTIVM. L. D. D. D

Confirmatur ab hoc Lapide opinio Clariss. Holstenii, contendentis *Vejos*, antiquissimam Etruriæ Civitatem, in eo Colle sitam fuisse, ubi nunc Castrum *Insulæ*, appellatum *Isola*, ad amnem *Baccano* in Provincia Patrimonii. Mancam dederat Gruterus pag. 922. num. 1. *Vejentinæ* Tribus mentionem heic habes.

1 *In oppido Formelli.*
Ex eodem Ligorio.
Misit etiam P. Philippus Camerinius.

HON. SAC
C. ATINIO. C. F. PAP.
SICINIO
X̄. VIR. STLITIB. IVD
IC. PATRONO. POP.
VEIENTIVM ORDO
STATVAM LATENT
V. O. OBTVL.

In aliis apud Ligorium lapidibus offendi STATVAM LATENT. VOTIS OMNIVM oblatam. Gorius in simili LAETANT. legit. Si ab uno Ligorio vox ista venit, de ejus interpretatione solicitus esse nolo.

2 *Velitris.*
Ex P. Vulpio Societatis Jesu Presbytero.

D . M
C. IVLI MALGII BELETRANI AVG. AE
LIA IVLIA QIVX. ET HEREDES HV
IVS. B. M. P

BELETRANI pro VELETRANI. Contendunt eruditi irrepsisse in Suetonii Libros *Velitrinus*, scribendumque esse *Veliternus*. Et sane rectum nomen, atque usitatum apud veteres est *Veliternus*. Sed succrescente in dies corruptelâ Linguæ Latinæ, nil mirum si *Beletranus* pro *Veliternus* adhibitum fuit. Vide etiam scriptum heic QIVX pro CONIVX.

3 *Venusiæ in Apulia.*
E schedis Cyriaci, apud Philippum Stosch Baronem.

L....... PROLE R. G. A. AEL. RESTITVTIANVS
V. P. CORR. APVLIAE ET CALABRIAE IN HONOREM
SPLENDIDAE CIVITATIS VENVSINORVM CONSECRAVIT

Quæ in hoc marmore exciderunt, aut vitiata ad nos pervenere, nescio an quisquam restituere possit. Aut *Lucus* aut *Lares* consecrati videntur. *Venusia* Dauniorum Civitas, & Populi Romani Colonia, celebris apud antiquos, & Patria insignis Poëtæ Horatii. Ibi nunc Episcopus Petrus Antonius Corsignanus V. Cl.

4 *Ibidem*
in Mon. sacrar. Virgin. S. Bened.
Ex P. Vulpio Soc. Jesu.

FORTVNAE
SALVTARI
C. IVL. CAESARIS
DICT. PERP. P. P
PRO VOTO
VENVSIA

An Marmoris facies antiquitatem sapiat, lubenter inspicerem.

5 *Spinatiolæ ultra Venusiam.*
Ex eodem Vulpio Soc. Jesu.

DN. N. CONSTANTINO
PIO. FEL. AVG. PERP. PP
TRIVMPHATORI ORBIS
ORDO ET PLEBS VNIVER
SA VENVSINORVM
D D

6 *Ibidem.*
Ex eodem.

L. MODIO. L. FIL
SEPTIMIANO TIB
ĪI VIR VENVS. PRAEF
I. D. QVAESTORI ET
PRAEF. FABRVM
CN. AVRELIA MAXIMA
VXOR. PIENTIS. FECIT
VIX. ANN. LII. M. I. D. XII

7 *Laude Pompejâ in hortis Canonicor. Regular.*
Misit Argelatus a Secretis Aug. Cæsaris.

HERCVLI
L. VALERIVS
SECVNDINI F.
OVF. SECVNDIN.
V̄I VIR IVNIOR
ITEM V̄I VIR VERCELL.
ET NOMINE
L. VALERI CRISPI FILI
ET VALERI VITALIS
FRATRIS SVI
V. S. L. M
L. D. D. D

Vercellæ Civitas nobilis meis non indiget laudibus.

1 *Vasione*.
Misit Joseph de Bimard la Bastie,
Montis Seleuci Baro.

MAGIAII SIIVE
SIIVIIRINII M
IIMORIAII AIIT
IIRNII AVRIILI
VS VALERIAN
VS SII VIVO CO
IVGI IIT SIIBII
CIVIS VIIR VIIRC
IILIINSIS MAGI SII
VIIRINI SOROR T
RIIBVN LIICION
IS SIICVNDIIS IT
ALICIIS

Duplex II. pro E.

Hæc ita lege:

Magiæ Seve
Severinæ M
emoriæ Æt
erne Aureli
us Valerian
us Se Vivo Co
jugi Et Sebe (pro *Sibi*, nisi mavis *Severæ*)
Civis Ver. Verc
elensis Magi Se
verini Soror T
rebun Legion
is Secundes It
alices

Vercellæ nomen Fortasse Urbi illi inditum, quod *Veneris Cellæ* ibi in honore forent. Ceterum in hoc marmore non unum involucrum, nonunas tenebras offendas.

5 *Veronæ*
lapis effossus Anno Christi 1734.
Misit P. Joseph Blanchinius,
Presbyter Oratorii Rom.

C. CALVISIO
C. F. POB
STATIANO
POPVLI
ADVOCATO
AB EPISTVLIS
LATINIS
AVGVSTOR
VERONENS
PATRONO

Calvisium istum *Statianum* nobilissima Urbs *Verona* Patronum sibi delegerat. Is præterea dicitur *Populi*, utique *Veronensis*, *Advocatus*. Quærendum superest, an duo diversa hæc munera fuerint. *Advocatos* appellatos pariter *Patronos* novimus. Ego tamen amplius *Patroni*, quàm *Advocati* munus, quum de Patronatu Urbium agitur, opinor. Contendit Dausquius, vocem *Epistola* per O, non verò *Epistula* per U. in usu fuisse apud Latinos. Sed obstant vetusti Lapides, nam in plerisque EPISTVLA legitur, uti sæpe in Collectione hac mea tute animadvertes. Verona *Poblitiæ* Tribui adscripta fuit, uti patet ex voce POB. pro more breviatâ.

2 *Jaderæ*.
E schedis Barberinis Cyriaci Anconitani.

C. MODIVS. S. C. PR
VERONA. ANN. XX

Nisi aliquid desit, ad militarem virum *Veronensem* spectare videtur marmor. Uti enim norunt omnes, in eorum elogiis Patria memorari consuevit. Is fortasse fuit *Scriba Classis Prætoriæ*, (uti par est credere) Ravennatis, cui Hadriatici sinus tutela commissa erat. Ita quippe interpretari possis siglas S. C. PR.

3 *Liniaci*.
Ex March. Maffejo.

L. ANNIVS
GENETIVOS
DECVR. VERON
SIBI. ET. L. ANNIO
HARPALO ET
ANNIAE GENESI
PARENTIB. ET. L. ANNIO
MARCELLINO FRATRI
ET. VALERIAE PHOEBADI
VXORI
QVAE FACIVND. CVRAV

Apud Reinesium corrupta habetur. Restituit Clarifs. Maffejus.

4 *Ravennæ*.
E schedis Jac. Valvasonii,
misit Comes Franc. Valvasonius.

L. FVLVIVS. SEVER. SCRIB. IIII
VIR. N. VERON. VIX. AN. XXXV
MIL. AN. XVII. VOLCENIA. SEVERA. ET
C. VOLCENIVS. TITVLLVS. N. P. C

6 *Epamanduoduri*, *in columna milliaria*.
Misit Bimardus.

IMP. NERVA (*sic*)
TRAIANO
CAES AVG GER
DIVI NERVAE F
P M TR P PP COS II
VESONT M P XXXXIIX

Vesontio nunc *Besanzon* illustris Galliæ Celticæ Civitas; nunc in Ducatu Burgundiæ.

7 *Vesunnæ*, *in Cadurcis*. *Ex Sirmondo V. Cl.*

TVTELAE AVG
VESVNNAE
SECVNDVS
SOTER. L. D. S. D

Vesunna Urbs sub *Cadurcis* in Aquitania fuit, Ptolemæo teste. *Petrocorium*, nunc Gallice *Perigueux*, Baudrando creditur. At hac de re consulendus Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum. Depravatam in postrema linea dederat Gruterus pag. 105. num. 1. Valesius tantummodo legit SOTER D. S. D. idest, *de suo dedit*. In exemplo Sirmondi L. est *Libertus*; nisi quisquam malit interpretari *Locus Datus Senatus Decreto*: cujus formulæ nullum aliud mihi exemplum occurrit.

1 *Prope Sestinum,*
in Campo della Pieve.
Misit Dionysius Sancassanius, Medicus.

C. IVLLIO. L. F.
CLV. VERO
VETTONIENSI
EQ. P LAV
CVRAT R P S
PATRONO. SEXVIR
.......ISSIM
AEQVIT ET. INCOMP

Legendum reor TVLLIO, & in quarta linea LAV. LAV. ut fuerit *Tullius* iste *Verus Laurens Lavinas*, idest Sacerdos. *Vettona*, nunc Italice *Bettona*, in Umbria, Municipium olim fuit. Ejus meminit Plinius. Memoratur & in aliis lapidibus. Siglas R. P. S. interpretare *Reipublicæ Sestinatis*. *Sestinum* oppidum Umbriæ ex aliis monumentis illustre est.

2 *Arretii,*
in Palatio Priorum.
Ex Gorio.

Q. SPVRINNAE. Q. F.
P. QVINTIANO
EQ. PVBL. LAVR. LAVIN
AEDIL. IIVIR. CVRAT
KALEND. PLEB. ARRET
CVR. REIPVBL. VETVLO
NENSIVM. PLEBS
VRBANA
L. D. D. D

Emendatiorem heic habes, quàm apud Gruterum pag. 1029. num. 7. Illud P. in secunda linea, Tribum indicat, in qua inscripti fuerunt *Arretini*, videlicet *Pomptinam*. *Vetulonium* Civitas olim Etruriæ, cujus ne vestigia quidem nunc supersunt, illustre nomen retinet apud Dionysium Halicarnasseum, Silium, & alios.

3 *In agro* Civitatis *Montalti in Calabria,*
ubi olim Uffagium Civitas.
Misit P. Elias Amati Carmelita Excalceatus.

I. O. M
IVN REG.
PALLAD. INVIC.
NEP. RED. HER. VICT.
D. D. Q. IMM.
ET GEN. LOCI
ORDO ET PLEPS VFFVG.
V. S. L. M.

Dum nihil de hac votivâ marmoreâ tabulâ dubitandum sit, ita explicanda est:

Jovi Optimo Maximo,
Junoni Reginæ,
Palladi Invictæ,
Neptuno Reduci, Herculi Victori,
Diis, Deabusque Immortalibus
Et Genio Loci,
Ordo Et Plebs Uffugiensis
Votum Solvit Lubens Merito.

Livius Lib. 3. commemorat *Consentiam*, *Uffucum* &c. Sed hujusmodi nomen an defæcatum sit, in ancipiti est.

4 *In Sicilia.*
E Gualterio.

MVSICE
VIBONIENSIS
AN XXVI

Vibon Valentia Civitas fuit Bruttiorum in orâ Maris Tyrrheni, nunc *Monte Leone*, in Provincia Calabriæ ulterioris. Cluverium vide, qui veteres non paucos de ea loquutos congerit. Colonia quoque Romanorum ibi constituta fuit. *Vibonenses* Cives idem Cluverius appellat, & *Vibonensis Sinus* habetur apud Plinium. At *Vibonienses* rectius appellandi sunt ab origine Græca: nam olim fuit Ἱππώνιον *Hipponium*.

5 *In oppido Brendolæ*
agri Vicentini.
Ex Jacobo Marzario.

IMP. CAES. D. N
VALENTI PIO FOELICISS.
SEMPER AVGVSTO
VICENT. CIVIT

Apud veteres non *Vicentia*, neque *Vicentina* Civitas, sed *Vicetia* & *Vicetina* legitur. Veteres præterea *Felicissimo*, non *Fœlicissimo*, scripsere. Dubitandum-ne ergo est de fide, an de oculis Marzarii? Ceterum Venetiæ Civitas *Vicentia* clarum nomen vel apud vetustos Scriptores consequuta est.

6 *In Civitate Venciensi, in Provincia Gallo-Romana.*
Ex Marchione Maffejo.

IMP. CAES
M. ANTONIO
GORDIANO PIO FEL
AVG. PONT. MAX
TRIB. POT. II PP. COS
CIVITAS VINT DEVO
TA NVMINI MAIESTA
TIQVE EIVS

Pertinet Inscriptio ad Annum Christi 239. aut 240. *Vintium* Civitas Provinciæ, nunc Gallice *Vence*, bene nota antiquis, non unum hunc Lapidem suæ vetustatis restem habet. Vide inter Imperatorias, ubi altera Inscriptio a me fuit evulgata.


7 *Viennæ in Gallia,*
e schedis Ramberti
apud Canonicum Bertoli.

M. ALFIVS APRONIA
NVS V P P P. FL. VIENN
DEV. N. MQ. EIVS

Augusto alicui posita fuit Inscriptio hæc ab *Alfio Aproniano*, quem siglæ exhibere videntur *Urbis Præfectum*, aut *Virum Perfectissimum*, *Præfectum Prætorio*. Sed parum siglis hisce fidendum est. Quod verosimilius est, hic *Flamen Viennensis* fuerit, scilicet *Viennæ* in splendida Galliæ Narbonensis Urbe.




LATUS OCCIDENTALE.



FACIES AD SEPTENTRIONEM.



FACIES INTERIOR ORIENTALIS




A. *Pinna, quæ deest.*
B. *Alia pariter deficiens.*
C. *Foramina, ut creditur, plumbi, vel ferri saxa unientis, auferendi gratiâ facta.*
D. *Zophorus, in quo Tributarii Populi expressi; qui heic non exhibentur, quòd partim desint, & ob loci distantiam vix cernantur.*
E. *Columnæ basis confracta.*

F. *Pinna deficiens, & in Meridionali facie Pinnæ duæ huic simillimæ pariter desunt.*
G. *Tres Mutuli, qui desunt. Ad Austrum septem desiderantur, quòd confracti fuerint.*
H. *Anaglypta Populos Tributarios exhibentia, quæ etiam cernuntur in Australi, & Orientali facie, quamvis in postrema hac parte magis corrosa sint.*

I. *Pinna deficiens ad Orientalem faciem.*

Mensuræ Pedemontanæ (vulgo Trabucchi*) quatuor.*



Florentiæ,
Apud Marchionem Riccardium.
Ex Gorio V. Cl.

S FEST
S FLOREN
S VALEN
TITIV S GENIALI
ARIV S APRONIANV S
ARPIV S SALVIV S
APPALIV S PROCVLV S C
ATILIV S PAVLLV S ME
TVRRANIV S RVFV S EXILV
CALPVRNIV S MAXIMV S FVLGIN
LARCIV S VENVSTV S FOROPOP
SEVERO II COS A
C VIBIV S VERV S PISTORIS M
C VERATIV S SEVERV S EMONA P AM
M TERENTIV S LE O BONON C PEDAN
C AFINIV S CLEMEN S LARINO L TAMPIV S
C SATRIV S MAXIMV S VENVSIA C MARCIV S CELER
MA C PETRONIV S CERTV S VERONA C ANNIV S PRISCV S
BRIXIA Q CIRCENIV S CANDIDV S FERENT C IVLIV S CRESCEN S
LVCA I ALFIV S PRISCV S TREBVL C ANNAEV S NEPO S A
C CASSIV S PRIMV S TRIDENT Q SALONIV S BASSV S AL
COS IMP N̄ III COS RVFI COH VI 7 SABINI
S CREMON L SATRIV S PROCVLV S BENEVENT IMP N̄ III
S NVCCAM Q BILLIENV S DEXTE R LIBARNA C SASSONIV S TAVRV S PAT
R AQVIL T VETVLEIV S PRIMV S LIBARNA C LAILIV S ATRO X PAT
S QVIN L BAIV S RESTITVTV S BLERA L STABERIV S PVDEN S TVD
X CAPVA SP SEX GAVIV S VINDE X VARVARIA M LVCILIV S NAEVIANV S VER
ARRET FISCVR A MARCANIV S RESTITVTV S VOLSIN
MEDIOL SEVERO II COS SEVERO II
LARIN L GAVIV S IVSTV S FLORENT M TVLLIV S TERTIV S EMO
ENEV TVBI C LVSIV S LVCANV S EMONA C GRAMPHICIV S FIRMV S ATES
FAESVL FISC M FANNIV S FESTV S ARRETIO M BLASSIV S SEVERV S CON
SVTRI L GAVIV S VELO X CORTONA C VARIV S CLEMEN S ATE
AVI BVC P POSTVMIV S SEVERV S MVTINA Q FARSEIV S FIRMV S ARR
TIVI TI IVLIV S FLORENTINV S SAVARIA T RABVLEIV S PRISCV S AR
IN SP RESTITVTV S SAVARIA L ASICIV S RESTITVTV S SC
S SP L DIDIENV S SENEC A SA
IMP N̄ III COS 7 GRANI IMP N̄ III COS 7 PRO
L MAGIV S STATVTV S FELTRIS
L VALERIV S RVFINV S ROMA C SERVILIV S VITALI S BO
SEX PISONIV S SATVRNINV S CAPVA C TITVRIV S VALEN S PAT
C POMPONIV S FIRMV S VETVLO Q HERMINIV S MAGNV S FOR
C MARIV S FELI X AMERIA C POSTVMIV S SECVNDV S VER
C SALLVSTIV S DEXTE R RAVENNA M SEMPRONIV S HOMVNCI O VER
C SATVRIV S SABINV S TRVENT

Habes heic seriem multarum Urbium, Italicarum fere omnium, Jam norunt Eruditi, Militarium virorum Patriam in Lapidibus exprimi consuevisse; Atque utinam id sæpius factum fuisset in aliorum quoque monumentis. Pertinet Inscriptio ad Annum Christi 194.

Secusiæ in Arcu;
Misit Excellentiss. Comes Ludovicus Caissottus,
primus Taurinensis Senatus Præses.

Facies Arcus, respiciens Meridiem.

IMP. CAESARI. AVGVSTO. DIVI. F PONTIFICI. MAXVMO. TRIBVNIC. POTESTATE. XV. IMP. XIII.

M. IVLIVS. REGIS. DONNI. F. COT...VS. PRAEFECTVS. CEIVITATIVM....E. SVBSC...TAE. SVNT. SEGOV..RVM. SEG...INO...M.
BELACORVM. CATVRIGVM. MEDVLLORVM. TEBAVIORVM. ADANATIVM. SAVINC.........INIORVM. VEAMINIORVM
VENICAMORVM. IEMERIORVM. VESVBIANORVM. OVADIATIVM. ET. CEIVITAT.......VB. EO. PRAEFECTO. FVERVNT.

Facies ejusdem Arcus, respiciens Septemtrionem.

IMP. CAESARI. AVGVSTO. DIVI. F. PONTIFICI. MAXVMO. TRIBVNIC. POTESTATE. XV. IMP. XIIII I

M. IVLIVS. REGIS. D. NNI. F. COTTIVS. PRAEFECTVS. CEIVITAT...VAE. SVBS..RIPTAE. SVNT. SEGOVIORVM. SEGVGINORVM.
BELACORVM. CATVRIGVN. MEDVLLORVM. TEBAVIORVM. ADANATIVM. SAVINCATIVM. EGDINIORVM. VEAMINIORXXM
VE.....ORVM. IE.....ORVM. VESVBIANORVM. OVA...TIVM. ET. CEIVITATES. QVAE. SVB. EO. PRAEFECTO. FVERVNT.

Quanto fieri potuit studio, ac fide Inscriptionem hanc ex utraque Arcus facie exscribendam, ac delineandam curavit humanissimus Comes Caissottus, cujus exemplum, uti heic vides, ad me misit. Hanc in rem usus ille fuit diligentiâ nobilis viri Equitis Vallatæ, qui admotis scalis nihil intentatum reliquit, ut exactissime quidquid literarum superest exciperet, & in tabulas referret. Verùm quum inter istud & Maffejanum pauca quædam variantia occurrant: molestum minime Lectori futurum spero, si rursus hoc idem Monumentum proferam, quale Clarissimus Maffejus Marchio per Typographiam publici juris fecit.

IMP. CAESARI. AVG. DIVI. F. PONTIFICI. MAXIMO
TRIBVNICIA. POTESTATE. XV. IMP. XIII
M. IVLIVS. REGIS. DONNI. F. COTTIVS
PRAEFECTVS. CIVITATVM. QVAE. SVBSCRIPTAE. SVNT
SEGOVIORVM. SEGVSINORVM. BELACORVM. CATVRIGVM
MEDVLLORVM. TEBAVIORVM. ADANATIVM
SAVINCATIVM. EGDINIORVM. VEAMINIORVM
VENISAMORVM. IRIORVM. ESVBIANORVM
OVADIAVIVM. ET. CIVITATES. QVAE. SVB
EO. PRAEFECTO. FVERVNT

Nobile hoc Elogium positum fuit Anno U. C. 745. Ante Christum 8. *Cottianas Civitates*, quæ nempe *Cottio Regi* paruerant in Alpibus Segusinis, *Cottiis* propterea appellatis, Plinius Lib. 3. Cap. 20. commemorat, sed minime recenset. Eorum Populorum nomina in celebri Arcu isto habes. *Caturiges* a Cottiana regione excludit idem Plinius. Sed Augustus Cottii Regis filio ditionem amplificasse, aut immutasse videtur, postquam tractum illum Romano Imperio parere coëgit.

Sequitur Tab. III.

1 *Coræ.*
Ex P. Vulpio Soc. Jesu.

LIBERO PATRI
SPIRA VLVBRANA
D . S . P . F

Spiram hanc Ancillam opinor, quæ suam Patriam indicet, nempe *Ulubras* Latii oppidum, Velitris conterminum, & a Cicerone, Horatio, atque aliis commemoratum. Si mulierem Libertam mavis, ei Cognomen ab Ulubris accesserit.

2 *Nemausi in Palatio.*
Descripsit Bimardus, & ex Hist. Acad. Reg. Paris.

T. FIRMIVS
FIRMANI. F. VOL
MARINVS
VOCONTIVS
V. SIBI. P

Vocontiorum Civitas in Gallia, nunc *Vaison*, huic patria fuisse mihi creditur.

3 *Volaterris,*
apud Nobiles de Guarnaccis.
Ex Gorio.

T. PETRONIO
TVRPILIANO
BIRONIO. DEC. VOL
PRAEF. III. COH.
II. QVAEST. V. PRAET
P. PETRONIVS. QVADRATVS
FILIVS

Volaterris in Urbe Etruriæ, nostris quoque temporibus florente, *Petronius Turpilianus* iste *Bironius Decurionem* egit. Fuit etiam *Quæstor Cohortis Quintæ Prætoriæ*, ita enim legenda censeo illa QVAEST. V. PRAET. Rarum alioqui munus.

4 *Romæ.*
E schedis Ambrosianis.

OY	XV	
O	K	
A	S	
A	E	
T	P	Heic visitur statua virilis obtruncato capite.
E	T	
P	E	
P	M	
A	B	
I	R	
j	E	
	S	
	j	

Ideſt:

Volaterræ XV. Kalendas Septembris.

5 *Volcei in Lucania.*
Misit N. V. Franciscus Valletta
Juris Consultus Neapolita.

IOVI CONSERVATORI
ET MARTI VLTORI
ORDO POPVLVSQ VOLCEIANVS

Volcejum, seu potius plurali numero *Volcei*, aut *Vulceja*, Lucaniæ oppidum, nunc *Bocino* appellatur. Plinius Lib 3. Cap. 15. inter Lucaniæ Populos recenset *Volcentanos*. Veri videtur simile, ipsum scripsisse *Volcejanos*. Apud Gruterum pag. 209. n. 2. *Vulcejana* Civitas occurrit, & in duabus aliis Inscriptionibus legitur VOLCEIS plurali numero.

6 *Offunæ.*
E schedis Ambrosianis.

- - - - - - - - - - - AVREL - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - NOBILISSIMI - - - - - - -
- - - - - - CV - - - - SEVER. ET - - - - - - - -
- - - - - - FORTISSIMOR. IMP - - - - - - - -
- - - - REP. VRSONENSIVM. D. D. - - - -
- - - - - ED. CANIS - - - - SIVIO. TATINO - - -
- - - - - GATO - - - - ORE. REI. P - - - - - -

Ursona, seu *Urso*, Hispaniæ Bæticæ oppidum, nunc *Offuna*, ab Hispali aliquot passuum millibus distans, memoratur Straboni, & Hirtio. *Urso*, quæ *Genua Urbanorum*, dicitur Plinio.

7 *Segoviæ, apud Portam Sanctæ Mariæ.*
E schedis Farnesiis, & ex Donio.

C. POMPEIO MV
CRONI VXAME
NSI AN. XC. SODALES
F . C

Tarraconensis Hispaniæ Civitas *Uxama* apud Plinium & Ptolemæum suum retinet nomen. Nunc *Osma* Civitas Episcopalis in Regno Castellæ veteris. In schedis P. Cattanei habetur AN. CX.

8 *Carbolaræ in Hispania.*
E schedis Farnesiis misit P. Andreasius e Societate Jesu.

T. R. P. D. S. T. T. L
ILARIONI
FL. MENICAR. PETI
VXAMA IBARCENSIS
SERVO

Altera *Uxama*, nunc *Osma de Valdegovia*, vicus Hispanicus in Biscaja, memoratur a Scriptoribus Hispanis. Sit-ne hæc, an præcedens, quæ heic appellatur *Uxama Ibarcensis*, eruditi Hispani decernent. Priores quatuor siglas T. R. P. D. divinatoribus explicandas dimitto.

(Vide Tab. II.)

1 *Carthagenæ,*
in Hiſpania.
E ſchedis Farneſiis,
miſit P. Franciſcus Andreaſius Soc. Jeſu.

L. AEMILIVS. M. F. M. NEP. QVIR. RECTVS
DOMO. ROMA. QVI. ET. CARTHAGINENSIS
ET SICELLITANVS. ET. ASSOTANVS. ET. LACE
DAEMON. ET. ARGIVVS. ET. BASTETANVS
SCRIBA QVAESTORIVS SCRIBA AEDILICIVS
DONATVS EQVO PVBLICO AB IMP. CAESARE
TRAIANO HADRIANO AVGVSTO
AEDILIS COLONIAE CARTHAGINENSIS PA
TRONVS REIPVBLICAE ASSOTANORVM
CIVIS ADLECTVS OB HONOREM AEDILITATIS
CONCORDIA DECVRIONVM HOC OPVS
TESTAMENTO SVO FIERI IVSSIT
EPVLO ADDITO
AEMILIVS SENEX HERES SINE DEDVCTIONE XX
VEL TRIBVTORVM EX CCL. LIBRIS ARGENTI FECIT

Gruterus pag. 174. num. 3. & 4. Inſcriptionem hanc deformatam, atque in duas diviſam dedit. *Æmilius* iſte *Carthaginenſis*, ſcilicet Civis, appellatur, atque infra *Ædilis Coloniæ Carthaginenſis*. Nulla mihi dubitatio, quin hoc nomine ſignificetur *Carthago Nova*, Hiſpaniæ Tarraconenſis Civitas, nunc *Cartagena*, ubi Lapis extitit. Mediobarbus e ſchedis Sponianis in Auguſto Nummum refert, in quo legitur C. C. N. A. T. MANLIO. C. PETRONIO II. VIR. eumque refert ad Carthaginem Africæ Metropolim. Sed eæ ſiglæ cum Sponio ita ſunt explicandæ: COLONIA CARTHAGO NOVA AVGVSTA; & ſpectant ad Hiſpaniæ Civitatem. *Carthago Nova Colonia* hæc appellatur Plinio Lib. 3. Cap. 3. & in aliis Nummis apud Vaillantium. *Sicellitani* qui fuerint, ignotum mihi eſt, niſi quod in Africa fuit *Sicelia Cæſarea* Xiphilino teſte, Macrini Imperatoris Patria. *Sicila* quoque *Vicus Galliæ* memoratur a Lampridio in Vita Alexandri Severi. Sed heic fortaſſe ſermo eſt de Populo aliquo Hiſpaniæ. *Aſſotani* ejuſdem Hiſpaniæ Tarraconenſis Populi fuere, quorum caput *Aſſota*. *Baſtitani* in eadem Tarraconenſi ponuntur a Plinio, ac Ptolemæo. Reliqui perquam noti.

4 *Florentiæ,*
apud Marchionem Corſinium.
Ex Gorio.

T. CLOELIO
NARCISSO. LANARIO
DE VICO. CAESARIS
MACIA. PRISCA
VXOR. FECIT

Fuerit-ne *Vicus* iſte *Cæſaris*, alicujus Urbis regio, an ruſticanarum ædium congeries in agro, quiſnam decernere poſſit?

6 *In Valle* Non
Diœceſis Tridentinæ.
Miſit Jacobus Tartarottus Roveretanus.

VIC. AVG
P. TVLA. MAXI
P. TVLA. QVIN
P. TVLA. TERT
P. TVLA. QVIN

2 *Hiſpali,*
Extra Portam,
apud quoddam Macellum.
E ſchedis Ambroſianis,

C. AELIO C. F. C. N
QVIR. AVITO
LYNTRARIORVM
OMNIVM PATRO
NO LYNTRARI. CA
NAMENSES ODVGI
ENSES NAEVIENSES

Corruptam protulerat Gruterus pag. 345. num. 4. *Canama* ad Bætim fluvium ſupra Hiſpalim ſita fuit, Roderico Caro teſte. *Nebis* fluvius non longe a Bracara Straboni memoratur. *Oducia* quoque, ſive *Odugia*, Hiſpaniæ Bæticæ Oppidum, nunc *Lora* cenſetur. Ejus nomen ſupra quoque vidimus.

3 *In agro Attidii, olim Municipii,*
nunc agri Fabrianenſis.
Miſit V. Cl. Sancaſſanius Medicus.

C. CAMVRIO. C. F
LEM. CLEMENTI. PRAEF.
FABR. IIII. PRAEF. I. D. IMPER.
CAES. TRAIANI. AVG. PRAEF. F. CoH
VII. RAET. EQVT. TRIB. MIL. COH
II. VLPIAE. PETREOR. MILLIAR.
EQVIT. PRAEF. ALAE. PETRIANAE
MILLIAR. C. R. BIS. TORQVATAE
PROC. AVG. AD. MINICIAM
PROC. AVG. EPISTRATEGIAE
SEPTEM. NOMOR. ET. ARSI
NOITAE. TREIENSES. PATRON.
OB. MERITA. EIVS. DECR. DEC.
PVBLICE
L. D. D. D

Epiſtrategiæ niſi ſint Corpus Militum, Magiſtratus fortaſſe fuerint *Septem Nomorum*, in Ægypto videlicet. Quænam autem regio hoc nomine deſignetur, non ita promtum eſt decernere. Nam, uti Strabo animadvertit Lib. 17. Ægyptus in plures *Præfecturas* diviſa fuit, quas *Nomos* appellarunt. Sed ſubinde illæ immutatæ fuerunt. *Arſinoitæ Trejenſes* ſuum Nomum conſtituebant a Septem Nomis diverſum. Appellati *Trejenſes*, quod aliæ Civitates *Arſinoës* nomine in Imperio Romano numerarentur. Novi, *Trejum* Municipium fuiſſe olim in Piceno juxta Auximum, unde *Trejenſes* in antiquis lapidibus. Sed huc trahere illorum nomen non ſum auſus, quum plane ad Ægyptum ſpectare hæc videantur. Opinari autem liceat, Inſcriptionem ab Ægyptiis poſitam fuiſſe Attidii in Patria ipſius *Camurii Clementis* Patroni ſui; aut lapidem ex Ægypto illuc advectum. Atque hæc innuiſſe licuerit, dum erumpat monumentum aliquod, unde eluceat, *Trejenſes* Italos appellatos fuiſſe *Arſinoitas*.

5 *Brixiæ,*
in ædibus N. V. Julii Antonii Averoldi.
Miſit ipſe.

C. CLODIO. C. F
VALENTI
VICANI GREBIAE

1 *Calari.*
Misit Joseph Dani, J. C. Taurinensis.

D. M
TITIAE FLAVIAE
BLANDINIAE
FLAMINICAE
PERPETVAE DD
AERE CONLATO
VICVS MARTIS
ET AESCVLAPIS

3 *In Via Tiburtina.*
Ex P. Lupo Soc. Jesu.

L. SALIVIVS. L. L
SVNEROS SAG
DE VICO LICINIANO
POMPEIA CN L
HEDONE

SAG. idest *Sagarius*, sive Sarcinator, sive Mercator Sagorum, vestium nempe militarium. *Vicus* iste *Licinianus* Romæ fuisse videtur, cui fortasse nomen dederit Licinius Augustus.

5 *Ibidem,*
in Via Salaria.
Ex Ligorio.

L. TORANIVS L. F. OVF		TORA
PRIMITIVVS		NIAE
MAGISTER VICI SERGI		PLOTINI
FEC. OLLAS. N̄. XXIII.		ANAE

Hujus quoque *Vici Sergi* mentio est in prælaudata Tabula *Vicorum Urbis*.

7 *In Sanctorum Gervasii & Protasii*
Plebis Butrii Oppidi Romandiolæ.
Misit Dionysius Sancassanius.

C. FOLLEIO. C. F. IIIII VIR. AVG
QVI. VIX. ANN. LXXIX. MENS. XI. D. IV.
FL. FLEBETAE. C. F. VXORI
C. STATIO. MIGORANO. FILIO
POPVLVS. VICI. FOLLEI
FVNDATORI. PATRONO. PRESTANTISS.

Vicus Follejus hodie creditur *la Riccardina* ad Idicem amnem sub Plebe Butriensi. Mutatum fertur nomen circiter Annum Christi 1256. a Francisco Accursio, celeberrimo Juris Interprete, qui a Riccardo Anglorum Rege ingenti summâ auri reportatâ, latifundia sibi in *Vico Follej* comparata benefactoris nomine *Riccardina* appellari gratus voluit, uti scribunt Bartolus, Alidosius, & alii. Exstant perantiqua documenta in Archivo Monachorum Sancti Michaëlis *in Bosco* Bononiæ, in quibus Molendini *Follei* mentio habetur, & *Villa Follei* memoratur. Ita Sancassanius. Sed mihi admodum suspecta est Inscriptio hæc. Appellatur *Follejus* iste *Augustalis*, neque locus indicatur, ubi is fuerit hoc munere functus. Certe non in Vico illo. Uxor illius *Flavia Flebeta Caji Filia* dicitur. Post *Flavia* scribendum fuerat *Caji Filia*, ac subinde *Flebeta*. Eorum filius fertur *Cajus Statius*. At is secundùm Romanorum mores *Follejus* erat appellandus. Reliqua prætereo.

2 *Romæ.*
Misit Ficoronius.

Q. METTI. Ͻ. L. PAMPHILI
MAG. V. A. BAT (sic)
BENEFICIVM
P. VOLVMNIO. T. L. SOSO
HERENNIAE. IELITIAE
Ͻ. L

MAG. V. A. BAT. Nihil aliud mihi succurrit, nisi excogitare *Magistrum Vici* alicujus, puta *Abati*, aut quid simile. *Beneficii* vocabulo indicatur locus a Q. Mettio concessus P. Volumnio &c. in Sepulcro suo.

4 *Romæ,*
in Collegio Patrum Societatis Jesu.
Misit P. Contuccius Contucci,
Museo Kircheriano Præfectus.

VOLCANO. QVIETO. AVGVSTO
ET. STATAE. MATRI. AVGVSTAE
SACRVM
P. PINARIVS. THIASIVS. ET
M. RABVLIVS. BIRVLIVS
MAG. VIC. ARMILVSTRI. ANNI. V.

Romæ *Vicus Armilustri* fuit. Ejus quoque mentionem habes in Tabula *Vicorum Urbis*, quam Gruterus dedit pag. 250. ego verò in Clas. VIII. Habes heic *Vulcani*, sive *Volcani Quieti Augusti* memoriam, ex hoc uno Lapide prodeuntem. Id animadverte, ne quum in aliquot a Ligorio productis Lapidibus non vulgaria Deorum Cognomina offendis, illico ad imposturæ suspicionem traharis.

6 *Arretii,*
in quodam prædio Canonicorum.
Ex Gorio.

CLVVIAE .. F
QVARTINAE
ASELLION VXOR
MVLIER VIC. VI. AC

Memoriam istam *Quartinæ Asellionis uxori* posuerunt *Mulieres Vicanæ*. Siglas VI. AC. suspicabatur doctissimus Gorius esse pro *Vixit Annis centum*. Interpretor ego *Mulieres Vicanæ Vici*, puta *Accepti*, aut *Accensi*, aut aliquid simile. Ita in aliis lapidibus occurrunt *Vicani Vici Dianensis*, *Vicani Vici Minervi*, *Vicani Vici Velati* &c.

8 *In Villa Collis*
agri Aquilani.
Misit Antonius Antinorius Aquilanus.

IMP. CAES. TRAIANO
HADRIANO AVG. PONT.
MAX. TRIB. POT. XIIX
COS. III. P. P. VICANI
FORVLANI

Forulorum Vicus in Sabinis, prope Amiternum, jam innotuerat ex Vergilio, Livio, Strabone, Silio. Spectat Elogium ad Annum Christi 135. aut 136.

1 *In Thomassa,*
Villa agri Aquilani.
E schedis meis.

C. SALLIO. C. F.
PROCVLO
SACERDOTI LANVVI
NORVM. INMVNI. PON
TIFICI. PATRONO. CIVI
TATIS. AMITERNORVM
ITERVM. QQ. SVMMO
MAGISTRO. SEPTAQVIS
OB. MERITA. ET. AMOREM
EIVS. VICANI. FORVLANI
PATRONO. BENEMERENTI
L. D. D. D

Lanuvium, & *Amiternum* celeberrima nomina Urbium sunt apud antiquos Latinos. Blondus *Lanuvium*, & *Lavinium* unum idemque Oppidum censuit. Cluverius duo statuit. Blondi sententiæ favet hic Lapis. Sed consule vetus Latium Eminentiss. Cardinal. Corradini, & P. Vulpii e Societate Jesu. *Sacerdos Lanuvinorum* dicitur *Sallius* iste *Proculus*. Sæpe in hoc Opere occurrunt *Laurentes Lavinates*, Sacerdotes videlicet. Proculum hunc eorum Collegio adscriptum suspicari fas est. *Septem Aquæ* non longe a Reate memorantur Tullio, & Dionysio Halicarnasseo.

3 *Fani,*
in Sanctæ Luciæ.
E schedis Valerii, & Farnesiis, & ex Donio.

L. RVF. POL. S. L. ET STATOR
CONIV. PRIMIPILI. II. LEG. TRIB
COH VII. PR. BIS. AB IMPERATORIBVS
DONATO CORONIS. AVREIS. II. ET. CORONIS
VALLARIBVS. HASTA. PVRA QVIN
QVENN. TI. CLAVDI CAESARIS AV
GVSTI GERMANICI QVINQVENN
PRAEFECT. PLEBS. VRBANA VICI
HERCVLANI
QVAM BASIM VETVSTATE COLLAPSAM
PEC. SVA RESTITVIT

Experiatur Lector, utrum ex inscitia mea, an ex oscitantia descriptorum tenebræ mihi in prima & altera linea occurrant. Quid sit S.L & CONIV. non intelligo. Donius legit: L. RVF. POL. S. ET STATOR PRIMIPIL. L. II. LEG. At hæc minime vulnus sanant. *Statores* noti sunt (Italice *Guardie*) tum ad tutelam Prætorii & Magistratuum, tum in militia. Is fortasse fuit *Stator Conjuratus Primipili Secundæ Legionis*. Siglæ S. L. num *Speculator Legionis*? quod primum fuerit illius munus. Ceterum mentionem heic habes *Vici Herculani*, cujus vestigium nullum alibi mihi occurrit.

6 *Supra portam Diarbeki.*
Ex Paulo Luca, misit Bimardus.

VIRTVTE PER ...
PIIS INVICTISQ. IMPERATORIBVS
SALVISQ. VALENTINIANO ET
GRATIANO PERPETVIS AC SEMPER
TRIVMPATORIBVS AMORIS
PIETATISQ. MONVMENTO
HAIRRBS AEDIFICATA EST

Lego HAEC VRBS. Sed quænam sit, ignoro.

2 *Tusculi.*
Ex Dominico Matthæjo.

I. O. M
MONTVNATES
VICANI LOVANIVS
V. S. L. M

Populus hic mihi ignotus. In Latio *Valmontone* nunc memoratur: num huc referendus? LOVANIVS vitiatam vocem puto.

4 *In oppido Sezzani,*
agri Novariensis in Sancti Victoris.
Ex Carolo a Basilica Petri.

C. ATILIVS. C. F. MARC.........
PAGANIS AGAMINIS ARE.....
DEDIT EX QVORVM RED.....
HOC OPVS FACTVM

Pagus regio est multas Villas, seu Vicos complectens. Hinc habitatores *Pagani* appellati. Quinam fuerint *Pagani Agamini* heic memorati, ego prorsus ignoro.

5 *Pederrnianæ in agro Brixiano.*
E schedis meis.

IOVI
M. POMPONIVS. M. F. PRI
MIO. ET C. POMPONIVS. M. F.
ARAS SEPTEM POSVERVNT
PAGANICO PAGI FARRATICA
EX SITV PAGI PAGANORVM
FARRATICANORVM ET PER
MISS. OB TER. MAGISTERIVM
PAGI ET VACATIONEM
IN PERPETVVM
SIBI ET FILIO
FINIBVS CREMONENSIVM
D. P. S

Non paucis variantibus hanc dedit Gruterus pag. 1007. num. 7. Expendendum erit utra lectio præstet. *Paganico* supple *Jovi*.

7 *Catanæ.*
Ex Gualterio.

ΕΥϹΕΒΕΩΝ ΚΑΤΤΟΝ
ΑϹΤΤ ΠΑΝΟΛΒΙΟΝ
ΑΝΔΡΑ ΑΝΕΘΗΚΕ
ΖΩϹΙΜΟΝ ΑΝΕΔΗΝ
ΑΓΟΝΟΘΕΘΗΡΑ
ϹΕΒΗΡΟΝ
ΟΦΡΑ ΚΑΙ ΕϹΟΜΕΝΟΙϹ
ΙΡΟΙΙΟ ϹΑΙΖΕΒΡΟ

Ideſt:

Piorum Inclyta
Civitas Beatissimum
Virum Consecravit
Zosimum Aneden
Agonothetam
Severum
Ut Et Posteris
....

Tres Hexametri sunt, sed parum accurate ex marmore descripti. In secunda corrupta vox mihi creditur ΑΝΕΔΗΝ, idque etiam Prosodia satis indicat. Porro de quanam Civitate agatur heic, incertum duco. Veri tamen simile est, *Catanæ* illustris in Sicilia Urbis Cives *Pietatis* gloriam sibi tribuisse.

MUNICIPIA, ET COLONIÆ.

CLASSIS XVI.

1 *Augustæ Vindelicorum, in ædibus Peutingerorum. E schedis meis.*

MVNICIP. AEL AVG. NEGOTIATOR
VESTIARIAE ET LINTEARIAE AEDEM
CVM SVIS ORNAMENTIS SIBI ET D PAT
C. ANTONIO AELIANO EQVITI ROMANO
DECVRIONI MVNICIPI AEL. AVG. IO

Dedit etiam ex Velsero Gruterus pag. 129. num. 4. Sed multis omissis, quæ heic servata habes. D. PAT. interpretari liceat *Dilecto Patri*. Nihil aliud est *Municipium Ælium Augustum*, nisi *Augusta* ipsa *Vindelicorum*, adhuc splendida Civitas. Fuerunt enim Urbes, quæ quamquam *Coloniam* complecterentur, *Municipii* tamen nomina retinebant, aut ostentabant.

3 *Ibidem. Ex eodem.*

AVGVSTO. DIVI F
PONTIF. MAX
MVNICIPIVM

4 *Tunitii in Africa. Misit Antonius Maria Salvinius V. Cl.*

RO. NEP. T. AELIO. HADRIANO
REM GENTIQVE MVNICIPIVM AELIVM AVITTA
ROCOS. ET. Q. EGRILIO. P. L. ARIANO LEG. PR

Avitta olim Africæ Civitas, jamdiu excisa. Ejusdem meminere Ptolemæus, ac Tabulæ Peutingerianæ. Hinc discimus *Municipii* prærogativis ornatam fuisse.

5 *Tarracinæ in T[illegible]. E schedis Cyriaci apud Philippum Stosch Baronem Danum.*

ROMAE ET AVGVSTO CAES
DIVI. F. COLONIA ANSVR
A. AEMILIVS EX PEC. SVA
FECIT

Attulerat Gruterus pag. 105. num. 7. hoc marmor. Verùm is legit COLON. AVXVRN. eâque lectione fretus Cluverius, Oppidanos *Auxurantes* appellatos fuisse contendit, Livii exemplaria sugillans, in quibus occurrunt *Anxures*. At heic se nobis offert in eodem lapide ANSVR (quod idem est atque *Anxur*) ita ut videas, non Livii Libros, sed Gruterianum marmor esse heic emendandum. Ceterum nihil aliud fuit *Anxur*, nisi *Tarracina* Civitas, uti jam tradiderunt Livius, Plinius, Festus, Diodorus, & alii. Memoriæ etiam prodidit idem Livius, Romanorum Coloniam deductam fuisse *Tarracinam*.

2 *In S. Marci oppido in Sicilia. Ex Gualterio.*

ΤΟ ΜΟΤΝΙΚΙΠΙΟΝ ΤΩΝ
ΑΛΟΝΤΙΝΩΝ ΠΙΝΑΙΟΝ
ΠΟΛΛΕΙΝΟΤ [illegible] Ε [illegible] ΑΕΩΧΘΕ
ΝΟΜΟΤ ΕΡΙΠΡΑ [illegible] Τ [illegible] ΤΑΛΟ
ΟΝΟΝ ΕΤΝΟΙΑΣ ΕΝΕΚΕΝ

Ideſt :

Municipium
Alontinorum Pinæum
Pollini (Filium) . . . . .
. . . .
. . . . *Prudentiæ Caussâ*.

Aluntii, sive *Alontii*, Oppidi Siculi nomen occurrit non solùm apud Dionysium Halicarnasseum, sed & apud Ciceronem, & Plinium.

6 *Hispali. E schedis meis, & ex Donio.*

SEX. IVLIO. SEX. F. QVIR. POSSESSORI
PRAEF. COH. III. GALLOR. PRAEPOSITO. NVME
RI. SYROR. SAGITTARIORVM. ITEM. ALAE. PRIMAE. HISPA
NOR. CVRATORI. CIVITATIS. ROMVLENSIVM. MAV
RENSIVM. TRIBVNO. XII. L. FVLMINATR.
CVRATORI. COLONIAE. ARIENSIVM. ADLECTO
IN DECVRIAS AB OPTIMIS. MAXIMISQVE
IMPP. ANTONINO. ET. VERO AVGG. ADIV
TORI........ANTONINI. PRAEF. ANNON
AD OTIVM.............HISPANVM. RECEN
SENTVM. ITEM. SOLAMINA. TRANSFE
RENDA. ITEM. VECTVRAS. NAVICVLA
RIIS EXSOLVENDAS PROC. AVGG. AD
RIPAM. BAETIS. SCAPHARII. HISPALEN
SES. OB. INNOCENTIAM. IVSTITIAM
QVE. EIVS. SINGVLAREM

Quæ heic memoratur COLONIA ARIENSIVM, fortassis exstitit oppidum aliquod Hispaniæ Bæticæ conventus Hispalensis. *Ariani Montes* Oppidum ibi memoratur a Plinio, & *Ariorum Montes* in Itinerario Antonini. In schedis meis legitur COLONIAE AVRENSIVM. Ad ostium quoque Bætis fuit *Astá* Romanorum Colonia. Num pro *Ariensium* legendum est *Astensium*? Infra ROMVLENSES MAVRENSES habemus: quo nomine intelligenda videtur ipsamet *Hispalis*, amplissima Hispaniæ Civitas, nunc *Siviglia*; quæ certe *Colonia Romulensis*, sive *Romulea*, aut *Romula*, est olim appellata. Sed me turbat altera vox *Maurensium*, sive, ut Donius legit MAINENSIVM; quippe ignoro, an Cognomine hoc distincta fuerit nobilis illa Civitas. His lucem dabunt eruditi Hispani.

1 *In Sancti Martini extra Nursiam.*
Misit Hyacinthus Mannius Jurisconsultus Romanus.

T. SEPTIMIO. T. F. BLASTO. II. VIR.
PONT. IIII. COLONIAE. A. LANORVM
TIB. PIO. ANAMO SEPTIMIA IVLIANA L.

Undique erroribus fœdatus est hic lapis. Attamen omissum nolui. Quid sit COLONIA. A. LANORVM, ignoro. Corruptum certe est nomen; nullumque mihi vestigium se offert, *Nursiam* ipsam fuisse Romanorum Coloniam.

4 *Albingauni,*
in Sacrario PP. Prædicatorum.
Misit P. Petrus Martyr Cangiassi.

RELIQVVM GOTHICARVM
INIVRIARVM. IN. ROMANORVM
MVNICIPIVM. ALBINGAVNENSIVM

Albingaunum, nunc *Albenga* Civitas, in ora maritima Liguriæ sita, memoratur a Plinio, Strabone, Tacito, & aliis. *Municipium* heic appellatur; sed antiquitatem Lapidis præstare nequeo, & nolo.

5 *Antii.*
Ex P. Vulpio Soc. Jesu Presbytero.

AESCVLAP. SANCTO
COL. PRASID. ET
FAM. TVTEL
T. AVFIDIVS FRONTO
V. S. L. M.

Antium Oppidum præclarum olim Latii, nunc Campaniæ Romanæ. Fuisse illuc deductam Romanorum *Coloniam* semel atque iterum ex Livio didicimus. De illius antiquitatibus multa congessere Clariss. Viri Philippus a Turre, & P. Vulpius in vetere Latio.

6 *Romæ,*
in Museo Eminentiss. Cardinalis
Alexandri Albani.

M. AQVILIO M. F
FABIA FELICI
ACCENSVS EQVIT. ROMAN
PRAEF. CL. PR. RAVENNAT
PROC. PATRIM. BIS. PROC. HERED
PATRIM. PRIVAT. PROC. OPER. PVB
PRAEF. VEXILLAT. P. P. LEG. XI. CL
FR. PATRON. COL. OB. MER. EIVS
ANTIAT. PVBL.

Justo Commentario nobilem hanc Inscriptionem illustravit Cl. V. Philippus a Turre, postea Episcopus Hadriensis, eamque Romæ Anno Christi 1700. publici juris fecit. Quae nihil addam. Patronus istius Coloniæ fuit *M. Aquilius*, qui simul erat *Pro-Præfectus*, sive ut mavult a Turre, *Præpositus Legionis Undecimæ Claudiæ Fretensis.*

2 *Æsi.*
Ex Ligorio, ac Donio.

SOLI
INVICTO. MITHRAE
Q. IVNIVS. Q. F. VEL. TREBV
LLIANVS. SEVERIANVS
EQ. PVBLIC PRAEF. FABR
COLON. AESIS. PROCVRATOR
R P. ASCVLAN. CVRAT. REIP.
PITVL. PATRON. COL. AESIS
VV . L. M
L. D. D. D

Æsis, nunc *Jesi* in altera apud Gruterum Inscriptione *Colonia* appellari videtur. Heic diserte nomen istud repetitum legitur. PITVL. idest *Pitulum* Umbriæ Oppidum, nunc Italice *Piolo*, non procul a Camerino, a Plinio memoratur.

3 *Ibidem.*
Ex iisdem Ligorio, & Donio.

M. OPPIO. M. F. VEL
SECVNDIONI
EQVO PVBLICO
PROPR. PROV. GALL.
CVRATORI. MVNICIPI. NVMANI
DECVR. EIVSDEM. MVNIC
PATRONO. COLON. AESIS
PERP. CVRAT. R. PVBL. PESAVR
CVRAT. R. P. ATTIDIAT. CVRAT
CASVENTIN. AD. AGR. DIVIDEN
DAT. AB. IMP. CAES. ANTONIN
AVG. PIO. COR. AVREA. HASTA PVR
PLEPS. COL. AES . . . . .
OB. MERITA. EIVS. IN. C. D. C. D
L. D. D. D

Auximi in Urbe *Æsio* conterminâ plures adhuc exstant *Oppiæ* gentis Inscriptiones, apud Gruterum legendæ. *Numana* Civitas ad oram Hadriatici maris, nunc *Humana*, non procul ab Ancona, apud veteres occurrit. *Attidium*, ubi nunc nobilis Civitas *Fabriano*, & *Pisaurum* Colonia, celebriores Urbes fuere. *Casventinum* Umbriæ pariter Oppidum, *Colonia* a Frontino appellatur.

7 *In Carolina Transilvaniæ.*
Misit Cl. Vir Apostolus Zeno.
Edidit etiam Marchio Maffejus.

AVRELIAE
APOLLONIAE
T. AELIVS LVPVS
EQ. ROM. PONTIF
ET IIVIRAL
COLONIAE
APVLENSIS
MATRI
CARISSIMAE

Uti supra in Class. I. animadverti, quæ nunc in Dacia Mediterranea, sive Transilvania, appellatur a Germanis *VVeissemburg*, & ab Italis *Alba Giulia*, ex communi opinione antiquitus nuncupabatur *Apulum*, quod modò *Municipii*, modò *Coloniæ* nomine insignitum memoratur in vetustis Lapidibus. COLONIA APVLENSIS ei nomen fuit, quod & in aliis apud Gruterum monumentis non paucis invenias. In Pandectis quoque mentio *Coloniæ Apulensis* occurrit.

1 *Trojæ.*
Ex Whelero.

DIVI IVLII FLAMINI
C. ANTONIO M. F
VOLT. RVFO FLAMINI
DIVI AVG. COL. CL. APRENS
ET COL. IVL. PHILIPPENS
EORVMDEM ET PRINCIPI ITEM
COL. IVLIAE PARIANAE TRIB
MILIT. COH. XXXII. VOLVN
TARIOR. TRIB. MIL. LEG. XIII
GEM. PRAEF. EQIT. ALAE. I
SCVBVLORVM VIC. VII

Habes heic *Coloniam Claudiam Aprensem*. Civitatem Thraciæ *Aprum* Coloniâ Romanorum a Claudio Augusto insignitam fuisse, vidit etiam Vaillantius Lib. I. pag. 105. de Nummis Coloniarum. Sed monumentum hoc, uti res poscebat, minime commemoravit. Habes & *Coloniam Juliam Philippensem*. Celebris Macedoniæ Civitas *Philippi*, in Nummis quoque ab eodem Vaillantio productis, appellatur COL. IVL. AVG. PHILIP. Nempe tum Julius Cæsar, tum Augustus Colonos in eam deduxere. Denique habes *Coloniam Juliam Pariensem*. Urbs Mysiæ Parium in eisdem Nummis vocatur COL. PARIA IVL. AVG.

2 *Vindobonæ,*
in atrio Bibliothecæ Cæsareæ lapis e Dacia advectus.
Ex Marchione Maffejo.
Misit etiam Apostolus Zeno.

I. O. M. AETERNO
T. FL. FLAVIANVS
AVG. M. S. AP. ET DEC
COLL. FABR. VNAELIA
VINDIA. CONIVGE. SVA
QVOD. PRO. SE. ET. FLA
VIIS RESTITVTO FLAVI
NO IANVARIO FLAVIANO
FILIS SVIS VOVERVNT. V. S. L. M

Animadverti etiam in eadem Classe I. Municipium Apulum in Dacia *Septimii*, aut *Septimiani* cognomine donatum fuit. In eo Municipio *Augustalis* munere fungebatur Flavianus iste. Censet Clarissimus Maffejus desiderari CVM ante VNAELIA. Atqui in exemplo Apostoli Zeno habetur VNA ELIA. Ibi quoque legitur RESTVTO pro RESTITVTO.

3 *In Carolina Transilvaniæ.*
Misit Apostolus Zeno.

IMP. CAES. C.
MESS. QVINTO
TRAIANO
DECIO. AVG
P. M. TRIB. POT
II. COS. II. P. P.
RESTITVTO
RI. DACIARVM
COL. NOVA. APVLS

Spectat Inscriptio ad Annum Christi 250. Nummi & Lapides *Caji* prænomen tribuunt *Decio* Augusto. Qui *Cneum* appellant, infidis tabulis utuntur. Apud Mediobarbum hoc Anno complura Numismata Decii habentur, in queis legitur DACIA CAPTA. DACIA FELIX. Ab unis iis ergo discimus, Daciam antea Romanorum Provinciam, Barbarorum armis cessisse, ac deinde ab exercitu Decii fuisse receptam. Testis est & hic Lapis, veterem Daciæ *Coloniam Apulensem*, uti nuper dixi, ita excisam fuisse, ut NOVAM illuc deducere fuerit opus.

4 *Romæ.*
Ex P. Sirmondo.

L. ANTONIO
EPITYNCHANO
LICTORI. DEC. CVRIA
TIAE. QVAE. SACRIS
PVBLICIS APPARET
Q. Q. COLLEGI FABRVM
TIGNARIORVM OSTIS
SEVIRO AVG. IN. PROVINC
NARBONENSI COLONIA
AQVIS SEXTIS

Aquæ Sextiæ, nunc Gallice *Aix* in Gallia Narbonensi, sive in Provincia, ab antiquis etiam *Coloniæ* nomine decorantur.

5 *Arretii.*
Ex Ligorio.

GENIO. INVICTO
L. AVSIMVS. L. FILI
VS. PVP. PARRIAN
VS. C. C. MVNICIP
ARRETIN. ANN
XV.
SVA PECVN. DD.

Mutilam ex Aldo dederat Gruterus pag. 372. num. 12. Siglas C. C. cum Scaligero interpretor *Curator Civium Municipii Arretini*.

6 *Asculi.*
Misit Illustrifs. Henricus Henriquez,
Gubernator Maritimæ
& Campaniæ.

\- - - - - - - - - - - - - - - - - - - -
\- - - - - - IO. HADRIANO. AVG. QVINQ. HADR
PATR. MVNICIPI. ASCVL.
L. IVLIVS. L. F. FLOR. I. DIC. ET. SIRIC. P. F
PAVIN. IIVIR. AEDIL. STAT - - - - - -
\- - - - - - - - ESTR - - - - - - - - -

Asculum Piceni Civitas, tum apud Latinos, tum etiam nostris temporibus illustris, & *Municipium* & *Colonia* appellatur in veterum Libris, & in antiquis Marmoribus.

1 *Afifii,*
in Sancti Antonii,
Patrum Tertii Ordinis Sancti Francifci.
Mifit doctifs. P. Philippus Camerinius.

BONVM
EVENTVM
MVNICIPIO
MVNICIPIBVS
ET INCOLIS ASI
SINATIBVS
Q. TRESIVS
PRIMIGENI
LIB CAMPAN
VS VI VIR AVG
S. C. L. D

Afifium, Umbriæ mediterraneæ Civitas, in aliis quoque lapidibus *Municipii* nomen gerit.

4 *In Civitate Atinæ.*
Ex Taulero, ac Donio.

Q. HERIO. Q. F. TER. OCTAVIO IVSTO
PATRONO. MVNICIPI. FLAM. DIVI
TRAIANI. AED. II. VIR. II
QVINQ. Q. II. OB MERITA EIVS
ATINATES. DEC. AVG. ARVANI. VI. VIR
PLEBS VTRIVSQVE SEXVS EX
REDITV PECVNIAE LEGATAE
SIBI
L. D. D. D

Atina Latii Civitas non procul ab Arpino, & Aquino, *Potens* a Vergilio appellatur, atque ab aliis antiquis Scriptoribus memoratur. Quid fint *Aruani*, fruftra fortaffis inquiras. P. Taulerus legit ARKANI. Adhuc tenebras habes. Mendum ego fufpicor.

6 *In Helvetia.*
Ex Actis Eruditor. Lipfienf.

IVL. C. F. FABIA CAMILLO
AC. AVG. MAG. TRIB. MIL.
LEG. IIII. MACED. HAST. PVR.
ET. CORONA AVREA DONATO
AB. TI. CLAVDIO CAESARE AVG.
GERM. CVM AB EO EVOCATVS
IN BRITANNIA MILITASSET
COL. PIA FLAVIA CONSTANS
EMERITA HELVETIOR.
EX VOTO. D. D

Aventicum Helvetiorum olim caput, appellatum fuit *Colonia Pia Flavia Conftans Emerita*. Julius ifte Camillus, qui fub Claudio Augufto militaffe dicitur, vitam produxiffe credendus eft ufque ad Vefpafianum, ejufque Filios, quum certe nonnifi fub iis Colonia illa cognomentum *Flaviæ* accepiffe potuerit. In poftrema linea illud EX VOTO, quum minime de tabula votiva agatur, aliquid peregrini, ne dicam intolerandi præfert.

2 *Aftigi in Hifpania.*
E fchedis Farnefiis mifit P. Andreafius e Societate Jefu.

SEX. ALLIO MANITVO
PONTIFICI PERPETVO
COL. ASTIGITANAE ET
FLAMINI DIVOR. AVGVST
CONCIL. IMMVNES. ILIPENSES
DECVRIONES VIRITIM STATVAM
D D

Eadem eft *Aftigitana Colonia*, atque *Augufta Firma*, de qua in fubfequenti Infcriptione. Hanc dederat ex Morali Gruterus pag 305. num. 8. fed admodum depravatam. De *Ilipenfibus* audi Plinium Lib. 3. Cap. primo: *Oppida Hifpalenfis Conventus Celtica*, *Axatiara*, *Arruci*, *Menoba*, *Ilipa cognomine Italica*.

3 *Ibidem.*
Ex eifdem.

P. NVMERIO MARTIALI
ASTIGITANO
IIIIII VIR COL. AVG
FIR..... VIR. I. D
P NVMERIVS ....TOR
PATRONO INDVLGENTISSIMO
D. S. P. D
EX EDITIS CIRCENSIBVS
DEDICAVIT

Aftigis, nunc *Ecija*, Civitas in Diœcefi Hifpalenfi, *Colonia Augufta Firma*, Plinio tefte, uti dicebam appellata fuit. Ejus quoque mentionem habes in Thefauro Gruteriano pag. 101. num. 8.

5 *In Civitate Genevæ.*
Ex Clarifs. Marchione Maffejo.

PRO. SALVTE. DOMVS. DIVIN
I. O. M. IVNON. REGIN
ARAM. Q. AELIVS. AVNVS IIIIII. VIR. AVG
DE. SVO. ITEM. DONAVIT. VICAN
MINNODVNENS -X-DCCL. EX
QVORVM. VSSVR. GYMNA
SIVM. IN. DERCI. TEMPOR
PER. TRIDVM. EISDEM
VICAN. DEDIT. IN. AEVVM
QVOD. SI. IN ALIOS VSVS
TRANSFERR. VOLVERINT
HANC. PECVN. INCOL. COL. AVEN
TICENSIVM. DARI. VOLO
L. D. D. V. M

Aventicum, nunc *Avenches*, Oppidum Helvetiorum, ex altera quoque Infcriptione apud Gruterum pag. 110. num. 2. *Coloniæ* ornamentis infignitum dignofcitur. *Minnodunum* nunc *Moudon* Cellario & Maffejo creditur. Mihi dubitatio eft, an in marmore ita prorfus hæc legantur IN. DERCI. TEMPOR; videtur enim ibi præcipi, ut Gymnafium inde erigatur, & *Emporium* per triduum habeatur. Animadverte *Incolas Coloniæ*. Iidem videntur atque *Coloni*. Si hoc ftatuis, habes etiam, cur interdum occurrant *Municipes*, & *Incolæ*. Ii veteres Civitatis habitatores, qui propterea *Municipium* fuam Urbem appellant. Ifti vero *Coloniam*.

1 *Ex Boissardo*,
Pater Montfauconius.

M. IVLIO PVDENTI
FLAMINI DIALI
AVG. RHAET. MVN. PAT
ET. L. CINCIO. M. F. SOSIBIO
QVAEST. AVXIL
FLAVIA. L
PAVLA MODESTINA
CONIVX CONIVGI
B. M. P
ET IVLIO MODESTINO M. F
ET LIVILLAE BALBAE VERNAE. F

Ideſt *Flamini Diali Auguſti Rhætorum Municipii Patrono*. Quænam verò Civitas heic deſignetur, Eruditis diſputandum relinquo. Sunt, qui *Auguſtam Vindelicorum* eo nomine donatam putant. *Soſibius* infra memoratus mihi creditur *Quæſtor Auxiliariorum*, ſive *Copiarum Auxiliarium*.

4 *Ibidem*.
Ex eiſdem.

P. CORNELIVS FIRMVS AN. L.
AEDILIS IIVIR IN COLONIA
A. G. H. S. E
S. T. T. L

Ideſt: in *Colonia Auguſta Gemella*. *Heic Situs Eſt*. *Sit Tibi Terra Levis*.

5 *Auguſtæ Taurinorum*,
in Regia Scientiarum Academia.
Miſit Excellentiſs. Comes Caiſſottus Præſes Senatus.

IIII VIR. A. P
ORDO. AVGVSTA
TAVRINORVM PATROCINIVM
COLONIAE. DECREVIT. ET
PER LEGATOS DETVLIT
D D

Jam notum eſt ex Plinio, ac Tacito, *Taurinenſem* Urbem olim celebrem, celebriorem nunc, a Romanorum Colonia fuiſſe inhabitatam. *Auguſtæ* quoque nomen, & lapides complures idem teſtantur. Electus fuit ignotus iſte vir *Patronus* ab *Ordine*, ideſt a Collegio Decurionum *Coloniæ Auguſtæ Taurinorum*, & pro more id munus per Legatos oblatum illi fuit.

7 *Auximi*.
Miſit Fridericus Paulus Ponticellius.

C. IVLIO. C. F. VEL. OPPIO
CLEMENTI
X. VIRO. STLITIB. IVDIC
TRIB. LATICL. LEG. IIII. FL. FEL.
QVAESTOR. PROVINC.
BAETICAE
TRIB. PLEBIS. CANDIDAT.
IMP. ANTONINI AVG
PRAETORI. CANDIDATO
EIVSDEM
PATRONO. COLONIAE
COLONI

Teſtem habemus Vellejum Paterculum Lib. I. Cap. XV. Romanorum Colonos *Auximum in Picenum* miſſos fuiſſe. Aliunde verò multa eſt Urbi illi celebritas nominis.

2 *In oppido* Martos *in Hiſpania*.
E ſchedis Farneſiis, *&* *ex Donio*.

L. IVLIO. L. F. SER
CVLEONI
II. VIR
COL. AVG. GEM
D . D

Donius habet CVLLEONI. Quod oppidum nunc in Hiſpania appellatur *Martos*, olim *Tucci*, fuit Urbs Turdulorum in Bætica. Huic, Plinio teſte, *Colonia Auguſta Gemella* cognomentum acceſſit.

3 *Ibidem*,
In domo Johannis Creſpi.
In columna.
E ſchedis P. Cattanei.

ANICIAE SEX. F
POSTVMAE
ETRIL. AFRI
COL. AVG. GEM
D . D

ETRIL. AFRI Patriam fortaſſis Africanam, aut Patrem indicat hujus feminæ, niſi depravatus ſit locus.

6 *Jaen Monteſai in Hiſpania*.
E ſchedis Farneſiis, *&* *ex Donio*.

M. FABIVS FLORIVS
AVRIGIT. VI. VIR
M. FLAVI. AVRIG
ANN. LXX
PIVS IN SVIS HIC
SITVS EST. SIT. TIBI. T. L.

In ſchedis Ramberti apud Canon. Bertoli legitur FLORVS. In meis ſcriptum videtur FLORIANVS pro FLORIVS. Et tum in illis, tum in Farneſiis pro AVRIGIT. & AVRIG. legitur. AVRGIT. & AVRG. Rurſus in meis ſchedis *Arionæ* ponitur lapis. *Aurigis*, ſeu *Aurinx*, Hiſpaniæ Bæticæ Civitas fuit. Vulgo nunc appellatur *Jaen*. Heic mentionem habes *Municipii Flavii Aurigitani*, ſive *Aurgitani*. *Flavii* cognomen indicio eſt, a Veſpaſiano, ejuſve Filiis, privilegia eidem fuiſſe collata.

8 *Barcinone*. *Ex Cl. V. Petro de Marca*.

L. LICINIO. SECVNDO ACCENSO PATRONO
SVO. L. LICINIO. SVRAE. PRIMO. SECVNDO
TERTIO. CONSVLATV. EIVS. IIIIII. VIR. AVG
COL. I. V. T. TARRAC. ET COL. F. I. A. P
BARCIN. IIIIII. VIR. AVGVSTALES

Sex alias Inſcriptiones Barcinonenſes, huic ipſi *Licinio* poſitas adfert Gruterus pag. 429. inter quas fortaſſis & iſta habetur, ſed manca. Niſi iiſdem ferme verbis Gruterianæ conceptæ fuiſſent, hanc vitiatam fuiſſem ſuſpicatus, adeo confuſus eſt verborum ſenſus. Cenſet doctiſſimus De Marca, ſtatuam a *Seviris Barcinonenſibus* poſitam fuiſſe *L. Licinio Secundo*, *Liberto L. Licinii Suræ*; qui *Secundus*, *primo*, *ſecundo*, *&* *tertio Conſulatu* Suræ fuerat *Sevir Auguſtalis* Coloniæ Tarraconenſis, & Coloniæ Barcinonenſis. Et Sane *Lucius Licinius Sura* Anno Chriſti 98. 102. & 104. Conſulatu Romæ functus fuit. Sed erunt, quibus videatur L. Licinius Secundus appellari heic *Patronus* Auguſtalium Barcinonenſium. Utcumque ſit, geminas Colonias exhibet nobis hic lapis. *Tarraconenſem* videlicet per ſiglas illas COL. I. V. T. ideſt *Colonia Julia Victrix Tarraco*; & *Barcinonenſem* per alias COL. F. I. A. P. hoc eſt *Colonia Faventia Julia Auguſta Pia Barcino*. In Gruteriano lapide *Flavia Pia* nuncupatur.

1 *Beneventi.*
E schedis meis.

A. OCTAVIO ERONI
MAIORI
COLONI ET INQVILINI

A Vellejo Paterculo deducta *Beneventum Colonia* dicitur *Sempronio Sopho*, & *Appio Cæci filio* Consulibus, ideft Anno Urbis Conditæ 485. *Colonorum* nomen in hoc marmore idem teftatur. *Inquilini* funt veteres Habitatores, five *Municipes*.

3 *Cære, nunc* Cervateri.
Ex Ligorio.

SOLI. SANCTISSIMO
SERAPI. CONSERVATO
RI. SACRVM
C. AIMILIVS. C. F. SCAP.
PROCVLEIANVS. SECVN
DVS. FLAM. DIVI. AVG
DECRETO. MVNICIP
CAER. VI. VIR. AVGVST.
PRAEF. FABRVM. VOTO
SVSCEPTO. LIB. MER
L. D. D. D

Mutilum dedit Gruterus pag. 36. num. 2. ex Panvinio, qui ex quamplurimis aliis partem Infcriptionum in fuum ufum protulit, & reliqua omifit. *Ceræ* oppidum Etrufiæ antiquæ, non procul a Roma, celebratiffimum eft apud veteres. *Municipii* nomine heic gaudet.

6 *Capuæ. Ex Donio.*

IMP. CAES. DIVI. M. ANTONINI
GERM. SARM. FIL. DIVI. COMMODI
FRATRI. DIVI. ANTONINI. PII. NEPO
DIVI. HADRIANI. PRONEPOTI. DIVI
TRAIANI. PARTHICI. ABNEPOTI. DIVI
NERVAE ADNEPOTI
SEPTIMIO SEVERO. PIO. PERTINACI
ARA . . . . . DIABENICO. P. P. PONTIF. M
TRIB. POT. IIII. IMP. VIII. COS. II. PROC.
COLONIA CAPVA

Spectat Infcriptio ad Annum Chrifti 196. fi tamen legitima eft; nam Clarifs. Gorius Donianæ fupellectilis editor eam fufpectam habet, quamquam fufpicionis cauffas non indicet. Quin Romanorum *Colonia* fuerit nobiliffima Urbs *Capua* nemo dubitat. Sunt & aliæ Infcriptiones legitimæ, atque in hac ipfa Collectione, in queis *Severus* appellatur *Divi Commodi Frater*. De Capuana Colonia multa habet Cl. V. Alexius Symmachus Mazochius Canonicus in Lib. de Amphitheatr. Campano.

8 *Interamnæ. Ex Angelonio.*

P. TVRCIO. P. F. STEL. SEVERO. II. VIR. CVRAT. REIPVB
INTERAMNAT. LIRIN. EORVMDEM. PATRONO
COL. CASSINAE

Caffinæ mihi creditur fphalma defcriptoris, qui & STIL. pro STEL. nobis dedit. Nam quid fit *Caffina* Colonia apud veteres, nemo, ut arbitror, novit. Neque *Colonia*, aut *Coloni Caffinæ* fcriptum fuiffet. Itaque reftituendum reor COL. CASINAT. Aliunde, ut nuper dixi, *Colonia Cafinas* nota eft. Hæc autem Infcriptio non pertinet ad Civitatem, quæ nunc *Terni*, fed quidem ad alteram *Interamnam*, fitam ad fluvium Lirim, nunc vulgo l'*Ifola*.

2 *Brundufii,*
lapis effoffus in Palatio
Nobb. Montenigrorum.
Mifit P. Joh. Chryfoftomus Scarfò
Mon. Bafilian. V. Cl.

IMP. CAESARI DIVI
NERVAE. F. NERVAE
TRAIANO AVG. GER
DAC. PONTI. MAX. TRI
POT. XIV. IMP. VI. CONS. V. P. P.
BRVNDISINI DECVRIONES
ET MVNICIPES

Ad Annum Chrifti 110. pertinet Infcriptio. *Brundufium*, five *Brundifium*, Municipii juribus ornatum heic habes. Illuc Romanorum Coloniam deductam fuiffe, jam novimus, præeunte Livio. *Brundifina* quoque *Colonia* memoratur a Cicerone Lib. 4. Ep. 1. ad Atticum.

4 *Ibidem,*
in Palatio Comitis.
Ex eodem.

L. VILONIO. ASELLIO
AVGVRI. CENS
MVNICIPES. ET. INCOL.

5 *Calatiæ, in Foro,*
Ex Donio.

VENERI. FELICI
P. SERVILIVS P. F. PAL. APRILIS
II. VIR Q. Q. Q. R. P. O. PEC. ALIMENT
PATRON. MVNICIPI. CALATINORVM
CVRIA. O. F. N. D. REEIP. EIVSDEM
PECVNIA. SVA. FECIT

Campaniæ Urbs *Calatia*, nunc Italice *Cajazzo*, contermina Capuæ, *Municipium* fuit. Sed illuc etiam deducta Colonia a Julio Cæfare Imperatore. *Aprilis* ifte fuit *Duumvir Quinquennalis*, *Quæftor Reipublicæ Oftienfis Pecuniæ Alimentariæ*. Attingere non audeo figlas illas CVRIA. O. F. N. D. Interpretari quidem fubit *Oftienfium Fabrûm Navalium Dendrophororum*; fed quei hæc componantur cum *Curia*, & *Reipublicæ* non video. Num pro *Curia* legendum CVRIO, ideft *Curato. Sacrorum*? Illud D. propter fubfequens vocabulum REEIP. ideft *Reipublicæ*, explicandum videtur *Decurionum*. Atque heic fenfus pofcit aliquod Ablativo cafu, ne duo Nominativa concurrant.

7 *Verulis. Ex Ligorio, ac Donio.*

L. ALFIO. L. F. COR
VALLENTINO. II
VIR. II VIR. Q. Q. M. V
CVRAT. REIP. COL
CASINATIVM. ET
PATRONO. ORDO
SEVIRALIVM ET
AVGVSTALIVM OB
MERITA EIVS
L. D. D. D

Duumvir Quinquennalis Municipii Verulani fuit *Alfius* ifte *Valentinus*, in quo nomine fculpta vides duo LL. lapicidæ fortaffis licentiâ. *Verulas*, Campaniæ oppidum, *Coloniæ* quoque cognomine donatam fuiffe, auctor eft Frontinus. *Cafinatis Coloniæ* idem meminit.

1 *Romæ*, *in Museo Eminentiss. Cardinalis Alexandri Albani. Misit Franciscus Blanchinius V. Cl.*

In fronte.	*In sinistro latere.*
PVBLIO CORNE	IMP.
LIO LICINIO	FL. VALERIO
VALERIANO	SEVERO
NOBILISSIMO	NOBILISSI
CAESARI SS. COL	MO CAESARI
IVLIA CASTRO	CASTRONO
NOVO DEVO	VANORVM
TA NVMINI EIVS	

Geminum *Castrum Novum*, utrumque Romanorum *Coloniâ* insignitum olim, Italia novit. Alterum in Piceno; a Truento fluvio paucis passuum millibus distans. Alterum in Etruria ad litus maris, non longe a Centum-Cellis, ubi nunc Oppidulum Sanctæ Severæ. Ad postremum hoc pertinere opinor egregium istum Lapidem, ex quo nunc primum discimus, *Coloniam Juliam* appellatum fuisse *Castrum* hoc *Novum*. Livius quoque Lib. 36. Cap. 3. Oppidum hoc inter Colonias numeraverat. Siglæ SS. mihi creduntur *Splendidissima*, nempe *Colonia Julia*.

2 *Ibidem. Ex eodem Museo.*

CORNELIAE
SALONINAE
SANCTISSI
MAE AVG
COL IVLIA
CASTRONO
VO DEVOTA NV
MINI EIVS

Tam ista, quàm superior Inscriptio, ad *Valerianum* Gallieni Augusti & Saloninæ Filium, & ad *Saloninam* eamdem, positæ fuerunt circiter Annum Christi 260.

3 *Castulone, in Hispania. Ex Donio.*

Q. THORIO. Q. F. CVLLEONI
PROC. AVG. PROVINC. BAET
QVOD. MVROS. VETVSTATE
COLLAPSOS. D. S. REFECIT. SOLVM
AD. BALINEVM. AEDIFICANDVM
DEDIT. VIAM. QVAE. PER. CASTVL
SALTVM. SISAPONEM. DVCIT
ASSIDVIS. IMBRIBVS. CORRVP
TAM. MVNIVIT. SIGNA. VENE
RIS. GENITRICIS. ET. CVPIDI
NIS. AD. THEATRVM. POSVIT
HS. CENTIES. QVAE. ILLI. SVMMA
PVBLICE. DEBEBATVR. ADDITO
ETIAM. EPVLO. POPVLO REMISIT
MVNICIPES. CASTVLONENSES
EDITIS. PER. BIDVVM. CIRCENS
D . D

Castulo, nunc *Caslona*, validum olim fuit Hispaniæ Bæticæ Municipium. A Silio laudatur. *Castulonenses* memorat Plinius. *Sisaponis* in eodem tractu est mentio apud Strabonem, apud Ciceronem, & ipsum Plinium. A nonnullis nunc creditur *Fuente Ovejuna*, ab aliis *Guadalcanal*.

4 *Celejæ, ad S. Maximiliani. Ex P. Duellio.*

D M
D. CASTRICIO
VERO
ANTONIO. AVITO DEC. CL. CEL. AN. XXVII
IVLIA. Q. FIL. VERA MATER V. F. ET. SIBI

Vide Gruterum pag. 386. num. 3. *Celeja* illustris Civitas Norici CLAVDIA heic appellatur, fortasse quod *Coloniam* Romanorum acceperit sub Claudio Augusto. Cognomentum saltem ab eo accepit.

5 *Vindobonæ, in atrio Bibliothecæ Cæsareæ. Ex Marchione Maffejo.*

C. ATILIO SECVNDI
ANO AED. CL. CEL. AN
LVIIII. ET VEPON. BELLICI
NAE. EIVS. ATILIVS. SE
CVNDVS. PARENTIB
ET. CALV. TVTORINAE
CONI. PVDICISSIMAE AN. XXXII.
ET AT ... NDINAE

Habes heic *Ædilem Claudiæ Celejæ*. Post EIVS in quartâ lineâ subintelligendum *Conjugi*.

6 *Cordubæ, apud Bernardum Cabreram. E schedis P. Cattanei.*

T. IVLIO. T......
AEDILI COLO.....
CLARITATIS IVLIAE
LICINIAE. L. L. ANTIOCHINI
LICINIAE. L. L. AESIONAE
IVLIAE. T. L. LYBISSAE

Attubi, Hispaniæ Bæticæ oppidum, teste Plinio, *Colonia Claritas Julia*, nuncupatum fuit. Ejus situs incertus. Sunt, qui putant, ubi nunc *Aspavia* oppidulum. Et sane ibi adhuc fragmentum visitur ab eodem P. Cattaneo mihi suppeditatum, ubi CLAR. IVL. superest, ceteris ita detritis, ut referre nihil intersit. Sed quum *Aspaviæ* nomen apud A. Hircium occurrat, *Aspaviam* ab *Attubi* distinguere necesse est.

7 *Ossunæ in Hispania. E schedis Farnesiis & Ambrosianis.*

L. VETTIVS. C. F. SER
CENT. LEG. XXX
II VIR ITERVM
C. C. C. IVL. SACRVM DAT.

Et istam Inscriptionem spectare opinor ad Hispanicum *Attubi*, atque legendum esse in postremâ lineâ, *Coloniæ Claudiæ Claritatis Juliæ*. In aliis schedis habetur C. C. G. IVL.

1 *Sabariæ in Dacia.*
Ex Comite Marsilio.

Q. MVLLIVS. SEX. F.
CLA. FLORENTINVS
AN. VESTIFICAE NAT
...... VSTAE. CON. ET. Q. MVL. Q. F
MARCELLO. SEVIR. C. C. S. AN. XX.
ET MVLLIAE MARCELLINAE Q. F. NEP

Siglæ C. C. S. significant *Coloniam Claudiam Sabariam*, olim in Dacia, sive in Pannonia celebrem, ac potissimùm quod in ea natus est Sanctus Martinus Turonensis Episcopus.

2 *Biliniæ,*
in agro Aquilejensi.
E schedis Belloniis apud Apostolum Zeno.

TINIVS TROPHIMVS
AVG. L
CL. SAVAR. ORNAM. D

Ad hanc ipsam Coloniam spectare mihi creditur hic lapis. Proinde *Trophimus* iste videtur mihi *Claudiæ Savariæ Ornamentarius Decurio*, uti Nemausenses appellabant Decuriones suos, honoris tantùm caussâ creatos.

3 *Sabariæ in Dacia.*
Ex Comite Marsilio.

L. VAL. L. F. CL. CEN
SORINVS. DEC. C. C. S. ITEM
VE. LEG. Ī. AD. EX. BF. COS.
M. V. P. S. ET PLAVTIAE INSE
QVENTINAE. CON. SVAE. ET VAL
ERIS CENSORIANO. N
FLORENTINO. N. VENERIO
N. VEBRAENO. N. ET CEN
SORINILLAE. N. FIL ....
LIB. LIB. SVIS

Corruptam antea dederat Gruterus pag. 389. num. 1. *Censorinus* iste fuit *Decurio Coloniæ Claudiæ Sabariæ*, ut indicant siglæ C. C. S. Alias verò VE. LEG. Ī. AD. sic interpretor *Vexillarius* aut *Veteranus Legionis Primæ Adjutricis*. Sequentes demum EX. BF. COS. M. V. P. S. ita explicandas opinor *Ex Beneficiario Consulis. Monumentum Vivus Posuit Sibi* &c.

4 *Coræ.*
Ex P. Vulpio Soc. Jesu.

TOVTIAE
C. LEPANI Q. CLIDI
MATRI
EX S. C
MVNICIPIVM OLIM
OB BENEFICIVM
ET LIBERIS

Ex Livio Lib. II. Cap. 16. didicimus, *Coram* Latii oppidum, suum adhuc retinens nomen, *Coloniam* Romanorum fuisse. Sed non semel animadvertas Loca, quæ apud veteres modò *Municipii*, modò *Coloniæ* nomen & jura sibi tribuunt.

5 *in Vinea Cardinalis Aldobrandini.*
Ex Donio.

D. M. S.
CORINTHO HELVI
PHILIPPI SER
EX LVSITANIA MVNICIPIO
COLLIPONENSI
ANN. XXI.
VICTOR ET CELER FRATRI
D. S. F

In editis Plinii Lib. 3. Cap. primo, *inter æstuaria Bætis* ponitur *Oppidum Nebrissa*, cognomine *Veneria*, & *Colobona*, *Coloniæ*. Inscriptione hac præeunte, scribendum *Collipona*, idest Civitas in Colle posita. Heic ergo habes *Corinthum Helvii Philippi Servum Ex Lusitania Municipio Colliponensi*.

6 *Crotone,*
in Sancti Angeli,
in columna.
Misit Angelus Zavarronius J. C. Clariss.

FVTIAE C. F. LOLLIANAE
FILIAE PIISSIMAE
C. FVTIVS ONIRVS

In basi ejusdem columnæ.

LOLLIO L. F. L. N. L. PRN. COR
MALCIANO EQV. PVB. ORNATO
PATRONO COL. OMNIB. HON
FVNCTO
FVTIA. C. F. LONGINA MATER
OB CVIVS STATVAE DEDICATIONEM
DECVRIONIB. AVGVSTALIB. EPVLANTIBVS
ET POPVLO VIRITIM
DIVISIONEM DEDIT
L. D. D. D

Antiquissima Bruttiorum Civitas *Croton*, seu *Croto*, nunc in Calabria *Cotrone*, a Cicerone, & Petronio Arbitro præcipue laudatur. Reliquos laudatores, eosque plurimos prætereo. *Coloniam* Romanorum fuisse, auctor est Livius Lib. 34. quod ab hoc Marmore confirmatum vides.

7 *In Campo Vallensi in Catalonia.*
Ex Petro de Marca V. Cl.

IMP. CAESARI
DIVI. HADRIANI
FIL. DIVI. TRAIANI
PARTIC. NEPOTI
DIVI. NERVAE
PRONEP. T. AELIO
ANTONINO. AVG. PIO
PONT. MAX. TRIB
POTESTAT. COS. II.
DESIG. IIII P.
D. D. MVNICIPI. F. EGARA

Positus fuit lapis hic unà, ut puto, cum Statua *Antonino Pio Augusto* dicatâ Anno Christi 139. Non longe a Barcinone a Cellario, & de Marca statuitur *Municipium Felix* (ut opinor, nisi *Flavium* velis) *Egara*, cujus nullum vestigium apud veteres. Accedit & subsequens Inscriptio.

1 *In Campo Vallensi.*
Ex eodem Petro de Marca.

Q. GRANIO
Q. FIL. GAL
OPTATO II. VIR
EGARA TRIBVNO
MILITVM
GRANIA
ANTVSA
MARITO
OPTIMO
L. D. D D

Si *Optatus* iste *Duumvirum Egaræ* egit: ergo Decurionum Ordo ibi fuit; & illustrem locum ejusmodi Ordo nobis indicat.

3 *Neapoli,*
in tubo plumbeo.
Ex Donio.

COLONIA FLAVIA
AVGVSTA PVTEOLIS

Puteoli, celebratissima apud Romanos Scriptores Campaniæ Civitas. Illuc Anno V. C. 559. deducta Colonia fuit. Nova deinde ab Augusto, Frontino teste, atque ideo *Colonia Augusta* nuncupata. Sed repugnare videtur Tacitus, scribens Lib. 13. Annalium: *Vetus oppidum Puteoli jus Coloniæ & Cognomentum a Nerone adipiscuntur*. Fortassis antea hoc jure multati fuerant. Porro Cognomen *Flaviæ* indicio est, etiam sub Vespasiano, ejusque Filiis, novam Coloniam illuc fuisse deductam, aut veterem restauratam.

5 *Firmi.*
Ex Pompejo Compagnonio seniore.

CLAVDIA VSSVNA MATER
IVLIAE SABINAE F
IVLIVS. M. F. AVXIVS
C. AVXONIVS. P. F. LEG. XX.
FLAVIAE COL. FIRMI PICENI
SE VI MANCIPATVS
FECIT SIBI ET FLAVIAE
Q. AVXI. Q. F

Ex Livio & Vellejo novimus, *Firmum*, nobilem Piceni Urbem, a *Colonia* Romanorum fuisse inhabitatum. Sed accuratiùs descriptam epigraphem hanc optassem. Siglæ P. F. videntur scriptæ pro PRAEF. *Præfectus*. Verùm *Legio XX. Flavia* nusquam mihi reperitur, sed quidem III. IV. X. & XVI. Quid sit SE VI, non assequor. Fostasse SE VIR. In postrema quoque linea vitium suspicor.

6 *Ibidem.*
Ex Cl. V. Hannibale de Abatib. Oliverio.

L. CIRPINIO. T. F. VEL
PRI. PIL. ITER. PRAEF
LEG. XXII. IIVIR ITERVM
QVINQ
MVNICIPES

Ergo *Firmum*, nobilis Piceni Civitas *Municipii* jure fruebatur, dum ibi nata fuerit Inscriptio hæc. Illuc autem Romanorum Coloniam fuisse deductam, ex Paterculo, atque Lapidibus, jam didicimus.

2 *Perpiniani.*
Ex Petro de Marca prælaudato.

L. CORNELIVS. LONGVS. ET
M. CORNELIVS. AVITVS. F. ET
L. CORNELIVS. LONGVS. ET
C. CORNELIVS. SERVINVS. ET
M. CORNELIVS. AVITVS. ET
P. CORNELIVS. CORNELIANVS. NEP. EX L
EIME AQVAM. IN MVNICIPIVM. FLAVIVM
EBVSVM. S. P. P.

Censet celebratissimus de Marca, *Perpinianum*, nunc caput Ruscinonis, sive Rossilionis, olim fuisse *Municipium Flavium Ebusum*. Sed quid si ex Insula *Ebusa* (nunc *Yvizza*) ubi olim Civitas *Ebusus*, seu *Ebusum*, translatus fuerit hic idem Lapis Perpinianum?

4 *Puteolis, in Arcu.*
Misit Nob. V. Ignatius Maria Como Neapolit.

IMP. CAESARI. DIVI. HADRIANI. FILIO
DIVI. TRAIANI. PARTHICI. NEPOTI
DIVI. NERVAE. PRONEPOTI
T. AELIO. HADRIANO. ANTONINO. AVG
PIO. PONT. MAX. TRIB. POT..... COS... P. P
COLONIA. FLAVIA. AVG. PVTEOLANORVM
QVOD. SVPER. CETERA. BENEFICIA. AD. HVIVS
ETIAM. TVTELAM. PORTVS
PILARVM. VIGINTI. NOVEM. CVM. SVMPTV
FORNICVM. RELIQVO. EX. AERARIO
SVO. LARGITVS. EST

Hujus Inscriptionis fragmentum produxerat Gruterus pag. 256. num. 9. Integram habes, nisi quisquam ingenio suo suppleverit, quod tempus absumserat. Certe mihi dubitationem aliquam ingessit, desiderari heic Annos Tribuniciæ Potestatis & Consulatus. Sublatâ verò suspicione hac, habes nobile Epigramma in Antonini Pii Augusti honorem marmore insculptum.

7 *Utrariæ,*
sive Utriculi in Hispania.
ad Aram maximam Sanctæ Mariæ de Mensa.
E schedis Mattioli Sanctii, & ex Donio.

L. MARCIVS. L. F. L. N. L. PRON.
L. ABNEP. QVIRIN. SATVRNINVS
AN. XIIX. MENSIVM. V. H. S. E.
HVIC ORDO MVNICIPI FLAVI
SALPESANI LAVDATIONEM
LOCVM SEPVLTVRAE STATVAM
PEDESTREM IMPENSAM FVNERIS
ET ORNAMENTA DECVRIONATVS DECREVIT
EIDEMQVE OMNES HONORES
A POPVLO ET INCOLIS HABITI
SVNT
L. MARCIVS. L. F. QVIRINA. PROCVLVS PATER
IMPENSAM REMISIT

In Hispania Bætica a Plinio Lib. 3. Cap. 1., inter alia oppida enumerantur *Turobrica*, *Lastigi*, *Alpesa* &c. Vix fallamur opinando, *Alpesam* Plinii idem esse atque *Municipium Flavium Salpesanum*. Propterea que aut apud Plinium *Salpesa* restituendum est, aut exscriptorum incuria *Salpesani* pro *Alpesani* huc irrepserit. Exemplaria profectò Plinii compluribus vitiis abundant, præsertim in Geographicis.

1 *Alcaudete in Hispania.*
E schedis Farnesiis.

Q. VALERIVS. OPTATVS
AVGVSTALIS PERPETVVS
HVIC ORDO MVNICIPI FLAVI
SOSONEGILANORVM
CENAS PVBLICAS DECREVIT
ET LOCVM IN QVO STA
TVAS SIBI VXORI LIBERISQVE
PONERET LOCO ADSIGNATO
PONENDAS CVRAVIT

Inter Cordubam & *Alcalà la Real* situm est oppidum *Alcaudete* in Vandalicia, sive *Andaluzia*. Hoc ei nomen imposuerunt Arabes Veri videtur simile, antiquitus appellatum fuisse *Sosonegilanum*. Sed eruditi Hispani accuratius hunc lapidem illustrare poterunt. *Municipii* istius *Flavii* nullum mihi apud veteres vestigium occurrit.

4 *Angleriæ*
in horto Comitum Borromeorum.
E schedis Jacobi Valerii. Descripsi & ego.

C. METILIO
C. FIL. POMP.
MARCELLINO
EQ. R. EQ. P.
IVDICI. EX. V. DEC.
INTER. SELECTOS. IIVIR.
Q. Q. FLAM. DIVI. TRAI.
PATRONO COLLEGIORVM
OMNIVM PATRONO COLO
NIAE FOROIVLIIRIENSIVM
PATRONO CAVSAR. FIDELISSIMO
OB INSIGNEM ERGA SINGVLOS
VNIVERSOSQ. CIVES INNOCENTIAM
AC FIDEM HOMINI OPTIMO
CIVI ABSTINENTISSIMO
COLLEG. FAB. DERT.
PATRONO. OB. MERITA
L. D. D. D

Diu in mente volutavi, quænam olim fuerit *Colonia Forojuliirensium*. Offerebat se mihi *Iria*, inter *nobilia Oppida* Liguriæ Mediterraneæ a Plinio memorata, quæ nunc *Voghiera* non immerito putatur. Sed nullum accedebat vestigium *Coloniæ* illuc a Romanis deductæ, uti neque additi eidem nominis *Fori Julii*. Quum verò doctissimus vir Johannes Dominicus Bertoli Canonicus Aquilejensis mecum communicaverit subsequentem Inscriptionem, ex ea didici, agi heic de *Foro Julii* Carnorum, unde prodiit nomen *Friuli*. Inscriptionem hanc etiam Cl. Marchio Maffejus protulit, sed in præcipuo illius ornamento mancam. Ea autem dicata fuit a *Collegio Fabrûm Dertonensium*.

2 *Antiquariæ in Hispania.*
E schedis P. Cattanei.

C. MVMIO. C. F
QVIR. HISPANO
PONT. CIVES ET INCOLAE
M. M. FLAVII. LIB. SING
EX AERE CONLATO
OB MERITA DEDERVNT

Hispaniæ Bæticæ oppidum fuit *Singilia*. In Thesauro Gruteriano pag. 437. num. 4. memoratur *Ordo Singiliensium*. Heic habemus *Cives & Incolas Municipii* (fort. *Martii*) *Flavii Liberi Singiliensis*. Morales idem oppidum credidit cum *Antiquaria*, ubi nunc exsistit Inscriptio hæc. *Antequera* appellant Hispani. Sed *Antiquariæ* mentio est in Itinerario Antonini.

3 *Camerini, in Templo maximo. Ex Ligorio.*

MERCVRIO. ET. APOLLINI
INVICT. SACRVM
M. SERVILIVS. M. F. OCRICVL
SEVERVS EQ. PVBL
PRAEF. LEGION. X. CLAVD. P. FID
PRAEF. AL .... LEG. EIVSD. TRIB. MIL
LEG. XXX. VLP. P. F. PATR
MVNICIP. FOR. FLAMIN
IIIIII VIR. AVGVST. IIII VIR. Q. Q.
VOT. SOL

Forum Flaminii, celebris olim Umbriæ Civitas fuit; sed jamdiu excisa est, ejusque ruinæ in agro nunc Fulginate quærendæ sunt.

5 *Aquilejæ,*
in pariete Monasterii.
Misit Johannes Dominicus Bertoli
Canonicus Aquilejensis.

I. O. S
AVRELIVS
CAS...NVS
BARB.....RICAS
DECCOLEOR
IVLIIRIENS
EXRECTONCYRRO

In latere visitur puer equi lora sinistrâ tenens, & hastam dexterâ. Ex isto tenebricoso Epigrammate hoc saltem elucet, positum nempe fuisse Votum ab *Aurelio Decurione Coloniæ Forojuliiriensium*: ita quippe legenda puto verba in lineâ quinctâ & sextâ, nempe DEC. COL. FOR. IVLIIRIENS. Locus autem, in quo Lapis exsistit, pæne certos nos facit, tum heic, tum in præcedenti agi de *Colonia Fori Julii* Carnici. In lineâ quartâ num scriptum fuerit *Barbaricarius*, legendo postea *Decurionum*? Sed e postrema linea nihil sensus exsculpere potui.

6 *In Insula Gauli, juxta Portam Arcis. Ex Donio.*

CESTIO. L. F. POMPT. GALLO VA
RENIANO LVTATIO NATALI AEMI
LIANO PATRONO MVNICIPI
L. MARCIVS MARCIANVS AMICO OPTIMO
V. KARISSIMO ET SIBI HONORIS CAVSA S. L

De *Gaulo* Oppido atque Insula apud Melitam in Mediterraneo, multa habet Cluverius in Sicilia antiqua. *Municipii* nomen gerit etiam in aliis Lapidibus apud Sponium pag. 192. & supra in Classe X. *de Magistratibus*.

1 *Histonii, sive in Civitate Vasti.*
Misit doctiss. P. Philippus Camerinius Presbyter Oratorii Camertis.

L. VALERIO. L. F. PVDENTI. HIC. CVM ESSET ANNORVM
XIII. ROMAE CERTAMINE
SACRO IOVIS CAPITOLINI LVSTRO SEXTO CLARI
TATE INGENII CORONATVS EST
INTER POETAS LATINOS OMNIBVS SENTENTIIS IVDICVM
HVIC PLEBS VNIVERSA
MVNICIPIVM HISTONIENSIVM STATVAM AERE
COLLATO DECREVIT. CVRAT. REI
P. AESERNIOR. DATO AB IMP. OPTIMO
ANTONINO AVG. PIO

Hanc protulerat Gruterus pag. 332. num. 2. Sed præterquamquod *Hisconiensium* pro *Histoniensium* habet, mutilam in fine dedit. *Histonium* (Italice nunc *il Vasto*) Civitas ad oram Hadriatici in Aprutio Citeriori, a Plinio, Mela, ac Ptolemæo laudatur. *Æserniorum Respublica*, nunc *Isernia*, Civitas ad Vulturnum amnem, non longe a Venafro, Colonia Romanorum fuit, testibus Livio & Frontino.

2 *Hispelli,*
in Palatio publico.
E schedis Ferdinandi Abbatis Passarini.

LICINIAE. L. F..........C
ERINIAE
HISPELLAE. CAVS....
SATVRNINI. C. M. V.
OB. SINGVLAR. EIVS
CASTITATEM
ET. ERGA. SE. MVNIFI
CENTIAM
SPLENDIDISSIMVS
ORDO. COLON.
HISPELLATIVM
D . D

Colonia Hispellum memoratur etiam Plinio. Civitas Umbriæ est ab antiquis laudata, & aliis quoque bene multis antiquis Lapidibus ornata. Prætermissa ab aliis, habes in Collectione ista.

3 *Interamnæ, nunc Terni.*
Ex Donio.

L. CALIDIO. L. F. STEL. NI
GRINO
FILIO
L. CALIDI. NIGRINI. PATRO
M. MVNICIPI
NEPOTI
L. VARI. QVINTIANI. PATRO
NI. MVNICIPI
L

Non una fuit olim *Interamna*. Heic postrema litera L. satis indicat, agi de *Interamnia Lirinate*, quamquam Donius nihil indicet.

4 *Bænæ in Hispania.*
E schedis P. Cattanei.

C. SEMPRONIO. C. F. QVIR.
LVCRETIO SALVIANO
II. VIR.
PATRONO ET PRAESTANTISSIMO
CIVI PLEBS. C. IPSC
OB MERITA EIVS EX PECV
NIA. SVA STATVAM D D.

Heic indicari videtur *Colonia* quæpiam Hispanica: sed quænam fuerit, indicare arduum est. Corruptum nomen suspicor. Fortassis hæ siglæ C. IPSC. exhibent nobis *Coloniam* aliquam *Juliam Piam*, & S C. *Senatus Consulto*. Palpasse in tenebris licuerit.

5 *Prope Monasterium S. Eusebii,*
in Diœcesi Aptensi.
Misit Cl. V. Thomassinus D. Mazaugues,
Præses Aquisext.

D M
ORBIAE TITI. F
MAXIMILLAE
FLAMINIC. AVG
COL IVLIA APTA
VENNONIA. M. F. MAXIMILL
MATRI. OPTIMAE
EX TESTAMENTO

Flaminica Augusti fuit mulier hæc in *Colonia Julia Apta*, nunc *Apt*.

6 *Aquis Sextiis,*
apud eundem Præsidem de Mazaugues.
Ex Cl. Marchione Maffejo.

D. M
Q. IVLI. Q. FIL
TERTI NEMOI
AEDIL II VIR
PONT ET FL COL IVL
AREL IVLIVS LICI
NIANVS PARENTI
DVLCISSIMO

Apud Gruterum in tribus lapidibus memoratur *Colonia Julia Paterna Arelate*. Heic tantùm *Julia* appellatur; nam præcedentia verba PONT. ET FL. significant *Pontificis*, & *Flaminis*. Celebratissima hæc Urbs Galliæ Narbonensis nullas a me laudes exposcit.

1 *Arelate in S. Cæſarii. Ex Petro Saxio, Ex Jacobo Tollio.*

D . M
C. PAQVI OPTATI
LIBER. PARDALAE IIIIII
AVG. COL. IVL. PAT. AR.
PATRONO EIVSDEM
CORPOR. ITEM PATRON
FABRORVM NAVAL. VTRICLAR
ET CENTONAR. C. PAQVIVS
EPIGONVS CVM LIBERIS SVIS
PATRONO OPTIME MERITO

Optatus iſte *Libertus* fuit *C. Paquii Pardalæ*, cujus etiam Inſcriptio ſupereſt in ruderibus ex adverſa Rhodani ripa.

3

D . M
SECVRITATI
AEMILIAE EVCAR
PIAE
C. PAQVIVS PARDALAS
CONIVGI CARISSIMAE
V. A. XXXXI. M. VIII. D. X

4 *Arelate. Ex eodem Saxio.*

D . M
L. STATIAE FIRMAE
COL. ARELATE V*CINA
FILIAE
PIENTISSIMAE

Parum accurate hæc excripta fuerunt. Pro FIRMAE ſuſpicor ego legendum ibi FLAMIN. ita ut hæc fuerit *Flaminica Coloniæ Arelatenſis*. Alias ejuſmodi feminas ea Provincia olim habuit.

7 *Prope Nemauſum. Ex March. Maffejo.*

M. VERII. VICTORIS
DECVR. COL
IVL. AVG. APOLINAR
REIOR. ITEM. COL
AVG. NEM. ORNAM
VIVOS SIBI ET SVIS
FECIT

Reji, Galliæ Narbonenſis Civitas, nunc Gallice *Riez* in Provincia, a Plinio memorantur. A cultu Apollinis, *Apollinares* cognominati, heic tamen ex lapicidæ inſcitiâ APOLINAR. unico tantùm L. deſcripti. In ſequenti Inſcriptione occurrit *Pontifex Coloniæ Rejorum Apollinarium*. At hinc præterea diſcimus, *Coloniam Augustam* eam Urbem fuiſſe appellatam. De celebri Urbe *Nemauſo* (nunc *Nimes*) Romanorum *Coloniâ*, nihil heic attinet dicere. ORNAM. eſt *Ornamentarius* Decurio, ut in aliis Nemauſenſibus Lapidibus, non re, ſed nomine tantum inter Decuriones cooptatus.

2 *Ad Rhodani ripam. Ex eodem Petro Saxio.*

D . M
L. SECVNDIO
ELEVTHERO
NAVICVLAR. AREL
ITEM IIIIII VIR. AVG
CORPOR. CIPA
SECVNDIA
TATIANAE FIL
PATRI PIENTISSIMA

CIPA corrupta vox primo aſpectu videatur. Sed ſejungendæ literæ ſunt C. I. P. A. ideſt *Corporatus Coloniæ Juliæ Paternæ Arelatenſis*. Pro TATIANAE lego TATIANA. E fortaſſis *Ejus*.

5 *Fori Novi, in Eccleſia. E ſchedis Jacobi Valerii.*

- -
PRAEF. LEG. XXIII. VIGR. PRIMIPILO
X. GEMIN. PIAE. FIDEL. CENT. LEGION
IIII. SCYTHIC. CLAVD. XIII. GEM. VII.
GEMIN. PATR. COL. IVL. PATRON
COLLEGIORVM FABR. ET CENT. ET
DENDROPHOR. PARMENS. COLLEG.
CENT. MERENTI

Forum Novum apud Tarum, decem millibus paſſuum a Parmâ diſſitum, hunc lapidem olim poſſidebat: an adhuc, neſcio. Quæ heic memoratur *Colonia Julia*, eſt ipſa *Parma*, quæ in altera Inſcriptione penes Gruterum pag. 492. num. 5. dicitur *Colonia Julia Auguſta Parma*, inter nobiliores Galliæ Ciſpadanæ Civitates antiquis, noſtriſque temporibus enumerata. Pro LEG. XXIII. VIGR. legendum puto VIG. ideſt *Vigilum*, aut fortaſſe rectius VICTR. ſcilicet *Victricis*.

6 *Atinæ, in Turri Horaria Baſilicæ Sanctæ Mariæ. Ex Donio.*

M. RVBRENO. VIRIO. PRISCO. POMPONIANO
PROCVLO. MAECIANO. COS. CVPR. COO. CVR.
COL. MINTVRNENSIVM. APRIC. CVR. COL. FOR
MIANORVM. PRAET. CANDIDATO. QVAEST
CANDIDATO. X. VIRO. SALIO. COLLINO. CIVI
ET. PATRONO. ORDO. ET. PLEPS. ATINA
PVBLICE

Quamquam COS. CVPR. explicare quis poſſit *Conſul Cupræ*, ita ut fuerit Conſul Municipalis, ſive Duumvir in Oppido Piceni *Cupra Montana*, aut *Cupra Maritima*: ego potius heic depravatam incuriâ deſcriptoris lectionem puto. Nam quid ſignificabitur poſtea per alteram vocem COO? In exemplo, quod ad me miſit amicus, & elegantiſſimi ingenii vir, Ignatius Maria Como Patricius Neapolitanus, habetur MAGIANO PROCVLO COS. CVPREO: quod æque tenebroſum eſt. Ibi quoque legitur MINTVRNENSIVM AFRIC. *Minturnæ* Latii Civitas ad Lirim fluvium prope Cajetam, celebris fuit apud veteres. Aliunde etiam novimus, Romanorum *Coloniam* ibi ſedes poſuiſſe. Novum hoc diſcimus, ſcilicet *Minturnenſes* appellatos fuiſſe *Apricienſes*, aut *Apricianos*, uti prodit vocabulum APRIC. cujus cognominis nullam cauſſam, immo ne veſtigium quidem reperi. *Formias*, Urbem Minturnis conterminam, plerique veterum laudavere. De *Colonia* ibi poſita aliquid innuit Frontinus. Supra Aquinum in Latio *Atina* jacet, Municipium olim, deinde *Colonia*, teſte eodem Frontino.

1 *Rejis.*
Ex Sirmondo Cl. V.

M. SEVERIVS. M. F.
FABVLATOR. FLAM
ROM. ET. AVG. IIII. VIR. PONT
COL. REIOR. APOLLINAR
SIBI. ET. CAREIAE CAREI FIL
PATERCLAE. OPTIM. VXORI
FECIT

Vide Gruterum pag. 428. 9.

3 *Pisauri.*
Misit Eminentiss. Card. Passioneus.

C. TITIO. C. F. CAM. VALENTINO AEDILI
Q. II. VIR. QVI TESTAMENTO COLONIS COLONIAE
IVL. FELIC. PISAVR. DECIES CENTENA
MILLIA NVM. DEDIT ITA VT PER SING.
ANNOS EX SESTERT. MCCCC. VSVRIS
POPVLO EPVLVM DIE NATALI TITI MAXIMI
FILII EIVS DIVIDERENTVR ET EX
SESTERT. ↀC VSVRIS QVINTO QVOQVE
ANNO MVNVS GLADIATORIVM EDATVR
PLEBS VRBANA

Pisaurum, nobilis olim Umbriæ, nunc Urbinatis Ducatus Civitas, *Colonia Julia Felix* appellatur in hoc Marmore. An idem sit, quod Cluverius in Italia antiqua innuit, nondum novi.

5 *Arausione*
apud Voulaire.
Ex Cl. Marchione Maffejo.

- - - - - COL. IVL. MEM HEREDES
EX TESTAMENTO

Coloniam Juliam Meminorum nunc primùm ex hoc marmore agnosci, suspicatur eruditiss. Maffejus. Carpentoracte quoque *Meminorum* a Plinio memoratur. Apud Ptolemæum Μέμινοι *Mimeni* habentur. Doctissimus Aquissextiensis Parlamenti Præses D. de Mazaugues hujusce Marmoris exemplum mihi tradidit, in quo nihil desiderari videbatur, nempe

❦	M	❦
COL. IVL. MEM. HERED. EX TESTAMENTO		

7 *Narbone.*
Ex Sirmondo, & Maffejo Clariss. Viris.

C. MANLIVS. C. F
PAP. RVFVS VMBER EX
DECVRIA LICTORVM VIATO
RVM QVAE EST C. I. P. N. M
FECIT SIBI ET SVIS

Per siglas C. I. P. N. M. significatur *Colonia Julia Paterna Narbo Martium*, olim Galliæ Narbonensis Caput.

2 *Genevæ.*
Misit Bimardus V. Cl.

ANNOR. XII	C. PLINIO. M. F. C. N. FAVSTO
L. PLINIO	AEDILI II. VIRO
FAVSTI FIL	IVL. EQ. FLAMIN
SABINO	C. PLINIVS. FAVST
	VIVOS
	P . C

Ex Plinio Lib. 4. Cap. 17. & ex Gruteriana Inscriptione pag. 478. num. 3. atque ex antiquis Itinerariis novimus jam *Coloniam Equestrem* in Helvetiis. Eadem nunc nobis innotescit uberius, appellata videlicet IVL*lia* EQ*uestris*, ubi *Duumvirum* & *Flaminem* egit *C. Plinius Faustus*. Excidit locus, atque de ejus situ Eruditi adhuc disputant.

4 *Tuderti,*
fragmentum lapidis effossum
in viridario Sebastiani Benedictoni.
Misit Franciscus Maria Comes Campelli.

- - - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - CORVM - - - - CAR - - - - - - -
CAESARIS NERVAE TRAIANI
AVG. GERMANICI. DACICI. PRO. PR.
PROVINCIAE DALMATIAE - - - - - - -
COLONIA. IVL. FID. TVD - - - - - - - -
PATRONO EX DD

Civitas Umbriæ *Tuder*, nunc Italice *Todi*. Illuc, teste Frontino, invecta fuit Romanorum Colonia. Sed non aliunde fortassis quàm ex hoc fragmento innotescit nobis illius cognomentum, scilicet *Colonia Julia Fidelis*. A Julio Cæsare istud descendit.

6 *In oppido Sancti Blasii in Lucania,*
in ædibus Alphonsi Antonini.
Misit Ignatius Maria Como Neapolita.

L. CANINIO. L. F. II. V. AVG
DEDICATIONE. AED. NEPTVN
EPVLVM. TRIDVVM. POP. DEDIT
COL. PAEST
L. D. D. D

Oppidi *Pæsti* in Lucania, ob *Rosaria* potissimùm, celebris est memoria apud antiquos. Coloniam fuisse, ex Paterculo Lib. I. Cap. XV. satis elucet; is enim hoc nomine donat *Neptunia*, idem cum *Pæsto*, uti Plinius tradit Lib. III. Cap. V. Appellatum a *Neptuni* cultu *Posidonia*, auctor fuit etiam ante Plinium Strabo.

8 *In Viridario DD. Oppidi Turris Majoris.*
E schedis Vergilii Capreoli,
misit Petrus Polidorus V. Cl.

DIS MANIB. SAC.
T. TIBILIVS. T. F. POMPT.
PRIMITIVVS
VETERAN. COH. VII.
PRAETORIAE. PATRON
MVNIC. LARIN. D. S
FECIT. SIBI SVISQ
L. D. D. D

Frentanorum Civitas *Larinum* Ptolemæo memoratur: *Municipii* prærogativam ei non defuisse, marmor istud testatur.

1 *Hieracii in Calabria.*
E Gualtero.

D . O . S
P. VACELLIO. P
FIL. PVSILLONIO
SPLEND. EQ.
R. PATRONO MV
NICIPI. HERE

Nisi hæc Inscriptio sepulcralis foret, siglæ illæ D. O. S. significarent *Diis Omnibus Sacrum*. At heic legendum puto D. M. S. Quodnam *Municipium* heic memoretur, incertum est. Fortasse *Locri*, ex cujus ruinis Civitas *Hieracii* surrexisse creditur.

3 *In ruinis Lunensibus.*
E schedis Cyriaci
apud Philippum Stosch S. R. I. Baronem.

A. OCTAVIO ERONI MAIORI
COLONI ET INQVILINI

Nulla, ut puto, monumenta supersunt, a quibus edoceamur, *Lunam* Etruriæ Civitatem accepisse Romanorum Coloniam. Ad id certo prodendum nunc lapis iste idoneus videtur.

5 *Mutinæ,*
apud Nobb. Castelvetros.
Ex Vedriano.

L. FANNIO
L. F. SABINO
AED. FLAM. PAT. COL
TRIB. COH. PRIM. LIGVRVM

Vitiatam dederat Gruterus pag. 1160. num. 3. *Patronus* hic fuit *Coloniæ* Mutinensis, cujus deductio nota est ex Livio, Cicerone, Polybio, & aliis.

6 *Neapoli,*
in Castello Veteri ad Portam Capuanam.
Ex Ligorio.

L. BAEBIO. L. F. GALER
COMINIO. MIN ......
PRAEF. FABRVM. PRAEF. AERARI. S.
PRAEF. CAMPANIAE. ET. APPVLIAE
PROC. XX. HEREDITATIVM. PROC
FISCI. IVDAICI. PROC. HER. CADVCOR
PROC. VEHICVLORVM. PER. ITALIAM
AB. IMP. CAESARE. NERVA. AVGVST
PROPR. AFRICAE. ET. AEGYP. CVRAT
VIARVM. STERNENDARVM. PATRO
NO. COLONIAE. H. V. STAT. AENEAM
S. P. Q. NEAPOLITANVS
D. D D.

Siglæ H. V. mihi primò credebantur referre cognomentum Coloniæ. Sed *Honore Uso* explicandas postea censui. *Colonia* nihil aliud heic est, quam *Neapolis* ipsa, Campaniæ Civitas, non minus vetustis, quàm nostris temporibus magnifica & perquam celebris. Ex aliis Gruterianis Lapidibus habemus, deductam fuisse Neapolim Romanorum Coloniam.

2 *Lugduni.*
E schedis Nicolai Pacediani.

BONAE MEMORIAE ET SPEI AETERNAE
SPIRITV QVOQVE INCOMPARABILI
PELITIAE MINNAE
FEMINAE RARISSIMAE CASTITATIS EXEMPLI
ADFECTIONIS PLENAE ERGA OMNES HOMINES
IVLIVS PRIMITIVS. DEC. CCC. AVG. LVG.
CONIVGI INCOMPARABILI
QVAE VIXIT ANN. XXXI. MENS. V. DIES IIII
SINE VLLA QVERELA
SIBIQ. VIVVS FECIT
ET SVB ASCIA DEDICAVIT

Siglas DEC. CCC. AVG. LVG. ita explicandas puto: *Decurio Coloniæ Copiæ Claudiæ Augustæ Lugdunensis*. Hisce nominibus ornatam videmus celebrem illam Civitatem. De Dedicationis ritu *sub Ascia* consule Dissertationem meam in Classe VII. de *Collegiis*.

4 *In agro Mevaniæ*
lapidea tabula effossa,
utrinque eamdem referens Inscriptionem.
Nunc existit Fulginii.
Misit Clariss. Juris-Consultus Hyacinthus
Vincioli Perusinus.

L. ATATIO. CN. F
CN. N. L. PRONEPOT
L. ABNEPOTI. AEM
MEMORI. APONIO
FIRMO. TRIBVNO. MILITVM
LEG. VII. GEMINAE. FELICIS
PRAEFECTO. FABRVM. IIII. VIRO
IVR. DIC. IIII. VIRO
QVINQVENNALI. PONTIFICI
PATRONO. MVNICIPI
MEVANATIVM

Multis laudibus *Mevania* Oppidum Umbriæ, vulgo nunc *Bevagna*, ab antiquis celebratur, quas Cluverius collegit in Italia antiqua. *Mevaniam* heic donari vides *Municipii* titulo.

7 *Ibidem.*
Misit Ignatius Maria Como.

ORDO ET POPVLVS NEAPOLITANVS
GENIO COLONIAE NEAPOLITANAE

Vide Gruterum pag. CX. 8.

8 *Nemausi.*
E schedis Guirani in Bibliotheca Cæsarea.

AED. COL. NEM
L. MESSIO
SILVINO

Coloniam Augustam Nemausum supra vidimus. Ejusdem quoque mentio est in Gruteriano marmore pag. 323. num. 5. & in Numismate apud Vaillantium COL. NEM. *Colonia Nemausum*.

1 *Nemausi.*
E schedis Guirani in Bibliotheca Cæsarea.

AVLI VERATI
SEVERI
OMNIBVS HONORIB.
IN COLONIA SVA
FVNCTI

2 *Ibidem. Ex eisdem.*

T. TVRPILIO. T. F. VOL
CAPITONI. AED. COL.

3 *Ibidem.*
Ex eisdem.

D M
M. VERNONII. VI
RILLION. AED. COL
VIRILLIA. TITIA
MARIT. OPTIM. ET
VERNONIVS. TITVS
FIL. PATRI. PIISSIM

4 *Romæ,*
apud Altobellum proxenetam. Ex Ligorio.

Q. IVNIO. Q. F. ESQ. MATERNO. PRAEF. FABRVM
PRAEFECTO. FRVMENTI. DANDI. PRAETORI. LEGA
TO. PROVINCIAE. LYCIAE. PROCONSVLI. PROVINC
AFRICAE. QVAESTORI. PROVINCIAE. HISPANIAE
QVAEST. PR. ASIAE. QVAESTORI. PROVINCIAE. PANNONIAE
CANDIDATO. AVG. TRIBVNO. LEGION. I. MINERVIAE
LEGATO. PROPRAET. PROVINCIAE. NARBONENSIS
LEGATO. AVG. LEG. BRAC. CVRATORI. VIAE
AVRELIAE. APPIAE. GABINAE. ET. NOVAE. ET. VET.
VALERIAE. TRIB. PLEB. SACER. D. S. HALAGAB.
FLAMINI. AVG. TITIALI. NERVALI. TRAIANA
LI. VI. VIRO. AVG. PATRONO. COLONIAE. NEP.
------------------MERIT-------------------
L. AVIDIVS. C. F. OVF. LONGINIANVS

Nepis Etruriæ antiquissima Civitas, Coloniam Romanorum, teste Livio, & Vellejo accepit, paucis annis post Romam obsessam a Gallis. LEGATVS AVGVSTI LEG. BRAC. interpretari liceat *Legionis Bracaraugustanorum*; sed *Cohors* quidem, non vero *Legio* ex *Bracaraugustanis* in aliis Marmoribus occurrit. Ceterum plura alia ad Eruditionem spectantia nobis offert Inscriptio hæc nobilis. Ego iter prosequor.

5 *Neriti, in Porta Civitatis.*
Misit Johannes Bernardinus Tafurius.

D. M. S
Q. VALERIO. L. F. PAL. PARAEDIO
AED. Q. IIII. VIRO. COL. LVP.
PATRON. MVNIC. NERIT.
CVRAT. VIAE. TRAIANA
E. HERINNIA........
CONIVGI. DVLCISS. B. M.
H. M. H. N. S

Fatetur Clarifs. Tafurius, non amplius exsistere hujusmodi Inscriptionem, eamque e schedis tantummodo fuisse exceptam. Quare apud Eruditos quosdam suspicioni locus erit, ab aliquo fuisse illi & nobis obtrusam, ut *Coloniæ Lupiæ* fama confirmaretur, quam heic vides memoratam. Ceterum *Lupia* (seu *Lupiæ*) ex Strabone, Plinio, & aliis, nobis nota est. Colonia quoque appellatur in Gruteriano lapide pag. 374. num. 5. *Municipium Neritinum*, nunc Italice *Nardò*, Oppidum in Salentinis fuit, a Plinio, Ptolemæo, aliisque memoratum. Nunc etiam floret, & ex Episcopali Cathedrâ illustre est.

6 *Nicomediæ. Ex Baluzio V. Cl.*

OPTIMO. BENIGNISSIMOQVE
PRINCIPI. FLAVIO. VALERIO
CONSTANTIO. NOB. CAESARI
GERMANICO. MAX. CONS. COLONIA
NICOMEDIENSIVM. D. N. M. Q. EIVS

Nobilissima Bithyniæ Metropolis *Nicomedia*, hinc agnoscitur *Coloniæ* Romanæ ornamentis fuisse decorata. Sed cur Latinis literis potius quàm Græcis concepta fuerit hæc Inscriptio, ad Sæculum Æræ Christianæ Tertium spectans, quærendum superesset.

7 *Romæ.*
Ex Ezechiele Spanhemio V. Cl.

DEO MAGN
LIBERO PATRI
SACRVM
T. TETTIENVS. T. F
FELIX SCRIBA LIB
AEDIL. CVR. VIATOR
AEDIL. PLEBIS. ACC
PATRON. COLON. NOL
AN. PROC. AVG. PATRIM
FLAMEN DIVI COMM.
ET DIVI ANTONINI
FEL. XV. VIR. SAC
FAC. CVRAT. LVD. MA
GN. MAG. VIC. REGION
VIII. FOR. R. PRAEFEC
COH. VI. VIGIL. STAT
EX AER. ARGEN. S. P. D.

Habemus heic *Patronum Coloniæ Nolanæ*: quæ Civitas inter illustres Campaniæ olim numerata fuit. At excisa, atque ad humilem fortunam redacta, antiqui decoris memoriâ sese solatur. Auctor est Frontinus, Coloniam illuc a Vespasiano Augusto fuisse deductam.

1 *Ocriculi.*
Ex Ligorio.

L. IVLIO. L. F. PAL
IVLIANO
IIII. VIR. AEDIL
IIII. VIR. I. D
IIII. VIR. QVINQ
QVINQ. II. DEST
PATRONO
MVNICIPI
PLEPS. OB. MERITA
L. D. D. D

Ocriculum, nunc Italice *Otriculi*, Civitas Romæ proxima, celebre nomen apud veteres servat. *Julianus* iste in eo *Municipio* fuit *Quinquennalis Secundùm*, *Destinatus Patronus*.

5 *Pisauri.*
E schedis Valeriis, & Capponiis.

TI. CLAVDIO. ZENON. VLPIAN. VERRAE. F
TRIB. CONFASTORVM. TRIB. COH. I. FL.
BRITTON. PRAEF. ALAE. I. CLAVD. MISCELL.
ADIVT. ALBENS. EX. SACRA. IVSSIONE
ADHIBIT IN. CONSIL. PRAEF. PRAET.
ITEM. VRB. PR. Q. OB. DAMNATORVM
PROC. SILICVM. VIAR. SACRAE. VRBIS
SVB. PRAEF. VIGIL. B. PROC. PRIVATAE
REGIONIS. ARIMINENSIVM. PATRONO
COL. PISAVR. OB. EXIMIAM. ERGA. SE
AC. PATRIAM. SVAM. BENEVOLENTIAM
EIVS

Coloniæ Pisaurensis meminerunt veteres, ejusque mentio in aliis etiam Lapidibus apud Gruterum occurrit. Sed heic sunt multa, quæ Eruditorum studium exercere possunt. Videlicet Munus TRIBVNI CONFASTORVM. Ita & ea, Q. OB DAMNATORVM. Alia quoque, SVBPRAEFECTI VIGILVM B. Adde & illa, PROCVRATORIS PRIVATAE REGIONIS ARIMINENSIVM. Hæc omnia sane peregrina. Ego ad Sæculum Christi Quartum spectare hanc Inscriptionem opinor. Eo autem tempore præter Tribunos Militares fuere non pauci aliis Officiis functi, uti *Tribuni Voluptatum*, *Tribuni Notarii*, *Tribuni Fabrûm*, *Coloniæ* &c. Siglæ Q. OB. fortassis exhibent *Quæstorem Oblationum Damnatorum*, cui nempe Damnati pecuniam, aut fundos offerebant, ut sese redimerent. Aliam siglam B. in octavâ lineâ interpretari subit *Brittonum*, ita ut *Subpræfectus Vigilum Brittonum* fuerit *Claudius* iste *Zeno*. Demum *Procurator privatæ Regionis Ariminensium*, Munus novum. Sed optandum foret, ut Marmor adhuc exsisteret, scrutarique liceret, an ita ibi scripta sint, quæ ego e schedis Jacobi Valerii, & Alexandri Marchionis Capponii tantummodo accepi.

6 *Romæ,*
in ædibus Cæsiorum.
Ex N. V. Hannib. Oliverio.

C. LARTIVS. M. AEBVTIO
PISAVR. MVNICIP. IVR. PATRON
- - - - - - - PRAEF - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - -
OB MERITA

De fide Inscriptionis hujus dubito.

2 *In suburbio Budæ.*
E schedis Capponiis.

C. MARCIANO. Q. D
CORNICI. F
ARCANVS IVNIOR MAI
COL
PANN. INFE

Adeo manca est Inscriptio hæc, aut oscitanter descripta; ut nullus inde rectus sensus educi queat.

3 *Panormi,*
in Prætorio.
Misit N. V. Andreas Lucchesius Patricius Messanen.

TI. CLAVDIO. HERODI
ANO. C. V. LEG. PROV. SI
CIL. IVDICI. RARISSI
MO PATRONO. COL
PANHORMIT. PRINCI
PALES VIRI EX AERE COL
LATO D. D

Coloniam Panhormitanam Strabo quoque memoravit. Sed & apud Gualterium in altera Inscriptione mentio fit *Coloniæ Augustæ Panormitanæ*.

4 *Ibidem.*
Ex Gualterio.

IMP. CAES. DIVI
MAGNI ANTONI
NI. PII. DIVI. SEPTIMI
SEVERI
PIO. FEL
AVG. PONT. MAX. TRI
PO. II. COS. II. COL
AVG. PANHORM
D D

7 *Pisauri, in Foro. Ex Donio.*

L. ARRIO. L. F . . . . . ATILIO. SABINO. PA
TRONO. COLONIAE. L. ARRIO. P. F. ARRIANO
AVFIDI. TVRBONIS. PRAETORIS. DESIGNATI
PATRONI. COLONIAE. FILIO

8 *Præneste. Ex Ligorio.*

IVL. RVFINAE
C. IVLI. FESTI
CONSVLARIS
PATRONI COLONIAE
PRAENESTINORVM
AELIAE. OPTIME
MERITAE. PRAENESTI
IVV. D. D

Prænestinam Urbem, vulgo nunc *Palestrina*, celebratissimam in Romanorum Historia, *Coloniam* fuisse, ex Tullio, & Frontino novimus. Pro AELIAE lego FILIAE. Huic *Prænestini Juvenes* Monumentum aut Statuam dicarunt.

1 *Præneste.*
Ex eodem Ligorio.

FORTVNAE. PRIMIGENIAE SA
CRVM. CVM. SIGN. CVPIDINIS
L. ANOCINVS. L. F. TROM. SORONI
CVS. PATRON. COLONIAE TITI
AE. ILL. VOTO. SVSCEPTO. L. M ☧

Coloniam Titiam Ill. heic habemus. Sed fphalma mihi creditur ILL. Dum nihil de ifta, ac de fuperiore dubitandum fit, *Prænestina* Civitas fuiffe videtur *Colonia Titia*.

4 *Ibidem,*
altera Infcriptio una cum præcedenti effoffa
ad Sanctæ Mariæ de Cofmedin Patrum Bernabitarum.
Mifit N. V. Ignatius Maria Como Neapolita.

DIKATA
L. VENVLEIO APRONIANO $\overline{II}$. L. SERGIO. PA...
SANCTISSIMO DEO
GENIO COLONIAE
PVTEOLANORVM
NEMONIA CALLISTE NEMONI
EVTYCHETIS CVM DVOBVS
M. M. NEMONIS FILIIS
EVTYCHIANO ET GEMELLIANO
FRATRIBVS SVIS ET
NEMONIA IANVARIA FILIA SVA
DONO DANT

Secunda linea *Duumviros* annuos Coloniæ Puteolanæ nobis exhibet.

6 *Romæ,*
lapis in quinque partes fractus,
apud Francifcum Cencium.
Ex Ligorio, & Donio.

SEX. AVRELIO. TERENTIANO. V. C.
$\overline{IIII}$ VIR. LAVR. LAVINATIVM $\overline{IIII}$ VIR ☧
COLON. PVTEOL. PATRONO. NOLAN.
PRAEF. FABR. TRIB. LEG. $\overline{VII}$. AVG. TRIB
LEG. XI. CL. P. F. CANDIDATO. ANTON
AVG. PII. TRIB. LATICLAVIO. FLAM. DIVI
NERVAE. TRAIAN. $\overline{X}$ VIR. STLITIB. IVDIC
CVRAT. GRAVISCANORVM. ET. INTE
RAMNATIVM. NARTIVM
OPTIMO PATRONO
VOLSINIENSES

Habes heic iterum *Coloniæ Puteolanæ* mentionem, & *Gravifcanorum*, quod Oppidum fuit ab antiquis celebratum, & a Romanorum *Colonia* excultum, nonnullis paffuum millibus a Centumcellis diftans; & *Interamnatium Nartium*, ideft *Terni*; & *Volfinienfium*, nunc *Bolfena*.

2 *Priverni.*
Ex Angelonio.

- - - - - - - - - - - - - - - -
PATRONO MVNICIPI CVRATORI REIP. DECVRIONES
ET. VI. VIRI AVG. MVNICIP. PRIVERN. D. D

Privernum, nunc *Piperno*, Campaniæ Romanæ Oppidum, & *Municipium*, & *Coloniam* fuiffe Romanorum, alia vetera monumenta teftantur.

3 *Neapoli,*
in ædibus Principis Cellamaris.
Ex Vignolio.

SANCTISSIMO DEO
GENIO COLONIAE
PVTEOLANORVM
M. NEMONI. M. FILI
LIGVRINVS ET
SABINVS FELIX
DONO DANT

Puteolanæ Civitatis, nunc *Pozzuoli*, celebris eft fama apud Romanos & Græcos Scriptores. Sunt & alia faxa, quæ *Coloniæ* ornamenta eidem tribuunt. In aliis quoque Lapidibus habemus *Genios* protectores *Coloniarum*, atque hujus ipfius apud Gruterum pag. CX. num. 7.

5 *Neapoli. Ex Capacio.*

- - - - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - - -
COLONI ET INCOLAE PVTEOLANI
OB MVNIFICENTIAM EIVS

7 *Puteolis. Mifit Bimardus.*

L. OVIDIO L F SEP
TENTRIONI TR
MIL PRAEF FABRVM
$\overline{IIII}$ VIR I D $\overline{IIII}$ VIR
QVINQ
PRIMA L DE SVO F
HVNC PRIMVM
OMNIS OR MVN
IN LOC PVB IN
TVLIT ET SEP
CVRAVIT

Huic *Prima Liberta* Titulum pofuit; *omnis Ordo Municipii* publicum locum ad fepulturam affignavit. *Puteolos Coloniam* nuper vidimus, nunc *Municipium*. Quum interdum occurrant Civitates aliæ, modò *Coloniæ*, modò *Municipii* appellatione diftinctæ, Eruditis perpendendum rurfus ajo, an veteres Habitatores Municipium conftituerent, *Coloni* verò feriùs deducti *Coloniam*.

8 *Ravennæ in Palatio Archiep.*
Exfcripfit Dominicus Vandellius Mutinen.
& ex March. Maffejo V. Cl.

C. IVLI. ALEXANDRI
AVG. $\overline{M}$. $\overline{R}$.
C. IVLIVS. ALEXIS. LIB. ET
IVLIA. FAVSTINIANE
HEREDES

Augustalem, aut *Augurem Municipii Ravennatis* nobis heic exhiberi, locus, ubi effoffus eft lapis, perfuadere poteft. An Romanorum Colonia illuc unquam deducta fuerit, compertum minime habeo. Vide in Claffe X. alteram Infcriptionem pofitam *C. Oclatio Zofimo* $\overline{VI}$. VIRO $\overline{M}$ $\overline{R}$. ideft *Municipii Ravennatis*. Fueritne *C. Julius Alexander* in eo *Augur*, an *Augustalis*, decernere non audeo. Primum tamen munus anteferendum opinor.

1 *Ravennæ.*
Exscripsit Vandellius.

C. OCLATIO
ZOSIMO VI VIRO
M. R. OCLATIA
ANTHIS
CONIVGI SANCTISSIMO
H. SIBI VIVA P. C.

Oclatius iste *Zosimus Sevir* Augustalis fuit in *Municipio Ravennate*.

3 *Rhegii*
in Calabria.
Misit Angelus Zavarronius Jurisconf. Cl.

M. MEGONIO M. F
COR. LEONI. AED. IV. VIR
LEG
COR. QVAEST. PEC. P. PATRONO
MVNICIPI
AVGVSTALES OB MERITA EIVS
L. D. D. D

Gruterus pag. 215. postremas Tabulas refert hujus ipsius *M. Megonii M. F. Cor. Leonis*. Tum pag. 437. hunc ipsum lapidem exhibet, sed minime mendis expurgatum. *Rhegium*, nobilis olim Bruttiorum, nunc Calabriæ Civitas, ab antiquis etiam laudata, quamquam Romanorum *Colonia*, *Municipii* tamen jure frui perrexit.

4 *Recineti,*
in Palatio publico.
Ex Donio.

D M
M. PVBLICI APRONIANI
P P
PATRONI MVNICIPI
RICINENSIVM
L. PVBLICIVS
FLORIANVS
TRIB. COH
VIIII

Ricina Civitas Piceni, & quidem Romanorum *Colonia*, appellata *Helvia Ricina*, jamdiu excisa jacet. Circum illam surrexisse ex ejus ruinis sunt qui credunt *Maceratam*, Urbem nunc floridam, eaque sententia Cluverio placuit, atque Holstenio. Sed minime desunt, qui *Recinetum*, nunc Italice *Recanati*, alteram nobilem Piceni Civitatem, ex Ricinæ antiquæ excidio natam opinantur. Et sane si Maceratæ lapis adservatur, in quo mentio est HELVIAE RICINAE (vide Gruterum pag. 265. num. 5.) hæc altera Inscriptio Recineti exsistit, in qua memoratur MVNICIPIVM RICINENSIVM, & *Recanati* nomen *Ricinam* veterem propius refert. Nam ex *Maceriis* Ricinæ *Maceratam* traxisse nomen, fabulam sapit. In altero hujus Lapidis exemplo, quod ad me misit doctissimus P. Philippus Camerinius Presbyter Oratorii Camertis, legitur LVCIO PVBLICIO APRONIANI. PP. PATRONO MVNICIPI RICINENSIVM DILIS. Quid sit DILIS, non intelligo. At *Ricinenses* in aliis lapidibus occurrunt. Vide Gruterum.

2 *Rejis Apollinaribus.*
Ex MSto D. Præsidis de Mazaugues,
misit Bimardus V. Cl.

MATRI
DEVM. OB
SACRVM
V. S
M. IVL
IIIIII VIR. AVG
C. I. A. A
L. D. D. D

Ideſt: *Coloniæ Juliæ Augustæ Apollinarium*, supple *Rejorum*, ut est in alterâ apud Cl. Marchionem Maffejum pag. 56. Sel. Gall. Antiqu. *Reji*, nunc *Ries*, Civitas Galliæ Narbonensis in Gallo-Romana Provincia.

5 *Hispali.*
E schedis P. Cattanei.

L. BLATIO. L. F. SERVENTIN
TRIB. MIL. LEG. V. ET X. GEM
AED. II VIR
COLONI ET INCOL. ROMVL

Ideſt *Romulenses*, sive *Romulei*. Hispalim nobilissimam Hispaniæ Civitatem appellatam fuisse *Coloniam Romulensem*, seu *Romuleam*, animadverti suprà. Atque heic *Coloni & Incolæ* occurrunt. Prius nomen Coloniæ homines pro more significat. *Incolarum* vocabulo ceteri habitatores designari videntur. In alio Lapidis hujus exemplo legitur L. LIBATIO.

6 *Salonæ,*
prope rudera Amphitheatri.
Ex Johanne Lucio.

T. FLAVIO
T. F. TRO
DECV. COL. SAL.
AEDIL. II VIR. IVRE
DIC. DEC. COL. AEQVI.
FABR. II. VIR. Q. Q. DISP.
MVNICIPI RIDITAR
PRAEF. ET PATRONO CO. V
FABR. OB MERITA EIVS COLL. II
FABR. EX AERE COLLATA
CVRATORI REIPVB. SPLEN
ISTARVM TRIB. LEG. X
G. P. F.

Accuratiorem pro more & heic Lucium desiderassem. In linea sexta illud FABR*ûm* exposcere aliquid videtur. In octava legendum PATRONO COLL*egii* FABR*ûm*. In nona lego COLL. SS. ideſt *Collegium suprascriptum*. In decima restituendum puto EX AERE CONLATO. Aliunde autem nota nobis erat *Colonia Salona Martia* in illustri Urbe Delmatiæ. *Colonia* quoque *Delmatia Claudia Æquum*, sive *Æquensis*, in eadem Delmatia ex aliis Lapidibus apud Gruterum & Reinesium nota erat. At quid sit *Municipium Riditarum*, & *Respublica Splenistarum*, iis explicandum dimitto, qui Delmatiam & Illyricum propiùs norunt.

1 *Salerni* in Capo di Piazza.
Misit amicus vir Ignatius Maria Como Neapolit.

GRACCHI. V. C.
ARRIO. MECIO. GRACCHO. V. C.
TANTO AC TAM PROVIDO PATRONO
COLONIAE SALERNITANORVM QVI CIVITA
TEM NOSTRAM QVAE DESTITVTA ET DEFESSA
IPSO TRANSITV CANALIS. DIGNATIONIS
SVAE RESPECTV AD SPLENDOREM REVOCAVERIT
FVGANTES VERO CIVES AC DEFESSVM ORDINEM
DISPOSITIONEM CANDORIS SVI ET AD PRESTATIONEM
CIVIBVS SVIS VEL QVAE AD SALVTEM PATRIAE PERTINET
SVA PROVISIONE RELEVARE DIGNATVR
CVIVS SI VNIVERSA GESTORVM REFO
VEAMVS DIES NON SVFFICIT OB EIVS
MERITA ET AMOREM QVEM ERGA OR
DINEM VEL CIVES EXIBET ORDO POPV
LVSQVE SALERNITANVS STATVAM
PONENDAM CENSVERVNT

Salernitanæ Coloniæ meminerunt etiam veteres, uti Cluverius jamdiu ostendit in Italia antiqua.

2 *Ibidem*,
olim in Cathedrali.
Ex Antonino.

\- - - - - - - - - - - - - - -
P. POTES - - - -
FLORENTINVS
MVN. SASS
CONTVBERN
BENE DE SE
MERITAE

4 *In Oppido Salaciæ*,
in Lusitania.
E schedis P. Cattanei.

C. MELIO . . . . . CLOC . . . . CHAN
PRO. M. C. IN MIL.
COLONIA . . . . SCALABITANA
OB MERITA IN COLONIA

Colonia Scalabis, quæ Præsidium Julium vocatur, (verba Plinii sunt Lib. 4. Cap. 22. ubi de Lusitania agit) nunc *Santaren* creditur. Duæ priores lineæ Inscriptionis hujus, ex attrito saxo expressæ nullum mihi sensum reddunt.

3 *Sassinæ.*
Ex Ligorio.

Q. VARGVN
TEIO. Q. F. PVP
VALENTIO
EQVO. PVBLI
CO. FLAM. AN
TON. PATRO
NO. MVN. SASS
PLEBS
PVBLIC. POS

Sassina, Umbriæ mediterraneæ Civitas, in multis lapidibus apud Gruterum, Cluverium, & Reinesium, ita scribitur. At in editis Libris tum Latinis tum G.æ s *Sarsina*. Lapidibus major fides adhibenda videtur. *Municipium* quoque appellatur in Gruteriano marmore 471. num. 2. posito, SEX. TETTIO. In schedis Farnesiis legitur SEX. VETTIO.

5 *Setiæ. Ex Malvasia.*

M. NVMESIVS. M. F. PAL. NEMESIANVS
MAGISTER. AVGVSTALIS. COLONIAE
SEPTINAE. SAL. MARTIALIS CAPVLATVS
IIII. VIR. VIARVM CVRANDARVM VIV
VS FECIT. SIBI. ET. SVIS. LIBERTIS. ET
POSTERIS. EORVM. H. M. D. M. AB
IN FR. PED. XVII.
IN AGR. PED. XVIII

Setia, nunc Italice *Sezza*, Civitas Latii, cujus Cives *Setini*, in plerisque veterum monumentis laudatur. Deductam illuc Romanorum *Coloniam*, jam ex Livio & Vellejo noveramus. Notum quoque est, *Salios* Sacerdotum genus a Numa in honorem *Martis* fuisse institutos. Hinc *Salius Martialis*. Sed quid CAPVLATVS? Apud Gruterum pag. 308. num. 5. reperitur RELIGIOSVS A MATRE MAGNA CAPILLATVS. Nusquam verò *Capulatus* occurrit. Priscianus Lib 6. scribit: *Capis Vasis genus est Pontificalis; diminutivum Capidula*. Varro inde *Capulam* deducit, non *Capidulam*. Lucilius autem Lib. 9. ait: *Hinc Ancilia ab hoc, Apices, Capidasque repertas*. Uti *Ancilia* & *Apices* a Saliis gestabantur, ita *Capulæ* delatæ videntur; nisi a *Capulo* hoc malis; nam Salii gladios & lanceas circumferebant. De hac Urbe, Patriâ nempe suâ, eruditissime agit in Veteris Latii Libro Secundo Eminentiss. Cardinalis Corradinus.

1 *Utrariæ in Hispania, in Curte Gomesii Cardemia. Ex Donio.*

. . . . CELEBRETIS
PROPTER. QVOD OMNIBVS. ANNIS. QVO
AT. VIXERO. DIVIDAM. MV
NICIPIO. N. SIARIENSI. DVMTA
XAT. PRAESENTIBV. DECVRIO
NIBVS. SINGVLIS. X. TERNOS
SEVIRALIBVS. X. BINOS. PLEVI
VTRIVSQVE. SEXVS. ET. INCO
LIS. X. SINGVLOS. QVOT. PRAES
TABO. DVMTAXAT. QVO
AT VIXERO

Siarum Hispaniæ Bæticæ Oppidum & *Municipium*, exstitisse Morali creditur inter Hispalim & Utreram. Nullum ejus vestigium superest in veterum Libris.

2 *Signiæ. Ex Ligorio.*

L. VOLVMNIO. L. FIL. POM
IVLIANO. SEVERO
IIII VIR. COL. SIGN. VI. VIR
AVGVSTALI. PATRONO. COL
SVAE. PONTIFICI. MINORI
PRAEF. FABRVM. C. R. P
CVR. VIARVM OPTIM. DE. REP
MERITO
SENATVS POPVLVSQ. SIGNINVS

Panvinius hanc dederat, sed iis tantùm delibatis, quæ ad rem suam faciebant. Mancam propterea protulit & Gruterus pag. 490. num. 5. Ego integram exhibeo. *Setiæ* contermina *Signia* in Latio Civitas, ab antiquis Scriptoribus celebrata fuit. Livius quoque & Frontinus *Coloniam* illuc invectam memoriæ prodiderunt. In siglis lineæ sextæ C. R. P. fortasse signatur *Colonia Privernensis* juxta Signiam sita, ac fortè ibi legendum erit C. PR.

3 *Mitrovitz in Sirmio. Ex Comite Marsilio.*

. . . .
DEC. COL
SIRMIENS

Sirmium, celebris olim Pannoniæ Civitas fuit, declinante præsertim Imperio. Ex hujusmodi fragmento ediscimus, ibi positam Romanorum Coloniam.

4 *Spoleti. Ex Donio.*

M. IVNIVS. M. F
HOR. FLAVOS
PATRON. COL
L. D. D. D

Spoletium deductam fuisse Romanorum *Coloniam*, memoriæ etiam prodidit Vellejus Lib. primo Cap. 14. & Epitome Livii. Sæculis præcipue Langobardicis illustris ea Civitas fuit.

5 *Tarenti, in Cappella S. Cataldi. Misit Petrus Polidorus V. Cl. & Ignatius M. Como Neapolit.*

T. CALPVRNIO. L. F
GAL. CRATISTO. II. VIRO
ET
CALPVRNIAE CRATISTAE
ET
L. CALPVRNIO. L. F. Q. DECVR
IN COLONIA. ALLECTORI. CALABRIAE
D. D. MONVMENTO. LOCVS. DATVS. QVO
INFERENTVR
IN FRONTE. PED. XX. IN. AGRO. PED. XXV

